Digitized by Google

Heſſiſche

Urkunden.

Aus dem

Großherzoglich Heſſiſchen Haus- und Staats-Archive

zum Erſtenmale herausgegeben

von

Dr. Ludwig Baur,
Großherzoglich Heſſiſchem Archivdirector.

Zweiter Band.

Erſte und zweite Abtheilung.

(Die Provinz Rheinheſſen von **963—1325** enthaltend.)

Darmſtadt, 1862.

Auf Koſten und im Verlage des hiſtoriſchen Vereins für das Großherzogthum Heſſen.

Digitized by Google

Germ. sp. 19 fa/2,1.2

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Buchdruckerei von H. Brill.

Digitized by Google

Vorrede.

Indem ich den zweiten Band der ungedruckten heſſiſchen Urkunden, welcher in zwei Abtheilungen diejenigen der Provinz Rheinheſſen vom Jahre 963 bis 1325 enthält, den Freunden der vaterländiſchen Geſchichte übergebe, habe ich nur Weniges zur Erläuterung noch beizufügen.

Im Allgemeinen mußte der urſprüngliche Plan, insbeſondere auch die äußere Einrichtung beibehalten werden, ſowenig derſelbe auch überall meinen Wünſchen entſpricht. Die ſucceſſive, mit langen Unterbrechungen verbundene Entſtehung des erſten Bandes und andere eigenthümliche, in der Vorrede zu letzterem theilweiſe näher berührten Verhältniſſe tragen daran hauptſächlich die Schuld. Indeſſen wird man bei der gegenwärtigen Bearbeitung eine beſſernde Hand nicht verkennen und der Gebrauch des Werkes nicht gefährdet ſein, wenn auch eine durchgreifende Aenderung jetzt nicht mehr thunlich iſt. Die Fehler, welche ſich in den Text eingeſchlichen haben, bitte ich mit einem längeren Augenleiden, welches mich während der Correctur betroffen hat, geneigteſt entſchuldigen zu wollen. Dieſelben werden den Sinn der Urkunden nirgends weſentlich alteriren und wohl keinen kundigen Leſer beirren.

Die Anfertigung des Regiſters ſowohl zu dieſem, wie zu dem erſten Bande iſt von Herrn Hofgerichtsadvokaten Franck und die Reduction der Zeitdaten von Herrn Hofrath Wagner übernommen worden, welche ſich mit der größten Zuvorkommenheit dieſen mühevollen Arbeiten unterzogen haben. Ihnen ſowohl, als dem Großherzoglichen Miniſterium des Innern und dem Vorſtande des hiſtoriſchen Vereins für das Großherzogthum Heſſen, welche in Gemeinſchaft die für den Druck erforderlichen bedeutenden Koſten mit der liberalſten Bereitwilligkeit verwilligt haben, ſage ich meinen innigſten, aufrichtigſten Dank. Uebrigens

Digitized by Google

iſt das Ortsverzeichniß, geäußerten Wünſchen entſprechend, in dieſem Bande auf die nicht heſſiſchen Orte ausgedehnt worden. Daſſelbe hatte ſich im erſten Bande auf das Inland ſtreng beſchränkt, weil bei der heftweiſen Publication des Werks zuerſt der Titel: „Urkunden zur heſſiſchen Landes-, Orts- und Familiengeſchichte“ gewählt worden war, welcher nachher erſt einer weiteren Bezeichnung gewichen iſt. — Auch die Bisthümer und Stifter haben diesmal im Regiſter ihren Platz gefunden, weil in Rheinheſſen ihre Beziehungen lebhafter als in den anderen Provinzen waren; nur erlaubten leider ökonomiſche Rückſichten immer noch nicht, jede einzelne geiſtliche oder weltliche Perſönlichkeit mit Vornamen in der betreffenden Stelle hervorzuheben, und ſind deßhalb ſämmtliche Würdenträger oder Familienglieder immer unter einer betreffenden Benennung unter fortlaufenden Nummern notirt. Dagegen hat man ſich bemüht, den mitunter in ihrer Entſtehung aus Elterntaufnamen ꝛc. nachweisbaren Familiennamen durch ihre verſchiedenen lateiniſch-deutſchen Wandelungen nachzugehen und die feſtgewordenen Namen möglichſt von zufälligen Bezeichnungen (z. B. nach Dorf und Haus) zu unterſcheiden. Daß dies in unſerem Zeitraum jedoch nicht immer mit apodictiſcher Gewißheit zu erreichen war und iſt, werden Kenner billig berückſichtigen.

Der dritte Band wird die rheinheſſiſchen Urkunden bis zum Schluſſe des 14. Jahrhunderts, ſowie den Nachtrag über die drei Provinzen enthalten und wohl noch in dieſem Jahre erſcheinen können.

Darmſtadt im Mai 1862.

Dr. Baur.

Digitized by Google

BAYERISCHE STAATS- BIBLIOTHEK MUENCHEN

№. 1.

963 (25. April). In nomine summae et indiuiduae trinitatis. Licet parua et exigua sint, quae pro peccatis et debitis meis offero, tamen pius dominus noster Jesus Christus non quantitatem muneris, sed deuocionem animi perspicit offerentis. Ideoque ego in dei nomine ***Engibrih*** sana mente sanoque consilio pro peccatis meis et ob amorem dilecte coniugis mee ***Azzelun***, ut in futuro ueniam aliquam promereri mereamur in elemosinam nostram quandam ancillam iuris mei nomine ***Ludumar*** a iugo seruitutis absoluo et *unam huobam*, que est in uilla, que dicitur ***Weristat***, ut ipsa uberet et posteri eius, et soluerent de ipsa huoba v. solidos ad missam sancti Martini, ita ut ipsa ab hodierno die ingenua sit et ingenua permaneat, et nulli heredum meorum uel alie qualibet persone ullum deinceps coacta faciat seruicium, nisi tantum annis singulis iv. denarios reddat ad reliquias sancte Mariae et ad illam ecclesiam, que est constructa infra ***Mogontiam***, que uocatur ***uetus monasterium***, vbi ***Uuillihelm*** uenerabilis archiepiscopus preesse uidetur, et ad festiuitatem eiusdem dei genitricis dare non neglegat, pergat quocumque uoluerit, defensorem tamen ac mundiburdium a prefate ecclesie rectoribus habeat. Si quis autem contra hanc cartulam ingenuitatis uenire temptauerit aut eam frangere uoluerit, caueat, ne iram omnipotentis dei sancteque Marie incurrat et tamen quod repetit euindicare non ualeat, sed presens cartula ingenuitatis omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa.

Digitized by Google

Acta est autem cartula hec in ipsa ecclesia sancte *Marie* coram testibus inferius scriptis anno dominice incarnationis D.CCCC.LXIII, indictione autem vi., regnante domino gloriosissimo cesare *Ottone* xxviii. anno, vii. kal. mai, die mercurii. S. *Hademunt.* S. *Ruohtmunt.* S. *Richilo.* S. *Liuzo.* S. *Sigibodo.* S. *Guntheri.* S. *Ezzo.* S. *Engilrih.* S. *Heinrih.* S. *Waltheri.* † *Adelint.* † *Ludumuar.*

(Recognitionszeichen.) Orig.

№ 2.

1091. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Ruthardus* s. *moguntine* sedis gratia dei archiepiscopus. Omnibus apostolice fidei cultoribus notum esse cupimus, qualiter nos ob peticionem quarti imperatoris nostri *Heinrici* et maxime ob assiduam nostri memoriam ad monasterium, quod pie *Lupoldus* istius nostre sedis pastor peruigilque procurator in honorem s. *Jacobi* apostoli supra montem speciosum statuti ix. talenta uectigalium nostrorum et dimidium in loco, qui dicitur *Loriche*, donauimus. Collectis ergo omnibus, que a prenominato pontifice congregata invenimus, simulque hiis additis, que ipse imperator ac multi boni Christiani ad salutem et remedium animarum suarum predicto monasterio contulerunt, sub uenerabili eiusdem monasterii abbate *Manegoldo* cum consilio fratrum suorum coram fidelibus nostris clericis pariter atque laicis iuxta possibilitatem, quam ibi discutere potuimus, Christi pauperibus in eodem monasterio deo ministrantibus uictum et uestitum ordinauimus ac scriptis nostris nec non sigilli inpressione firmauimus. Hec igitur est ordinacio. Ad obedienciam, quam cellerarius procurare debet pro omnibus generibus ciborum, que vite monachorum conueniunt, xxx. talenta statuimus excepto pane et uino vniuersique generis pocione atque leguminibus, hec enim sub diligentia abbatis procuranda fore decreuimus. Ex

Digitized by Google

hac uero institutione uisum est nobis, vnicuique fratri in die ad refectionem dimidium caseum, tria oua cum leguminibus contingere posse, et sic per hos quatuor dies, id est dominicam feriam terciam et quintam et sabatum, eandem condicionem nobis placuit discernere, feria autem secunda quantum xx. denar., similiter quarta et sexta cellerarius ualet de piscibus comparare, necessario duximus ad prebendam fratribus hos constare, dominicis quoque aliisque festiuitatibus quando maiori labore fratres in dei seruicio fatigantur, condecet cellerarium constitutam prebendam eorum cum sagimine omnimodo meliore, ad cuius comparacionem iv. talenta sibi ex eadem constitucione concessimus. Namque hiis diebus, quibus sagimen fratribus uti licitum est, pulmentum eorum cum sagimine preparare necesse est. Insuper infirmisque et infantibus semper procuret ex eo caritatem inpendere, quorum eciam inbecillitati eorum ab eo interdum maiori karitate subueniendum est abbatis uel prioris iussione, sal uero et lingua ad pistrinum et coquinam aliaque omnia, que sibi necessaria uidentur, oportuno tempore ut fidelis et vtilis frater congreget, pro quibus ii. talenta instituimus. Ad hec ortus, qui huic monti in ciuitate coniunctus est simulque prebendam vnam ad sacellum s. *Nichodemis* prius ordinatam prenotato cellerario cum omni utilitate concessimus. Insuper omnes pomiferas arbores in duobus aliis ortis positas adscribi iussimus, quibus autem locis iste pretactatus census sit exquirendus, subsequenti descriptione eorundem locorum taxare curauimus. In *Schornsheim* iv. talenta et viii. vncias, de *Blenicho* viii. vncias, de *Muminheim* ii., de *Nacheim* xxx. denarios, de *Lurzwilre* similiter, de *Ebersheim* similiter, de *Lorecho* v. talenta, de *Schoneburne* ii. talenta, de *Durinkeim* iii. talenta, de *Wilebach* iv. talenta et dimidium, de *Sweinheim* vi. talenta et dimidium et quidquid ullomodo utilitatis de *Suzinheim* prouenire huic loco post supradicto ministro addimus, unde in summis fe-

Digitized by Google

stiuitatibus, hoc est in natiuitate domini et pasca ac pentecosten, quantum preualet karitatem ipse fratribus inpendere studeat. Sed in festiuitate s. Jacobi xxx. solidos, quos uillicos pro piscibus eodem die dare constat, sibi quoque instituimus, victimas uero, quas pariter ipsimet afferunt, in abbatis seruicium et hospitum disposuimus. Pro uestimentis autem eorumdem monachorum xx. talenta posuimus, que a camerario illorum ab hiis locis sunt accipienda, quorum nomina subsequntur signata. De *Loreeho* iv. talenta et dimidium, de *Castello* vi. talenta et dimidium, de *Hiulinhoffen**) xxx. solidos, de *Gulle* vii. vncias, de *Rockengeshusin* vi. vncias, de *Heidilbac* iv. talenta minus tantum v. solidos, de *Huimedesheim***) vi. vncias, de areis atque edificiis infra vrbem *moguntinam* ii. talenta et dimidium. Sub eadem quoque inscriptione iv. talenta ad comparanda lumina custodi eiusdem monasterii prestrinximus, que subnotatis locis ab eo inquirenda esse prouidimus. In *Lorecho* x. vncias, in *Hiuenheim****) v., in *Eichin* vi., in *Nithorne*†) similiter, in *Castelo* similiter, in *Nubenheim*††) similiter, ab edificiis eiusdem loci que ludei possident ii. vncias, de orto extra urbem sito ii. vncias, de area vna et ii. denarios, de *Hulingishoffen* x. solidos. Quamquam enim a s. Benedicto, qui regulam monachorum diligenter scripsit, vnicuique abbati aliquid proprium extra communionem fratrum suorum possidere omnino inhibitur, legimus propter ecclesiastica tamen opera eiusdem monasterii pat . . sequestrauimus pecuniam, que de hiis tribus locis, id est de *Adelesfell*, cuius proprietas cum jure patronatus ex donatione *Cunradi palatini comitis Rheni* ad

---

*) Unbekannt.

**) Heimersheim (?).

***) Unbekannt.

†) Ausgegangener Ort an der Nidder, nordweſtlich von Gedern.

††) Lag bei Gonſenheim.

Digitized by Google

prelibatum monasterium pertinet, item de *Eichon* ad ... *scisbach*,*) sibi euenire constat aut quidquid pro temporum qualitate ibi exquirere valeat. Hanc igitur ordinacionem atque institutionem nullomodo magis quam xxx. prebendariis in eadem sancta dei ecclesia iugiter militantibus subficere credimus. Ne quis uero abbas uel aliqua potens persona illam solnere aut irritare presumat, uerba s. spiritus ligamus ac s. apostolorum auctoritate pariter cum sigillo nostro sancimus.

Hec autem descriptio facta est anno ab incarnacione domini nostri Jehsu Christi M.XCI, indictione xv, sub temporibus gloriosissimi *Heinrici* quarti imperatoris augusti regnante domino nostro Jehsu Christo. Huius rei sunt quoque fideles testes: primus ego *Ruthardus mogunciacensis* archiepiscopus et eiusdem ecclesie venerabilis pater *Maneguldus*.

Vidimus der Mainzer Richter von 1286.

№ 3.

1112. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Adelbertus* gratia dei *magontinus* archiepiscopus. Nouerit omnium Christi fidelium tam futurorum quam presentium sollers diligentia, quod *Liudbaldus* huius s. *mogontine* sedis uenerabilis archiepiscopus partem salice terre sue in pago *Nachgouue* in uilla *Algesheim* in loco *moseburch* ad altare s. *Jacobi* tradidit, cui ipse monasterium extra murum *Mogontie* in colle *Sconeberge* a fundamento erexit. Traditam autem terram his incole terminis circumscribunt. Deorsum a lapide, qui determinat *Ogesthubun* et inde sursum per uiam, que *frechtwec* dicitur, usque *derenhebun* et inde sursum ad locum, qui uulgo *Coningesbunda*

*) Unbekannt, vielleicht Fiſchbach. Die Stelle iſt radirt und dadurch unleſerlich.

dicitur, et sic in summitate per planitiem usque *Abpenheimer* marcun et inde ad *Regeleshůbun* et sic usque *Ogesthůbun*, eiusdem etiam terre nouem iugera frugifera sita sunt in colle, qui *Calzenloch* dicitur. Igitur *Burchardus* predicte ecclesie abbas de possessoribus eorundem bonorum querimoniam apud predecessores nostros sepius uentilatam, nunquam uero terminatam, ad nos quoque cum fratribus suis proclamans detulit, sed uetus questio tandem aspirante deo per nos absoluta hoc modo finem habuit. Idem enim abbas nostris consiliis annuens nihilominus etiam sue et fratrum utilitati consulens sua et aduocati manu prescripta bona *Wolperoni* et uxori eius *Gôde*, *Adelheide* et filio eius *Hugoni* et filie eius *Salegude*, *Gerungo* et sorori eius *Dietburge*, *Cônrado* et fratri eius *Berewelfo* et sororibus eorum *Bechilde* et *Damburge* omnique eorum posteritati iure hereditario in euum possidenda condonauit, hac uidelicet condicione, ut singulis annis propria uasa abbatis *Wienheim* decipiant, indeque ea suo labore *Alegesheim* usque perducant et adhibitis in colligendo uino abbatis ac fratrum nuntiis datisque eisdem nuntiis interim in cibo et potu necessariis xvi. carradas uini ipsis nuntiis presentent, quod tamen uinum nec fraudulenter corruptum sit nec male mensuratum, sed tale sit quale in ipsis bonis creuerit et ipsi, qui predictas xvi. carradas uini dederint, datas in montem s. *Jacobi* usque in curiam abbatis suis plaustris suisque iumentis simul adducant, ibique dum ipsorum exonerantur plaustra, accepto a domino abbate prandio, in sua cum pace redeant. Qui si aliquid eorum que diximus temeritate uel aliquo ingenio aut etiam negligentia preterierint, nulli nisi abbati in caminata sua inde respondeant et satisfaciant. Si uero per nuntium abbatis semel, secundo ac tercio uocati in presentiam ipsius uenire contempserint aut presentati sine satisfactione et licentia eius recesserint, amissa parte sue hereditatis, nullam in uineis deinceps laborandi

Digitized by Google

licentiam habeant, sed abbas proximis eas heredibus redimendas offerat, qui si de redemptione nihil egerint, abbas sicut sibi placeat de eisdem uineis ad utilitatem fratrum libera potestate disponat. Si autem illi temere postea abbati in hoc repugnare presumant, tunc archiepiscopus tam seculari quam spirituali auctoritate ecclesie bona defendat et sacrilegos illos a liminibus ecclesie et Christianorum communione usque ad condignam satisfactionem districte arceat. Caueat tamen ipse abbas, ne umquam pro consanguinitate uel amicitia aut alia quacunque gratia in eorundem uineorum dispositione aliquid sibi illicitum faciat, cum ei in hac re nihil aliud facere liceat, nisi quod ad communem fratrum utilitatem respiciat. Hec igitur omnia, ut omni euo inconuulsa et immutata permaneant, hanc inde cartam conscribi et sicut infra apparet sigilli nostri impressione signari iussimus et eorum, qui huic actioni intererant, nomina quasi alterum ueritatis testem subnotauimus. *Anshelmvs, Asmarus, Richardus, Dudo,* prepositi, *Sigelo, Heinricus, Embricho,* capelani, *Arnoldus* urbis prefectus, *Godeboldus* urbis camerarius, *Bertholfus, Emicho,* comites, *Wuluericus, Eberhardus, Embricho* et filius eius *Embricho, Volpertus, Burchardus, Egeluuardus, Werenhervs, Diedo, Gerhardus,* ministeriales.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.XII, indictione iiii., in Christo filiciter.

(Das aufgedrückte Siegel iſt nur am Rande etwas beſchädigt.)

Orig.

№ 4.

1112. I. n. s. e. i. t. Ego *Burchardvs* prouisor ecclesie s. *Jacobi* humillimus. Notum fieri cupio cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter familiarissimus noster *Nunno* ac deo deuota coniunx eius *Dizecha* quoad uixerint multa beneficia monasterio nostro contulerunt et

tam nos quam locum nostrum gratissime semper excoluerunt. Placuit ergo nobis et debitores sumus eorum perpetes habere memorias celebrando pro eis sollempniter missas ac uigilias et hoc omnibus, qui post nos deo hic seruituri sunt, ut idem faciant, per has innotescere litteras. vi. kalendas marcii obiit isdem beneficus noster *Nanno*, pro quo et pro filio suo domino *Asmaro* preposito s. *Petri* et pro se ipsa beate memorie supradicta *Dizecha* domum unam in hac urbe et pistrinum ad duos mansos in uilla, que *Gense* dicitur, ad altare s. *Jacobi* contradidit, xvi. kalendas aprilis obiit eadem famula Christi *Dizecha*, cuius filius dominus *Asmarus* prepositus sicut ipsa uiuens in carne disposuerat et rogaueral molendinum unum proficuum in *Reno*, uineam quoque pergrandem *Castulo* sitam, s. *Jacobo* sollempni donatione obtulit. Hec itaque beneficia pro perhenni parentum suorum memoria in usus fratrum cum consilio ipsorum idem prepositus sic distribuit. In anniuersario die utriusque parentis v. solidos iugiter dari ad seruiendum fratribus de domo et pistrino suprascripto constituit. Preterea in idibus singulorum mensium commemorationem eorum fieri semper missis ac uigiliis campanis consonantibus decretum ac ii. uncias in eisdem diebus ad caritatem fratribus dari dispositum est. De molendino uidelicet iam dicto talentum, quod sufficienter soluit ad sex menses de duobus mansis in *Gensu* viii. uncie, quas plene reddunt ad quatuor menses et de uinea illa pergrandi iiii. uncie ad duos menses distribute sunt. Quod si in diuisione cuiuslibet mensis talis euenerit sollempnitas, in qua statuta eorum memoria expleri non poterit, non idcirco ullatenus negligatur, sed uel prius uel postmodum summopere peragatur. Quatuor quoque uncias aut carradam uini de predicta uinea ad nocturnale lumen, quod in capella s. *Benedicti* semper ardeat, dari omnibus annis custodi definitum est. Dedit etiam sepedicta ac sepedicenda dei famula *Dizecha* monile seu bullam pectoralem

auream, cum qua comparauimus bonum unum in uilla *Ozenheim*, quod omnibus annis iiii. uncias soluit, unde patris eius *Asmari*, qui pridie kalendas augusti obiit et matris eius *Clismûde*, que vi. idus februarii obiit, annuales agimus memorias, ii. unciis in utriusque anniuersario constitutis. His ergo, ut uerius credantur ac firmius procul dubio retineantur, adhibiti sunt testes ueri precipui obseruatores: *Anshelmus* prepositus s. *Martini*, *Richardus* prepositus s. *Marie ad gradus*, *Orto* prepositus s. *Victoris*, *Ceiholfus* decanus et *Tirenberdus* scolasticus s. *Martini*, nec non et laici insignes: *Embricho* cum filiis suis *Hartuuigo* et *Embrichone*, item *Hartuuigus* et *Dudo* filius eius, *Waltherus* et *Liufridus*. E... iugiter obseruanda f... que retinenda omni tempore .... et inconuulsa permaneant, hanc cartam inde conscriptam ac nostra auctoritate ... b. Jacobi apostoli patroni nostri sigillo placuit insigniri, ut si quispiam aliquando quod absit hec infringere uel inmutare temptauerit, ab eo se pro certo dampnandum sciat, cuius re.... in nomen et apostolicam auctoritatem despexerit.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.XII, indictione i, presidente apud *Mogontiam Adelberto* archiepiscopo, *Arnoldo* urbis prefecto, sub maioribus ecclesie supra nominatis.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 5.

1141. I. n. s. e. i. t. Notum sit fidelibus Christi tam presentibus quam futuris, qualiter ego *Bucco* qui et *Burchardus* diuina annuente clementia *wormatiensis* ecclesie uocatus episcopus cernens miserabiles ruinas ecclesiarum nostrarum precipue in stipendiis fratrum, proposui et semper proponam secundum quod dominus dederit onera eorum

Digitized by Google

supportare et necessitatibus indigentium succurrere. Sed cum connexa sint ad inuicem et merita prelatorum et uita subditorum, uereor, ne peccata mea sint causa destitutionis eorum. Cum autem caritatem que plenitudo legis est per omnia adimplere non possimus, imperfectum nostrum oculi eius misericorditer uideant, qui omne opus ex cordis affectu diiudicat, porro cum bonum operari debeamus ad omnes, maxime tamen ad domesticos fidei obtulit se opportunitas per misericordiam dei, ut in eos operemur, in quos specialiter semper debemus et uolumus. Venit itaque ad nos dilectus filius noster ***Heinricus*** prepositus b. ***Andree*** apostoli, quem dilexit dominus in odorem suauitatis, petens suppliciter a nobis, qualiter nostra permissione et confirmatione pro remedio anime sue licoret ei offerre et integraliter tradere fratribus suis deo et predicto apostolo militantibus in supplementum canonice sue ecclesiam illam pastoralem in ***Hocheim***, que eo tempore uacabat et cuius inuestitura tunc ad solum prepositum respiciebat. Assurgentes ergo tam laudabili uoto et ut alienum bonum nostrum quoque faceremus, mediante ***Gotefrido*** archidiacono maioris domus ceterisque fidelibus nostris assensimus, ita tamen, ut ecclesia prenominata proprium habeat pastorem, qui de ecclesiasticis prouideat et respondeat. Hec autem sunt, que cedunt in specialitatem pastoris. Dotalis mansus in ***Hocheim***, in eadem uilla sex mansi, quorum decimatio preter triticum ad manum spectat ejusdem sacerdotis, sexta pars decime uini in ***Hocheim*** excepta uinea ***Rustein***, secus molendinum, omnis decimacio pecudum in ***Hocheim***, cetera uniuersaliter siue in ***Hocheim*** siue in ***Phephilincheim*** deputantur in communes usus fratrum. Igitur ut tam memorande actionis inconuulsa imperpetuum maneat auctoritas, b. apostolorum Petri et Andree auctoritate et nostra confirmamus et ne huius tradicionis presumptuosus uiolator quis existat, sub anathemate interdicimus nostrique sigilli impressione ea roborari

Digitized by Google

et muniri precepimus. Huius rei testes sunt. Ex ordine cleri: *Gotfridus* prepositus de domo, *Nibelungus maioris ecclesie* thesaurarius et ecclesie s. *Pauli* archidiaconus, *Heinricus* decanus, *Sigifridus* prepositus *wimpinensis* ecclesie, *Heinricus* prepositus s. *Andree* apostoli, *Sigefridus* prepositus b. *Martini*, *Theodericus* cantor, *Walthenus* magister scolarum, *Heinricus, Hermannus, Chŏnradus, Gerungus, Berenhelm* decanus b. *Ciriaci, Altmannus* custos, *Bertoldus* cantor, *Erenfridus, Liůtfridus* decanus b. *Pauli, Heinricus, Benedictus, Berewicus* decanus s. *Andree*, *Marcwardus, Adalpero. Johannes, Chŏno*, *Adalbertus, Heinricus, Sigifridus* s. *Martini, Adalmŏdus* decanus, *Brunicho, Johannes.* Laici: *Symunt* prefectus urbis, *Gunbertus* uicedominus, *Reginboto, Heinricus, Gerboto, Werinherus, Liůtfridus, Hezil, Egilfridus, Nanthoc, Theodericus, Bruno, Chŏno, Wallo.*

Acta sunt hec ab incarnatione domini anno M.C.XLI, indictione iii., regnante *Chŏnrado* iii. *Romanorum* rege, presidente *Buccone wormatiense* episcopo.

(Das aufgedrückt geweſene Siegel iſt abgefallen.)

Orig.

№. 6.

1141. l. n. s. e. i. t. Ego *Buggo* qui et *Burchardus wormatiensis* episcopus. Cum ex querimonia fratrum ecclesie s. *Andree* didicissem res ecclesie sue ex antiquitate et ex negligentia prepositorum in obliuionem et in incertum deuenisse, necessitati sue subuenire studui et in quibus locis res ecclesie illius site sunt, uigili diligentia secundum antiquam institutionem renouando subnotaui. Ad ecclesiam igitur s. *Andree* pertinet ecclesia s. *Magni*, cuius dos est mansus unus in uilla *Musbach*, qui persoluit ii. uncias in festo s. Remigii et in *Hocheim* ii. iurnales uinea-

rum et dimidius. Ad ecclesiam s. *Andree* pertinet capella s. *Siluestri*, cuius dos est mansus unus in uilla *Roggesheim*, qui persoluit in festo Remigii v. uncias absque ii. denariis et ii. cappones et ii. denariatas panis et quartarium uini. Item ad ecclesiam s. *Andree* pertinet ecclesia s. *Andree* in monte et capella s. *Albani*, cuius dos est dimidius mansus in uilla *Hephenheim*, qui persoluit in festo s. Andree x. octaria siliginis antique mensure. Iuxta ecclesiam predictam siti sunt xix. iurnales uinearum ad staupum fratrum pertinentium cum aliquibus areis, que persoluunt in festo s. Remigii iiii. uncias et ii. denarios. Ecclesia in *Hocheim* et capella in *Phephelincheim* cum uniuersa decimacione ad ecclesiam s. *Andree* pertinent. Preterea in *Hocheim* siti sunt viii. iurnales uinearum et dimidius, que ad staupum fratrum pertinent. Ibidem siti sunt iii. mansi, qui v. solidos persoluunt et frumentum et uinum fratrum in urbem deferunt. Ad ecclesiam s. *Andree* pertinet ecclesia in *Lidrichisheim**) cum uniuersa decimatione, manso uno tantum excepto. Tercia pars tocius decimacionis ad usus pertinet sacerdotis, relique partes ad caseos et oua fratrum pertinent. Inuestitura eiusdem ecclesie fratrum est ex antiqua institucione. Item ad ecclesiam s. *Andree* pertinet ecclesia in *Lampertheim* cum omni decimatione agrorum, hortorum, pratorum, pecorum eiusdem uille et *Biscouesheim* et *Glefeswilre* et *Uischerehusun*. Ad usus sacerdotis pertinet mansus dotalis et decima pars decimarum de agris et tercia pars de decimis arearum, hortorum, pratorum et pecorum et decime de duobus mansis singulis annis. Ecclesia in uilla *Sulza* ad ecclesiam s. *Andree* pertinet plenarie. Ibidem curtim publicam prepositus habet, ad quam pertinet de salica terra quantum computatur in duobus mansis. Duodecim mansi ibi sunt siti, quorum quisque persol-

*) Jetzt der Litterscheimer Hof in Rheinbayern.

Digitized by Google

uit in festo s. Martini v. solidos, iiii. manipulos, ii. panes. Semel in anno prepositum suscipiunt et per noctem cum xxiiii. equis pascunt. Quisque mansus modium frumenti preposito in urbem deferat et ductor plaustri a preposito cibum accipiat. Omnes mansionarii simul iii. carradas uini in autumno preposito deferant et ductores ab ipso cibum accipiant. Si preposito placuerit uillicum ibi constituere, mansionarii tres uiros inter se eligant, ex quibus prepositus unum accipiat. Uillicus ille singulis annis preconem in messe et custodem in autumno super omnem uillam ex iure prepositi constituat. In messe tres dies ius prepositi est premetere segetes et in tercia die quisque metat iurnalem unum, quod dicitur uulgariter *banmorgen*. Si quis in hoc iure preposito resistere temptauerit, placitum ibidem fieri prepositus iubeat et ex dampno obloquentis iuste definiat. Hec curtis preposito libere seruiat, excepto quod fratribus xx. uncias in die s. Martini subministrat. Apud urbem et in *Hocheim* et *Phephelincheim* et *Lidrichisheim* x. mansi circumquaque sunt siti, ex quibus vi. in festo s. Andree persoluunt ccxl. octaria tritici, iv. uero mansi reliqui persoluunt lxxx. maltra siliginis in festo s. Remigii et tantum auene in festo s. Thome. In uilla *Biscouesheim* siti sunt xiiii. mansi, qui persoluunt cxl. maltra siliginis in die s. Remigii. Mansus in *Lampertheim* persoluit viii. octaria tritici et xvi octaria siliginis. In uilla *Munnesheim* siti sunt iiii. mansi, qui persoluunt xl. maltra siliginis in die s. Andree et xxxii. maltra auene in die s. Thome. Ad curtim, quam fratres ibi habent, pertinent de salica terra xvi. iurnales uinearum et totidem agrorum. In *Horgeheim* mansus dimidius persoluit vi. maltra siliginis et dimidium et x maltra auene. In eadem uilla episcopales agri debent fratribus xx. modios auene episcopalis mensure. Molendinum ab ecclesia s. *Michahelis* secundum cum manso agrorum et uinearum persoluit vii. maltra siliginis in die s. Cyriaci, vii. in nativi-

Digitized by Google

tate domini, vi. in sollempnitate paschali. Molendinum in *Oppenheim* persoluit lvi. octaria siliginis in festis predictis. Item molendinum in *Phephelincheim* cum dimidio manso uinearum et agrorum persoluit lxxii. octaria siliginis in eisdem festis. In *Aluesheim* molendinum situm persoluit in festo s. Martini v. uncias, iiii. denarios, ii. panes, iiii. manipulos. In eadem uilla et in *Rudenesheim* iv. mansi persoluunt xvi. uncias in nativitate Johannis baptiste et in die s. Remigii. In *Immineshеim* mansus persoluit ii. solidos, iiii. manipulos, iiii. panes, tot denarios. In *Phleresheim* mansus ii. uncias. In *Wachenheim* dimidius mansus ii. solidos. In *Oppenheim* mansus iiii. uncias. Uiginti aree ante portam s. *Andree* persoluunt x. uncias in die s. Remigii. Undecim aree in urbe site x. solidos soluunt et vii. denarios et obolum. Ex his una ante portam pauonum est sita. Area in *Hocheim* vi. denarios soluit. Nauis in portu *Reni* ii. uncias persoluit. Publica curtis apud fontem s. *Magni* ad carnes fratrum pertinet. Curtis in *Budenbach* preposito seruiet, nisi quod libram denariorum fratribus ministrabit et vi. porcos. De *Logenach* x. porci fratribus debent inpendi. Nona pars de agris episcopalibus in *Houeheim* ad caseos et oua fratrum pertinet et ii. uncie de manso in *Franchendal*. In *Lobdenburc* siti sunt mansi xlii., de quibus debentur fratribus ix. libre denariorum et iiii. uncie, que ad uestimenta fratrum sunt disposite. Ad beneficium scolastici pertinent in uilla *Sulza* iurnalis uinearum et dimidius. In uilla *Buggenheim* iurnalis uinearum et iurnalis agrorum. In uilla *Frimersheim* mansus, qui persoluit in die s. Remigii v. solidos. In *Susenheim* iurnalis uinearum. In uilla *Diermestein* iurnalis uinearum. In *Carlebuch* iurnalis uinearum. In uilla *Wachenheim* dimidius iurnalis uinearum. Ad beneficium decani pertinet iurnalis uinearum in uilla *Methenheim* et decimacio uinee, que pertinet ad portam fratrum in *Nuhusun*. Ad beneficium custodis pertinent v.

Digitized by Google

mansi siti in uilla *Dagolwesheim*, qui persoluunt xvi. uncias et x. maltra siliginis pro decimis. In uilla *Hocheim* dimidius mansus, qui persoluit vi. maltra siliginis. In eadem uilla decimacio uinee, que dicitur *plantatio*. In uilla *Phephetincheim* dimidius mansus, qui persoluit l. denarios. In uilla *Gense* mansus unus persoluit vi. solidos spirensis monete. Ad beneficium cantoris pertinet decimatio uinee, que est fratrum et est sita apud molendinum ab ecclesia s. *Michahelis* secundum.

Anno incarnationis dominice M.C.XLI, indictione iii, regnante *Cunrado Romanorum* rege, renouata et confirmata sunt hec a *Buggone wormatiensi* episcopo coram multis fidelibus, de quibus paucos subnotauimus.

Huius rei testes sunt: *Godefridus* prepositus de domo, *Nibelunc* custos, *Heinricus* decanus, *Diedericus* cantor, *Walterus* magister. De s. *Cyriaco: Bernhelmus* decanus, *Altmannus* custos, *Ernfridus* magister. De s. *Paulo: Liufridus* decanus, *Godefridus*. De s. *Andrea*: *Heinricus* prepositus, *Berewigus* decanus, *Johannes*, *Marquart*. De s. *Martino: Sigefridus* prepositus, *Adalmudus*, *Johannes*. Laici: *Symunt* urbis prefectus, *Gunbertus* uicedominus, *Regenbodo*, *Erkenbertus* camerarius, *Wolueruth*, *Heinricus*, *Gerbodo*, *Werenherus*.*)

(Das aufgedrückt gewesene Siegel ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

*) Schannat hist. ep. Worm. II. 71. gibt nur einen kurzen Auszug aus dieser Urkunde. Etwas vollständiger ist der Auszug aus einem zweiten ähnlichen Privileg des Bischofs Buggo von demselben Datum (Schannat l. c. 72.), welches zu den 5 Mansus bei der Stadt, noch 4 Hausplätze rechnet. „una in platea s. *Petri*, alia in uico qui dicitur *glasecoph*, tercia in platea s. *Margarete*, quarta in termino eiusdem plateae".

Ein drittes von demselben Bischof unter dem nämlichen Datum ertheiltes Privileg gleichen Inhaltes enthält noch die Worte: „ad eandem curtem in *Hochheim* sitam pertinent prata ii. *Rietwisi* et *Brunhiltwisi*".

Digitized

№ 7.

c. **1143.** I. n. s. e. i. t. Ciues *mogontine* metropolis. Notum esse uolumus uniuersis ciuibus nostris tam futuris quam presentibus, qua cautela pactionis *Arnoldus* ministerialis et noster conciuis et uxor eius *Geba* cum tribus fratribus *Dudone*, *Meingoto*, *Hartwino* ministerialibus et conciuibus nostris conuenerint, quicquid *Arnoldus* et uxor eius *Geba* in uilla, que dicitur *inferior Vlma*, possident, post obitum *Gebe* in proprietatem trium predictorum fratrum uel natorum ex ipsis, qui patribus pro parte patrum succedunt, libere transeat, excepto, quod si *Arnoldus* superuixerit eorum, quam ipso anno aratro suo elaborauit medietatem accipere quam debet, quicquid vero habent in uilla, que dicitur *superior Vlma*, post mortem *Gebe* Arnoldus si superuixerit libere possideat et post obitum suum ad predictos fratres prefato modo transeat. Nati autem *Dudoni* non succedunt in hac bonorum parte, nisi quos de *Gisela* uxore sua genuit. Quicquid etiam infra urbem possederunt, quando matrimonio iuncti sunt, post mortem utriusque simili ratione ad prefatos fratres uel natos ipsorum transire debet. Quicquid postea, quod matrimonio iuncti sunt, propria industria acquisiuerunt infra urbem uel extra ubicunque sit, simul uel alter post mortem alterius cuicunque uoluerint tradere poterunt. Quicquid etiam in animalibus, uestibus, annona et uino uel ceteris mobilibus uel habent uel habituri sunt, quencunque et cuicunque uoluerint, siue simul siue alter post mortem alterius tradere possunt. Fratres autem sepedicti *Arnoldo* et uxori sue *Gebe* viii. libras infra urbem, *Dudo* v., *Meingotus* et *Hartwinus* iii. hac ratione posuerunt, ut post mortem *Gebe*, siue supersit *Arnoldus* siue non, ad tres fratres predictos unicuique sua redeant. Statutum est etiam, quod si uel tres predicti fratres uel duo uel unus uel nati ipsorum hanc compositionem infregerint et

Digitized by Google

infra quadraginta dies non emendauerint, de eo quod ad infringentes uel infringentem transire debuit, *Arnoldus* et *Geba* uel alter post mortem alterius libere possideant ad tradendum cui uelint. Quicquid etiam predictus *Arnoldus* et uxor eius *Geba* habent in *Britscenheim*, iuncta manu pro remedio animarum suarum s. *Albano* et s. *Jacobo* tradiderunt, quatinus post mortem amborum in usus fratrum deo inibi seruientium, sicut ipsi cyrographo suo determinauerunt, cedat. Mansum unum et curiam habent in *Winkelo*, quorum medietatem fratribus, qui sunt in monte s. *Johannis*, aliam fratribus, qui sunt in *Euerbach*, pro remedio animarum suarum post mortem utriusque contradiderunt. Vt autem omnia predicta semper inconuulsa permaneant, sigilli nostri impressione hanc cartam inde conscriptam insigniri et fideiussores subscribi iussimus, quorum nomina sunt hec. Extra ciuitatem: *Meingoz*, *Baldemar*, *Heinrich*, *Eigelwart*, *Arnolt*, *Bernhelm*, *Hartmůt*, *Godefrit*, *Cůnrat*, *Heinrich de angere*. Item de *Ulma inferiori*: *Lufrit*, *Ernfrit*, *Meingoz*, *Heinrich*, *Bauwarus*, *Friedrich*, *Druiwin*, *Gunthere*, *Vlrich*. De *Brizzenheim*: *Regenolt*, *Folcant*, *Wicnant*. Item de *Mogontia*: *Eigelwart* et filius eius *Herdegen*. Item in *Selhouen*: *Ernest* et duo filii illius, *Helfericus*, *Hereman*, *Růthart* et filius eius, *Arnolt*, *Wicnant*, *Dithere*, *Baldemar*, *Godebolt*, *Arnolt* et iterum *Eigelwart* et filius ipsius, *Herdegen* et *Dragebodo*, *Ernest*, *Wernhere*, *Dudo* uillicus et frater eius *Warnhere*. Rei vero huius testes: *Hartmannus ecclesie maioris* prepositus, *Arnoldus* camerarius, preterea complures alii tam clerici quam laici sunt. (Ohne Datum.)

(Das aufgedrückte Siegel ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 8.

1153 (28. April). I. n. s. e. i. t. *Lǒtolfus* dei gratia *hornbacensis* abbas omnibus, ad quos hec pagina peruenerit, salutem in eo, qui est uera salus. Ad sopiendam in futuro dissenssionem inter successores nostros abbates et scultetum nostrum in *Osthoven* pro diuerso iure curtis nostre et sculteti hanc paginam scribi iussimus, continentem ius utriusque tam abbatis quam sculteti, sicut in sententia a scabinis edita accepimus et ab antiquitate usque ad hec nostra tempora constat obseruatum. Nouerint igitur tam posteri quam moderni, quod in *Osthoven* computantur quindecim censuales mansi, ex quibus scultetus, qui preest curie nostre, censum v. talentorum et de iure sui officii talentum unum per duas anni uices, in pascha scilicet et in festo s. Remigii, annuatim abbati representabit. Hunc vero censum ante messionem uel ante uindemiam pleniter persoluet aut certe publicationem bonorum unde reddi debuerat indicabit. Fratribus etiam nostris s. *Pirminii* monachis x. solidos pro emendis piscibus de iure sui officii per duas anni uices, in palmis scilicet et in festo eiusdem s. Pirminii patroni nostri, deuote amministrabit. Preterea ad messionem annone in campo sedulus cum plaustro abbatis et cum certis suis legatis aderit, ut si residuum, quid nocte superueniente ex decimatione foris remanserit, ipse tam per suos quam per abbatis ministros caute custodiat. Uindemie quoque tempore simili modo prouidebit in uineis, ne quid ex decimatione uel ex alio quolibet iure forte surripiatur et ipse per singulas noctes quartale musti ex torculari habebit, sicut ad messionem annone duos manipulos pro pabulo singulis noctibus recepit. Qui etiam scultetus custodem in loco, qui *Rǒtal* dicitur, constituet et quicquid iuris pro eadem custodia obuenerit, ipse ad usum proprium pleniter habebit decimationem ex omnibus suis bonis tam annone quam uini in suam

Digitized by Google

potestatem conducet, pro qua decimatione uindemia finita secundum beneplacitum abbatis uel nuncii sui respondebit. Quicquid de omnibus bonis in curiam spectantibus a quoquam uendatur, ipse uenditor sculteto vi. denarios pro resignatione, emptor vero xii. denarios pro susceptione abbatis dabit. Super hec autem omnia idem scultetus ex censu x. solidorum de *Wormatia* prouenientium duo plaustra fortia ad conductum utilia preparabit et sex calceos bubulcis curie et uxoribus eorum dabit, ipsi etiam sculteto ex decimatione sacerdotis xxiiii. maltaria annuatim prouenient. Ad hec etiam quinque ministros curie, idem unum magistrum operis, ortulanum, preconem, duosque bubulcos uiros idoneos ex consensu abbatis aut prepositi instituet. Porro ipsis duobus bubulcis, si duo aratra cum ceteris attinentiis ad hec in curia fuerint, xxiiii. maltaria pro uictu dabuntur et quolibet plaustro onustato quod annonam inducit per singulas uices manipulum unum ex annona de plaustris in aream horrei decidente in quinque partes diuisa ipsi ministri quinque singuli suam ex hac porcionem habebunt. Quatuor in torculari dolia musto repleta habebuntur, que ministri hii quinque uindemia durante singulis noctibus uicissim donec uinum extorqueatur caute custodient et fundo uasis ad mensuram palmi iam apparente, residuum quod in uasis uinum remanserit, ipsi pro remuneratione sui laboris recipient. Ipsis denique ministris in festo s. Pirminii quartale uini dimidium cum pullo per singulos dabitur et in purificatione s. Marie cuilibet denariata cere. Hii quinque ad annonam siue ad uindemiam sollicite ad plaustrum abbatis custodient, scientes omne se dampnum si forte fuerit factum de suo restituere. Magistro quoque operis viii. maltra siliginis et ama musti dabuntur, pro quibus ipse in omni opere curie promptissime deseruiet. Ipsi quoque sepedicti ministri iugera sua in campo de bonis curie, sicut ab antiquo dispositum fuit, annuatim obtinebunt. Sciendum preterea, quod omnis compo-

sitio in qualicunque satisfactione, saluo tantum scabinorum iure, in ius abbatis sine contradictione cedere debet, in qua tamen compositione nichil aliud habebunt, nisi cum forte aliqua bona publicata fuerint. Huius ordinationis testes sunt: fratres ecclesie s. *Pirminii: Gerualcus* prepositus, *Heinricus Roggelin, Hemedicus.* Canonici s. *Fabiani: Helias* prepositus, *Boppo, Vlricus*, *Swiggerus* scultetus, *Sigefridus* sacerdos et pastor in *Osthoven, Dulo* frater eius, *Cvnradus, Dulo* frater eius, *Wigfridus* scultetus, *Swiggerus, Heinricus* et alii multi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.LIII, indictione i, iiii. kalendas maji, regnante *Friderico Romanorum* imperatore semper augusto.

(Das Siegel hängt verwischt an einem Pergamentstreifen an.)

Orig.

№ 9.

C. **1156.** I. n. s. e. i. t. Siquid ecclesiis Christi a suis fidelibus confertur, digne priuilegiorum testamento roboratur, quatinus et datoris memoria indesinenter habeatur et a dato successorum temeritas cohibeatur. Nouerint ergo presentes et posteri, qualiter dominus *Heidenricus, maioris ecclesie* in *Moguntia* cellerarius, quedam mancipia sua uidelicet famule sue *Herlouge* cujusdam prolem, tres scilicet filios et unam filiam, ecclesie s. *Jacobi*, que muro *moguntine* ciuitatis exterius adiacet, ad consortium et jus, quo ministeriales illius abbatie funguntur, contradidit. Ad inconuulsam autem tradicionis huius stabilitatem consensum heredum suorum adhibuit et per manum senioris fratris sui, qui secundum jura legum mundiburdus suus extitit, pretaxatam familiam super altare s. *Jacobi* donauit, vnde ego *Gotefridus* ecclesie illius abbas licet indignus eosdem homines, ut juris ratio exigebat, in dominium ecclesie nostre uendicaui et sine contradictione eos in legitimam eius possessionem

Digitized by Google

apostolice auctoritatis banno firmaui rogatuque eorum et aliorum qui aderant huius rei durabile testimonium presenti priuilegio conscribi et ecclesie nostre sigillo insigniri et nomina quorundam testium de plurimis, quibus presentibus hoc actum est, feci annotari, qui sunt: abbas *Gotefridus*, *Goteschalcus* prior, *Hartwinus* prepositus et ceteri fratres de conuentu s. *Jacobi*. Ministeriales eiusdem ecclesie: *Ortwin*, *Wernher*, *Wolfram*, *Heinrich* et alii plures. (Ohne Datum).

(Die obere Hälfte des aufgedrückten Siegels fehlt.)

Orig.

№ 10.

1161. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, qualiter ergo *Wernherus*, ecclesie b. *Pauli* cvstos et canonicus, anno decimo regni *Friderici* imperatoris *Romanorum*, *Cŏnrado* existente *wormaciensium* episcopo, curtim unam iuxta portam salis sanctimonialibus b. *Marie* ad illuminandum uno lumine dormitorium earum ea uidelicet conditione contradidi, ut eandem curtim in earum possessione post obitum meum semper habeant et b. *Cyriaci* fratribus singulis annis iv. uncias inde persoluant, quicquit uero reliquum fuerit, earum necessitati deseruiat. Uolo igitur, ut in honorem beatissime dei genitricis Marie meique memoriam singulis diebus ab eis et a sacerdote una dicatur oratio, quatenus eadem dei genitrice intercedente peccatorum meorum maior fiat remissio. Hec autem traditio, ut deinceps rata permaneat, eam sigillo b. *Pavli* consignauimus et subscriptorum uirorum tam laicorum quam clericorum testimonio confirmauimvs. Clerici: *Heinricus* decanus, *Hermannus* magister scolarum, *Heinricus* cantor, *Cŏnradus* b. *Cyriaci* prepositus, *Nibelungus* custos, *Ortho* magister scolarum, *Sigefridus wimpinensis* prepositus, *Cŏnradus* custos, *Embecho* s. *Pauli* prepositus, *Reginhardus* de-

Digitiz

canus, *Dyrolfus* magister scolarum, *Cõnradus* b. *Andree* prepositus, *Adelbero* decanus et custos, *Burchardus* magister scolarum, *Sigefridus* b. *Mærtini* prepositus, *Roricus* custos, *Godescalcus* magister scolarum. Laici: *Sigefridus* vicedominus, *Burchardus* frater eius, *Neihel, Nanthoch, Wernherus* et *Giselbertus* frater eius, *Gozmarus, Cõnradus, Richeho, Gerlacus* frater eius, *Johannes* et *Heizel* frater eius, *Sigebotho, Dithmar, Heinrich* et *Rõgerus* frater eius. (Ohne Datum).

(Das aufgedrückte Siegel ist wohlerhalten.) Orig.

№ 11.

C. 1173. I. n. s. e. i. t. Ego *C.* dei gratia *wormaciensis* . . . .*) notum facio omnibus deum timentibus, quam amici et fratres nostri de *Odderburc* re ita exigente cum uillanis de *Ibernsheim* conuentionem talem inierunt, quatenus singulis annis in natiuitate s. Johannis baptiste xl. solidos wormaciensis monete eis persoluant, hac conditione, ut ipsi pascuam eosdem uillanos attingentem longeque ab eis remotam, curie autem supradictorum fratrum contiguam, absque omni contradictione, absque omni impedimento non cum uillanis communiter, sed ipsi singulariter quamdiu supradictam pecuniam uelint persoluere libere possideant. Vt ergo firma et stabilis in perpetuum hec pactio sit et nullo ingenio neque aliqua molitione nec ab ipsis nec a quoquam, ad quos pascua illa pertinere uidentur, ulterius infringi possit, ego rei huius ueritatis testimonium primus perhibeo, quia presens affui et sigilli mei inpressione signaui. Aderant et alii testes, quorum nomina subscripta inueniuntur. *Gernothus* decanus *maioris ecclesie, Warnerus* prepositus s. *Andree, Mainardus, Eberhardus, Warnerus*, canonici de *domo, Sigefridus* prepositus de *Hagene, Bernhelmus* prior

*) Leere Stelle.

eiusdem loci, *Hermannus* et *Orto*, canonici in eodem loco, *Stephanus* primus abbas de *Odderburc*, *Gerwinus* prior eiusdem loci, *Adelbero*, *Warnerus*, *Brunicho*, *Godefridus*, monachi in eodem cenobio, *Emicho* comes de *Liningun* et filius eius *Eberhardus*, *Walterus* de *Husun* aduocatus eiusdem uille et *Fridericus* filius eius, *Warnerus* et *Giselbertus* germanus eius, *Richezo*, ecclesie nostre ministeriales, predicte pascue heredes, *Johannes*, *Cunradus*, *Sigefridus*, *Wahsmudus*, *Mengotus*, *Rudegerus*, *Waldo*, *Herebortus* et germanus suus *Ernestus*, *Marcwardus*, *Embercho*, *Adelbertus*, *Gernotus*, *Heinricus*, *Nibelungus*, *Ranuoldus*, *Eberhardus*, *Sigefridus* filius *Hedewige*, *Eberhardus Sueuus*, *Ernestus* germanus suus, *Heinricus Sporo*, *Emicho* ....*)

(Ohne Datum.)

(Siegel fehlt.) Orig.

№ 12.

1175. In nomine patris et filii et spiritus sancti. *Cristianus* dei gracia *maguntine* sedis archiepiscopus. Sollicitudinis adeo nobis iniuncte requirit et exigit officium, ut ecclesiarum iura operosa fide conseruemus et misericordie dispensationis intuitu grauiora in leuioribus et asperum in dulci committemus, ut adeo retributionis eterne meritum et ab hominibus bone opinionis nomen et famam recipiamus. Eapropter notum facimus uniuersis ecclesie fidelibus dei tam futuris quam presentibus, quod nos gratia sancte miserationis commoniti uniuersis textoribus in *maguntina* ciuitate habitantibus officium, quod uulgo dicitur *heimburgo*, et aliud officium, quod dicitur *skenko*, plenarie remittimus eo conditionis interueniente pacto, ut quilibet eorum singulis annis

*) Leere Stelle. Die Urkunde trägt keine Spur eines Siegels und ist offenbar nicht ausgefertigt worden, hat aber auf der linken Seite einen mit Buchstaben und Kreuzen abwechselnden Abschnitt.

ii. denarios pro luminaribus super altare b. *Stephani* persoluat, vnum in natali eiusdem beati prothomartiris et alterum in ipsius inuentione. Concedimus eciam ut, defunctos suos ad eandem ecclesiam fidelibus sepeliant obsequiis et exinde oblationes custodi proueniant. Statuimus et auctoritate *maguntine* sedis nostroque presenti priuilegio confirmamus, quatenus perpetuo ratum consistat et illibatum permaneat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam attemptare presumpserit, sine satisfactione congrua emendauerit, reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et nostram se nouerit incursurum offensam. Huius rei testes sunt: *Heinricus* abbas ecclesie s. *Albani, Burcardus* ecclesie s. *Petri* prepositus, *Heinricus* prepositus in *Ascafenburg,* magister *Sigefridus, Folbertus* prepositus in *Muggestat, Cunradus* prepositus de *Spalde,* magister *Heinricus* de *Ascafenburg,* magister *Rôbertus* notarius archiepiscopi, *Folcnandus* eiusdem ecclesie canonicus et custos, *Wernherus* in ecclesia s. *Victoris* canonicus, comes *Regenbodo* et frater eius *Fridericus* de *Bichelingen, Fridericus* filius *Walteri* de *Husen, Cunradus Sueuus* et alii quam plures.

Datum *Papie* anno dominice incarnationis M.C.LXXV, indictione viii, regnante domino *Friderico Romanorum* imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxii, imperii uero xx.

(Das wohlerhaltene Siegel hängt an roth ſeidener Schnur an.)

Orig.

№ 13.

1175. I. n. s. e. i. t. *Burcardus* dei gratia ecclesie s. *Petri* in suburbio *maguntino* prepositus. Compromissiones, que ob aliquas necessitates fiunt, plerumque fidei datione aut sacramento interposito uel utroque firmitatem accipiunt,

Digitized by Google

nonunquam etiam scripti testimonio et a stipulatione testium corroborate difficilius dissolui possunt. Notum sit ergo omnibus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod burgensis quidam ***Heroldus*** curiam quandam habuit in possessione ecclesie s. ***Petri*** pertinentem, quam quidem ad ipsum titulo hereditatis a predecessoribus suis deriuauerat, vnde fratribus in ecclesia illa deo et b. Petro militantibus canonem constitutum, videlicet xlii. denarios, annuatim soluere tenebatur, transacto aliquot annorum curriculo, cum iam dictus ***Heroldus*** prefatis fratribus canonem, quem debebat soluere, neglexisset et illi sepius repetendo parum proficerent, adierunt presentiam iudicum ciuicorum ibique suam deponentes queremoniam, ut mos est et consuetudo ciuitatis, semel, bis et tercio eandem curiam ad tres canonis soluendi terminos obtulerunt. Cumque nemo esset, qui redimeret et de neglecto canone responderet, per sententiam latam et approbatam fratribus curie possessio adiudicata est, fratribus igitur ius suum in illa sibi uendicantibus suisque usibus aptantibus prememoratus ***Heroldus*** presentauit se iudicio, asseuerans pre iudicio, se ab illius curie possessione fuisse eiectum, nitens quod factum fuerat sic infirmaret, fratres uenientes coram allegauerunt in contrarium fultique iudicum et burgensium testimonio partem et causam suam defenderunt. Lite diu hinc inde agitata et fratribus in sua iusticia confidenter persistentibus, cum ***Heroldus*** causam suam minus sperato uigoris habere conspiceret, ad arma precum conuersus optinuit per interuentum domini ***Heinrici*** decani de ***domo***, domini ***Hermanni*** cantoris, domini ***Dudonis*** camerarii, ***Arnoldi Rufi, Cunradi Winzonis*** aliorumque probabilium uirorum tam laicorum quam clericorum, qui presentes aderant, quod fratres a iure suo cedentes in eiusdem curie possessionem, quam iure ciuili optinuerant, possessorem pristinum ***Heroldum*** videlicet libere restituerunt et canonem neglectum a decem et octo annis penitus dimiserunt, hoc

pacto interposito, quod *Heroldus* ex tunc in antea fratribus sepedictis censum debitum, videlicet xlii. denarios, a termino soluendi canonis, videlicet festiuitate b. Martini usque ad natale domini annuatim solueret, quod si semel quacunque occasione neglexisset et hoc a fratribus probatum constitisset, absque omni contradictione uel litis attestatione curie pretitulate possessio a potestate *Heroldi* iuxta compromissum suum exempta ad manus et usus fratrum rediret, ab eo non repetenda de cetero. Vt autem pactio talis rata et immobilis permaneat, paginam hanc conscribi et ciuitatis signo placuit communiri, testes adhibendo, quorum nomina sunt hec: *Arnoldus maior* prepositus, *Wernherus* prepositus s. *Marie in campis*, *Heinricus* decanus, *Hermannus* cantor, *Cunradus* prepositus s. *Gingolfi*, *Vlricus* magister scolarum s. *Petri*, *Heinricus* cantor, *Rogerius* archipresbiter, *Hungerus* cellerarius. Laici: *Dudo* camerarius, *Arnoldus Rufus*, *Cunradus Winzo*, *Godescalcus*, *Bertholdus*, *Herboldus* et alii complures viri probabiles.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.LXXV, indictione viii, regnante domino *Frethurico* imperatore gloriosissimo, feliciter amen.

(Das aufgedrückte Siegel ist am linken Rande etwas beschädigt.)

Orig.

№ 14.

1177. I. n. s. e. i. t. *Sophia* diuina fauente clemencia abbatissa ecclesie s. *Marie* in *Maguncia*. Persone utriusque sexus, quibus ecclesiasticarum rerum commissa est speculatio, studium suum uigilanti cura et indefessa sollicitudine debent impendere, ut fideles inuenti creditum talentum cum fenore reportent. Ego igitur *Sophia* abbatissa *ueteris monasterii* uidelicet ecclesie b. *Marie* in *Maguntia* notum esse cupio tam futuris quam presentibus

Digitized by Google

Christi fidelibus, qualiter suscepta cura omnium dominicarum et rerum ecclesiasticarum dispensatione quantum preualui conata sum dilapidata restaurare, dispersa recolligere et quelibet michi credita ad aliquod incrementum promouere. Inter cetera autem, circa que sollicitudo mea ferebatur, quoddam predium, quod ecclesia mea habuit in ***Zarenheim,*** unde michi et sororibus meis xxx. maldra siliginis annuatim soluebantur, cupiens ad aliquod aucmentum perducere, communicato consilio fratrum et sororum et familie ecclesie mee, locaui illud ***Rŏdegero*** preposito de ***Husen,*** ea interposita pactione, ut singulis annis xxx. maldra tritici inde exsolueret et v. siliginis, sed illa v. maldra siliginis ad usum meum et sororum mearum prouenire non poterant, quia nomine beneficii a nobis alienata erant. Vt etiam hoc predium diligentius excoleretur, locationi illi largum temporis spacium ex prouida dispensacione superaddidi, statuens, ut prepositus ille et successores sui cum fratrum ac sororum collegio in ***Husen*** bona illa possidendi, colendi et fructus percipiendi per centum annos ius haberent et prememorata maldra tritici et siliginis annuatim exsoluerent, et numerus centum illorum annorum inicium habuit ab anno incarnacionis domini M.C.LXXVII, et ab indictione vii. regnante imperatore ***Friderico*** et presidente ***Cristiano*** archiepiscopo. Ad stabiliendam autem et corroborandam hanc emphiteoticam pactionem et dispensatoriam per centum annos locationem, hanc cartam subscribi et impressione sigilli nostri precepimus insigniri et testes subponi, quorum nomina sunt hec: ***Wernherus*** prepositus ecclesie s. ***Marie in campis, Heinricus maioris ecclesie*** decanus, ***Berengerus*** cellerarius, ***Vdalricus*** magister scolarum in ecclesia b. ***Petri, Heinricus*** cantor et ***Hungerus*** cellerarius in eadem ecclesia. De ecclesia s. ***Stephani: Gernodus*** magister scolarum, ***Cristianus*** cantor, ***Cunradus*** cellerarius. De ecclesia s. ***Marie ad gradus: Heinricus*** decanus, ***Marquardus***

cantor. De fratribus eiusdem ecclesie sanctimonialium: *Vdalricus*, *Godefridus*. De laicis: *Dudo* camerarius, *Arnoldus Rufus*, *Petrus*, *Sigefridus* de *lapide*, *Cunradus Winezo* et plures alii.

(Das wohlerhaltene Siegel ist aufgedrückt.) Orig.

№ 15.

C. **1180**. I. n. s. e. i. t. Ego *Cunradus* dei gratia abbas s. *Disibodi*. Auctoritate ueterum litterarum memorie decretum est commendari, quod non sine periculo a posteris poterat ignorari. Notum igitur facimus presentibus et futuris, quod assensu et consilio fratrum nostrorum bonum quoddam, quod in *Sulzheim* habere uidebamur, tam in annona quam in denariis, fratribus ecclesie b. *Victoris* iure quo possidebamus in perpetuum possidendum concessimus et quod propter hoc pecunie recep . . . . ad redimendam curiam nostram in *Wackernheim* constituimus. Quicunque igitur predictis fratribus aliquam de eodem bono iniuriam quod absit facere adtemptauerit, anathema sit. Huius rei testes sunt: *Adebero* prior, *Cuno*, *Gebehardus* prepositus, *Burchardus* et omnes fratres nostri. (Ohne Datum.)

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 16.

1191 (23. Oct.). I. n. s. e. i. t. *Henricus* dei gracia decanus, *Rukkerinus* custos, *Petrus* scolasticus, *Godefridus* cantor et capitulum *maioris ecclesie maguntine* vniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus peruenire volumus ad notitiam, in *inferiore* villa *Olmene* quandam aream *Ekkerici* curie forinsecus in introitus ad manum dexteram contiguam a multis hominibus per plura tempora hereditarie esse possessam, hec itaque area tandem deuoluta est ad *Embrichonem*, ita quod eam de manu

Digitized by Google

domini *Arnoldi*, ecclesie nostre prepositi, suscepit sibi sueque successiue proli et posteritati hereditarie possidendam, ea tamen interveniente pactione, quod annuatim in festo b. Martini ii. boni cappones vel iv. denarii de area eadem in censu debent persolui, cui siquidem facto fauorem accomodantes et precipue deuotionem ac fidelitatem, qua idem *Embricho* nostram ecclesiam et nos amplexerat, intuentes quatinus idem factum robore firmiori fulciatur in posterum, hoc factum ipsius prepositi nostri et *Embrichonis* per ratihabitionem approbamus et testimonio presentis scripti ecclesie nostre sigillo insigniti communimus.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M.C.LXXXXI, indictione viii, xi. kalendas novembris.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 17.

1192—1206. l. n. s. e. i. t. Ego *Hezechinus* dei gracia abbas s. *Jacobi* in monte specioso. Qvociens aliquid de rebus ecclesie communi consilio fratrum ordinamus, vt posteri ad ipsum non ignorent, litterarum memorie commendare debemus. Notum igitur facimus presentibus et futuris Christi fidelibus, quod uineam iuxta *Wizenouen* ecclesie nostre et nobis proprietatis iure attinentem *Henrico* et fratri eius *Ruthardo* suisque heredibus successiuis contulimus hereditario iure possidendam in perpetuum, ea racione et conueniencia, ut annuatim de eadem uinea in censu iv. vncias moguntine monete, in festo uidelicet b. Martini ii. uncias et in annunciacione b. Marie residuas ii. uncias, nobis et ecclesie nostre persoluant, adicientes hoc, quod idem census singulis annis a duobus uiris, qui uidentur esse prouectiores etate inter heredes exigatur. Predictus uero census si in quocumque termino memorato neglectus infra sex septimanas proxime subsequentes solutus non

Digitized by Google

fuerit, vinea sine contradictione qualibet in nostram potestatem et usum cessura reuertetur aut de nostro uel successorum nostrorum fauore a prefatis heredibus obtinebitur. Vt autem hoc factum nostrum non possit reuocari in irritum, presentem cartulam sigillo ecclesie nostre signari et testes inscribi fecimus, qui sunt hi: *Cunradus* prior, *Sigefridus* custos, *Embricho, Henricvs, s. Jacobi. Cunradus* cantor, *Hermannvs* cardinalis, *Sigehart* cellerarivs, s. *Victoris. Godefridus*, *Herbortus*, *Cunradus*, *Rupertus*, *Embricho*, *Henricus*, *Ruthart*, laici. (Ohne Datum.)

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 18.

1196—1217. In nomine domini amen. *Lupoldus* diuina fauente clementia *wormatiensis* ecclesie episcopus in perpetuum. Pastoralis sollicitudo regiminis hoc deposcit, ut subditarum sibi quieti ecclesiarum prospiciat in posterum et non solum ea, que ex pia fidelium largitione possident, uerum etiam quemcunque iusto emptionis titulo fuerint adepte, paterna confirmet auctoritate, manu teneat ac defendat. Ad noticiam itaque tam futurorum quam presentium uolumus peruenire, quod conuentus sororum ecclesie b. *Marie* in *Wormatia* uenditis quibusdam bonis suis in *Flamburne* minus utilibus in usus ecclesie necessarios conuertat et a ciuibus *wormaciensibus*, *Dauide* et *Humberto*, terciam partem aqueductus procedentis per meatum quendam ab alueo *Ysene* extra muros ciuitatis apud ecclesiam s. *Michahelis* prefatamque ecclesiam s. *Marie* preterfluentis et ad pascua ciuitatis usque labentis, in quo quedam molendina sita sunt et qui quondam per uicum cerdonum transmanare dinoscebatur, cum communi consilio et consensu tocius capituli s. *Pauli*, s. *Martini* comparauit cum omni iure et utilitate inde proueniente, hoc uidelicet pacto accedente, ut nemo

Digitized by Google

alius potestatem aliquam habeat in ipso aqueductu quicquam ordinandi, preter iam dictam ecclesiam b. *Marie* et eius consortes, scilicet predictam ecclesiam s. *Pauli* et ecclesiam s. *Martini* duas reliquas partes eiusdem aqueductus habentes. Nos igitur eandem terciam partem prelibati aqueductus sicut eam conuentus prememorate ecclesie b. *Marie* rationabiliter comparauit cum omni iure et utilitate, ita sibi pontificali nostra auctoritate confirmamus eamque banno domini et patris nostri *Innocentii* pape et nostro subponimus ipsius et nostra precipientes auctoritate, ut nulla in posterum ecclesiastica secularisue persona presumat in ea dictam ecclesiam b. *Marie* aliquomodo perturbare nostreque confirmationis paginam infringere uel ei ausu temerario contraire, quod si quis facere attemptauerit indignationem dei omnipotentis et b. Petri et Pauli apostolorum se nouerit incursurum et in districto die iudicii portionem cum humani generis inimico habiturum. Vt autem hec firma et omni euo inconuulsa permaneant, hanc inde paginam conscribi fecimus et sigillo nostro communiri. Testes huius rei sunt.*)

(Ohne Datum)

(Das Siegel hängt an rothseidner Schnur zerbrochen an.)

Orig.

№ 19.

1196 (30. Oct.) I. n. s. e. i. t. *Luppoldus* dei gracia *wormaciensis* ecclesie episcopus. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Nouerit igitur omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod *Heinricus* filius *Dauid* pro xx. marcis, quas canonici s. *Petri* ipsi dederunt, xxiiii. maldra annone, que de molendino in *Luzelheim* iure feodali a nobis annis

*) Leere Stelle.

Digitized by Google

singulis percipiebat, in manus nostras resignauit. Nos ergo quicquid proprietatis in eodem molendino habuimus, reliquiis in altari b. *Laurencii* repositis tum diuine remunerationis intuitu, tum ad petitionem canonicorum s. *Petri* donauimus. Ne quis igitur hanc donationem pie factam in irritum ducere intendat, presentem paginam inde conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius rei sunt: *Heinricus* decanus *maioris ecclesie, Hartungus, Baldemarus, Titherus, Wernhardus, Rodolfus, Godebertus, Rodegerus, Wernherus* de *Wartenberc, Conradus Sporo, Arnoldus, Heinricus Adeluni* filius, *Eberhardus* de *Hertesperc.* De *noua domo: Conradus* custos, *Bertolfus* scolasticus, *Herimannus* cantor, *Eberhardus* canonicus. De s. *Paulo: Giselbertus* decanus, *Heinricus* custos, *Gregorius* scolasticus, *Nantogus* cantor, *Bernoldus.* De s. *Andrea: Eberhardus* custos, *Crafto* scolasticus, *Gerwinus.* De s. *Martino: Volcnandus* scolasticus, *Rudegerus* custos, *Wikerus* cantor. Laici: *Sifridus Gernodi* filius, *Gernodus* et *Gerardus* frater suus, *Albertus comes, Edelwinus, Walterus, Erlewinus* et frater suus *Godefridus, Sifridus Mergardis* filius, *Conradus* ante monetam et frater suus *Jacobus*, *Conradus Rufus, Erkenbertus* et filius suus *Richezo, Gozmarus, Lutfridus, Wolframus, Giselbertus, Heinricus Wacherpil, Embricho, Godefridus Selicheit* et quam plures alii tam clerici quam laici.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.C.XCVI, iii. kalendas nouembris.

(Das Siegel hängt an einem Pergamentſtreifen ganz zerſtört an.)

Orig.

Digitized by Google

№. 20.

1197 (19. März). I. n. s. e. i. t. ***Liupoldus*** fauente clementia ***wormaciensis*** ecclesie episcopus. Non minus iustum quam opere pretium est ea, que diuine pietatis intuitu dei conferuntur ecclesiis, tam scriptis quam personarum testimoniis confirmari, ne per fraudem malignantium, que pie facta sunt, possint inmutari aut per humane memorie fragilitatem ualeant aboleri. Nouerit igitur omnium Christi fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod ***Heinricus*** ecclesie s. ***Pauli*** custos considerato, quod ea, que ad usus ecclesiarum elemosinarum elargitione quondam distributa fuerunt, nunc per manus laicales et maxime per ministeriales, qui statutum pensum non persoluunt ecclesiis, magis distrahuntur quam augmententur, et quia prebendas fratrum nobilis ecclesie s. ***Pauli,*** tum ex frequenti inundantia ***Rheni,*** tum ex maleficorum dilapidatione ultra modum attenuatas esse non dubitabat, ius patronatus ecclesie b. ***Rôperti*** in ***Wormatia,*** quod ad eum spectabat, pretaxate ecclesie s. ***Pauli*** et fratribus ibidem deo famulantibus ad petitionem ipsorum et pro remedio anime nostre ac sue per manum nostram in perpetuum donauit, ita, ut parrochianis supramemorate ecclesie unum de fratribus suis aut alium quemcunque uoluerint sacerdotem constituant, qui in mensa Christi offerat salutis hostiam et plebem domini diuini uerbi reficiat alimento, fructus autem de eadem ecclesia prouenientes in communes usus fratrum cedant. Quisquis ergo huic donationi pie et canonice facte, quam in presenti pagina subscribi iussimus, contrarius esse presumpserit, omnipotentis dei et b. Marie semper uirginis et b. Johannis ewangeliste et domini pape et nostram indignationem se nouerit incursurum.

Actum publice anno ab incarnatione domini M.C.XCVII, istis presentibus: ***Vlrico maiore*** preposito, ***Heinrico*** de-

cano, *Hartungo, Baldemaro, Tithero, Rodolfo, Wernhardo, Rudegero, Wernhero* de *Wartenberc, Conrado Sporone, Arnoldo, Heinrico Adeluni* filio, *Eberhardo* de *Hirtesperc, Heinrico* de *Popardia, Heinrico* de *Wirzeburc, Conrado* custode *nuhusensi, Bertolfo* scolastico, *Hermanno* cantore, *Eberhardo Cancro, Giselberto* s. *Pauli* decano, *Nantogo* cantore, *Gregorio* scolastico, *Bernoldo, Hartungo, Salemanno, Wernhero Longo, Gerbodone, Wallero,* magistro *Bartholomeo, Eberhardo* custode s. *Andree, Craftone* scolastico, *Heinrico, Hezelone, Gerwino, Rudegero* custode s. *Martini, Volcnando* scolastico, *Wikero* cantore. Istis uero laicis presentibus: *Sifrido Vrielak, Gerardo* et *Gernodo, Erlewino, Erkenberto* et filio suo *Richezone, Rusteino, Conrado Ruso, Conrado ante monetam* et fratre suo *Jacobo, Godefrido, Heinrico* de *Heppenheim, Bertoldo Baleiz, Alberto Comite, Gozmaro, Edelwino, Wallero* de *Nitht, Wolframo, Giselberto, Embrichone Judeo* et ceteris tam ministerialibus quam burgensibus.

Data per manum notharii nostri *Constantini* xiiii. kalendas aprilis in publica sinodo *wormatiensi*, pontificatus nostri anno secundo.

(Das an roth ſeidener Schnur angehängte Siegel iſt abgeſchnitten.)

Orig.

№ 21.

1197 (12. Dec.). *Celestinus* episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati de *Hemenrot,* decano et scolastico *maioris* ecclesie *treuerensis* salutem et apostolicam benedictionem. Dilectis filiis fratribus ecclesie s. *Petri maguntine* conquerentibus nos accepisse noueritis, quod cum ipsi terroribus minisque perterriti ad eligendum *Sifridum* de *Eppenstein* in prepositum cogerentur, tandem in

arbitros scilicet dilectos filios T. *maiorem* prepositum, . . ., abbatem s. *Albani*, . . . decanum, . . . custodem, ... cantorem et . . . cellerarium *maioris* ecclesie *maguntine* fide interposita compromiserunt, sed cum prefatus *S.* de mandato arbitrorum electus ab eis fuisset in prepositum, ut obtabat, quod ei prefati arbitri preceperunt, neglexit penitus obseruare, pro quo prefati canonici nostram audientiam appellarunt, ad prosequendam appellationem dilectum filium *Hugonem* imperialis aule notarium destinantes, licet idem *S.* uenerit nec sufficientem pro se direxerit responsalem. Cum igitur nobis super hiis plene non potuit de ueritate constare, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis quod canonicum fuerit inter eos appellatione et occasione postposita statuatis et faciatis iudicium, quod recte tuleritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, quod si omnes hiis exequendis nequiueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur.

Dat. *Laterani* ii. idus decembris, pontif. nostri a. vi.

(Das Blei fehlt.) Orig.

№ 22.

1202 (5. Jan.). I. n. s. e. i. t. *Liupoldus* dei gratia *wormaciensis* ecclesie episcopus. Nouerit, quod nos, quia iustis petitionibus et rationi concordantibus tenemur ex iniuncto nobis officio benignitatis aures cum pio affectu semper inclinare pariter et effectu, ad petitionem dilecti consanguinei nostri domini *Conradi spirensis* episcopi tenuitatem stipendiorum ecclesie s. *saluatoris* in *Methi* nobis exponentis, habito eciam diuine remunerationis respectu, canonicis eiusdem ecclesie indulsimus, ut post obitum *Hartungi* pastoris in *Eppelnsheim* omnes prouentus eiusdem ecclesie eorum perpetuo cedant usibus in prebendarum suarum aucmentum, saluo tamen iure diocesani episcopi et ar-

chidiaconi, cuius officium cum hec faceremus uacabat et in ordinationis nostre fuit potestate, cuius eciam auctoritate factum istud roboramus, ita tamen, ut non minus in iam dicta ecclesia per canonicorum prefatorum sollercia diuina procurentur.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.II, indict. v, non. januarii uidelicet in vigilia Epiphanie domini, in loco qui *Mittelhouch* dicitur. Testes sunt: *Conradus spirensis* episcopus, *Philippus* prepositus in *Heiligenstat*, *Sifridus* canonicus in *maiori* ecclesia *spirensi*, *Bertoldus* scolasticus in *Nuhusen*, *Bertoldus* comes de *Cazzenellenbogen*, *Anselmus spirensis* aduocatus, *Heinricus* de *Scharfenberc*, *Egeno* de *Kirwilre*, *Conradus* dapifer de *Croppesberc*, *Sifridus Frietak*, *Gernodus*, *Gerardus* et a. q. pl. Data per manum notarii nostri *Constantini* aput *Wormaciam*.

(Das abgeſchnittene Siegel des Ausſtellers hing an roth ſeidener Schnur.) Orig.

№ 23.

1203 (Oct.). Venerabili domino et amico suo *Willermo mettensis* ecclesie cancellario et s. *saluatoris* preposito *J.* decanus totumque eiusdem ecclesie capitulum. Nos benignissime domine illam liberalitatis immensitatem attendentes, qua tam beniuole ecclesiam de *Elpesehim* jure patroni ad nostrarum augmentum prebendarum nobis in perpetuum concessistis, desiderium habentes pro nostre modulo possibilitatis tante gracie uicem rependere, proinde communi assensu id apud nos ordinauimus, ut a presenti tempore annuatim in perpetuum in ecclesia nostra die uestri obitus uestri recenseatur anniuersarii celebritas et ipso die de prenominate ecclesie prouentibus xx. solidi mettensis

Digitized by Google

monete fratribus nostris pro remedio anime uestre distribuantur.

Acta sunt hec a. i. d. M.CC.III, mense octobris.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 24.

C. **1204**. *Heidenricus* humilis abbas collegii de *Arnnestein*. Uolumus innotescere, quod dilectus noster *Herbordus* prior in *Gumersheim* cum assensu nostro et sanctimonialium ibidem degentium predium illud, quod habebant in *Dienheim* situm, fratribus in *Ebirbach* de communi consilio et ipse et sanctimoniales pro xviii. marcis uendiderunt, ea ratione, quod aliud predium sibi comodius et plus vicinum pro *Baldemaro* de *Harwesheim* et *Heinrico* de ipsa pecunia compararunt. Testibus: *Gerhardo* sacerdote, *Richardo, Godefrido, Cunrado, Godefrido, Heinrico,* conuersis. Affuit etiam *Gerdrudis* magistra, *Cunegundis, Lypmudis, Demudis, Hadewigis,* sorores eiusdem loci, *W.* priore de *Eberbach*, *D.* cellerario, *G.* custode et fratre *H.* ipsius grangie magistro, in id ipsum consencientibvs. (Ohne Datum.)

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 25.

C. **1207**. In nomine domini. *A.* decanus *maioris* ecclesie *spirensis*, *F.* cellerarius, *B.* de *Musbach* canonicus eiusdem ecclesie. Omnibus tam futuris quam presentibus litteras istas inspicientibus salutem in uero salutari. Quia sepe fit, ut diuturnitate temporis patere non soleat veritas originis, notum fieri uolumus omnibus cartam tam inspecturis quam inspicientibus siue audientibus, qualiter super controuersia, que vertebatur inter ecclesiam s. *Petri Wormatie* et ecclesiam s. *Cyriaci Nuwehusen* de deci-

mis quorundam agrorum adiacentium ecclesie s. *Remigii*, transactum sit. Idem igitur cum quandoque essent sationales et exculti ad fructus frumenti vel vini dandos, ecclesia s. *Cyriaci* percipiebat cum omni integritate decimas ex eis prouenientes, nulla ex hoc habita ambiguitate. Nunc autem quia q... steriles sunt quantum ad fructus predictos et occupati edificiis siue mansiunculis hominum dubitatum est de decimis .... proueniendis, ad quam ecclesiam spectare deberent et an ratione ipsius fundi sicut prius, an intuitu personarum essent exigende, quam dubitationem decidentes cum consilio quorundam discretorum uirorum, in quorum arbitrium se etiam utraque pars sub pena compromiserat, statuimus, quod utraque ecclesia medietatem decimarum percipiat siue proueniat ibi de nutrimentis animalium siue de cultura ortulorum, qui coluntur occasione mansiunculorum. *H*. vero clericus ecclesie s. *Petri* amministret spiritualia hominibus ibi manentibus sicut consueuit, ita tamen, ut nec manummittat infra murum cimiterii s. *Remigii*, sed clericus ecclesie s. *Cyriaci* ibi solus agenda procuret. Denarios vero, quos solent uagi homines et uacui bonorum decimare de laboribus et negotiis suis, quia vere personales dici possunt, *H*. clericus ecclesie b. *Petri* solus recipiet. Nos vero prouidentes partibus, ne in posterum irritari possit ista transactio, sub pena pecuniaria firmandam esse deliberauimus, videlicet si altera ecclesiarum contra ipsam aliquando uenire uoluerit, ut alteri condempnetur in x. marcis puri argenti. Similiter de clericis ipsarum, scilicet fr. *H*. clericus ecclesie b. *Petri*, ipsam ratam habere noluerit, condempnetur ecclesie s. *Cyriaci* et clerico eiusdem in x. marcis puri argenti et ... Huius rei testes sunt: *Otto maior* prepositus *spirensis*, *Sigebodo* canonicus, *Bertoldus* de *Niphe*, *Heinricus* prepositus de *Neresheim* et *Sivridus* de *Haselach*. (Ohne Datum.)

(Geſiegelt haben die Ausſteller, es hängt aber nur das mittelſte Siegel noch an.) Orig.

№. 26.

C. **1208**. Reuerendo domino suo *L. moguntino* electo, *wormatiensi* episcopo, *C.* dei gratia et sua prepositus *s. Andree* in *Wormatia* et camerarius *Spire*. Nuper cum essem aput dilectos fratres meos canonicos ecclesie s. *Andree* in *Wormatia*, quam uestra clementia specialius fouere et amplecti consueuit, statum illorum percunctatus sum et plane intellexi, quod temporum et hominum malicia fere totum triticum et ex magna parte siliginem eis ademit, que in annua stipendia distribui solebant. Recordatus igitur, quod uestre sanctitatis dignatio aliquando eis ecclesiam in *Sulzen* ad supplementum prebende sue uolebat confirmare, humilitatis mee consensu super hoc requisito, licet tunc distulerim, nunc libenter annuo, tum pro uestre petitionis effectu, tum pro temperanda fratrum inopia, et jus fundationis in manu uestra per presens scriptum resigno, suppliciter exorans, ut auctoritate uestra predictis fratribus meis ipsam ecclesiam in subsidium prebende sue, cum primum uacauerit, conferatis de cetero semper habendam et scripto confirmetis. (Ohne Datum.)

(Das Siegel war auf der Rückseite aufgedrückt, ist aber beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№. 27.

1208. Canonici s. *Petri* in *Wormatia Baldemarus* cantor, *Eberhardus* de *Hirzberg*, *Heinricus* de *Bobardia*, *Heinricus* cellerarius, *Swenigerus*, *Helngerus*, *Jacobus*. Nos presentes fuimus et testamur, quod dominus *Cunradus* prepositus s. *Andree* in *Wormatia* et camerarius *Spire*, juri renuncianit siquid habere uidebatur in positione ecclesie *Lidrichisheim* et jus patronatus ecclesie s. *Andree* rocognouit, promittens, quod eos de cetero in iure patronatus numquam grauaret. Persona etiam, quam

ipse prepositus inuestiuerat, jus, quod ab eo receperat, resignauit et capitulum eandem ecclesiam cuidam persone pro sua uoluntate contulit. Testes sunt: *Cunradus spirensis* episcopus, *Godefridus* cantor *moguntinus*, *Cuno* notarius *spirensis* episcopi, *Cuno* de *Minzinberg*, *Gerardus* vicedominus, *Dauid* de *Hocheim*, *Herbordus Winkelpost*, *Lodewicus* gener ejus, *Lufridus* et *Heinricus*, *Heinricus Amella* et duo filii ejus, *Richerus*.

Act. a. d. M.CC.VIII, indictione xi.

(Das Siegel hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 28.

1208 (17. Mai). *Wernherus* de *Bonlanden*. Notum sit, quod ego et coheredes mei in presentia serenissimi domini nostri *Ph. Romanorum* regis semper augusti renuntiauimus omni iuri, si quid in ecclesia *Otternheim* habere videbamur, liberam illam cum decimis et omnibus sibi attinentibus canonicis *maioris ecclesie metensis* in perpetuum relinquentes et de cetero erit in potestate ipsorum quemcunque voluerint ibidem vicarium instituere. Ceterum quia contra hoc factum nostrum venire nec debeo nec volo, paginam hanc meam conscribi ac sigillo meo ac testium appositione roborari. Testes: *Vlricus maior* prepositus *wormaciensis*, *Conradus* prepositus s. *Andree* et camerarius *Spire*, *Heinricus* prepositus *Celle*, *Eustachius* abbas de *Hommenrode*, *Emcho* comes de *Lyningen*, *Godefridus* de *Elbestad*, *Gerlacus* de *Budingen*, *Wilhelmus* de *Helfenstein*, *Rudewinus* de *Flenburnen*, *Dydericus* de *Ensiltheim* et a. q. pl.

Act. a. d. M.CC.VIII, indictione xi, mense maio, xvi. kal. junii.

(Mainzer Copialbuch.)

Digitized by Google

№ 29.

C. **1209**. I. n. s. e. i. t. Notum sit omnibus etc. igitur uniuersum capitulum s. *Mauricii* in *Moguntia* cum decano *C.* decreuit, ut predium predicte ecclesie in *Mŏmenheim*, scilicet xv. iugera et dimidium, *Hartlibo* huius ciuitatis urbano hereditario iure concederent, conuenientibus in unum prefatis canonicis et *Hartlibo*, illa bona ei stabiliter porrexerunt sub huius condicionis forma, ut uidelicet annuatim in die s. Martini eis inde soluat xxx. denarios, quod si illo die fecerit bono omine, sin autem usque in festum s. Andree non de iure, sed de gracia habebit inducias, sed si in illo die pretaxatos denarios non dederit, sepedicta bona ab eius respectu et potestate absoluta ad ecclesiam s. *Mauricii* et canonicorum deriuabuntur arbitrium. Huius scripti testes sunt: *Ernest* monetarius, *Cunrat* socer suus, *Giselbret* uenditor equorum, *Albero* de *Pinguia*, *Gerunc* de *Colonia*, *Arnolt* de *Quercu*, *Arnolt* de *Lippe*, *Helferihe* et frater suus, *Teodericus* de *Selehoue*. (Ohne Datum.)

(Das Siegel der Ausſteller iſt ſehr beſchädigt.)

Orig.

№ 30.

1209. *S.* dei gratia s. *moguntine* sedis archiepiscopus. Dilectis in Christo preposito et capitulo *maioris* ecclesie in *Wormacia* salutem in domino. Paupertatis uestre grauem et intollerabilem angustiam fratres in Christo karissimi attendentes, ex intimis visceribus uestre inopie condolemus et si rerum uel temporum oportunitas nostre aliquatenus suppeteret uoluntati, indigentie uestre libenter curare et in aliquo subuenire, vacantis igitur ecclesie in *Heppenheim* reditus considerantes et eiusdem ecclesie dotem cum oblacionibus atque donationibus fidelium in sustentationem sa-

cerdotis ibi ministrantis diuina sufficere cognoscentes, auctoritatis nostre dispensatione per scripta nobis presencia indulgemus, ut in eadem ecclesia decimarum partem terciam, que hactenus ad sacerdotem spectabat, ad supplementa stipendiorum uestrorum deinceps in perpetuum habeatis.

Act. d. i. a. M.CC.IX, indictione xii.

(Copialbuch des Domstifts Worms.)

№ 31.

1209. *Vlricus* dei gratia prepositus *maioris* ecclesie *wormatiensis* dilectis in Christo *Rudolfo* decano et canonicis s. *Andree* in *Wormatia* cunctisque sibi canonice successuris in perpetuum. Cum dominus *Cunradus* prepositus uester ob multiplicem stipendiorum uestrorum defectum, quem sustinetis ex parte laicorum, qui bona ecclesie uestre uiolenter diripiunt et contra iusticiam detinere presumunt, salubrem consulendi uobis uiam inuenerit et ecclesiam in *Sulza*, cuius patronatus ad ipsum pertinet, uobis in supplementum prebendarum contulerit, ea quidem determinatione, ut uos de cetero in ea pastorem idoneum eligatis et archidiacono presentetis instituendum, cui siquidem in portione sua cedant viii. iugera uinearum et x. ac dimidium dotalis agri et insuper tercia pars totius magni cum tercia parte minute decime et cunctis oblationibus, unde se debeat honeste sustentare et de iusticia cathedrali et archidiaconali suis temporibus respondere, reliquos uero prouentus uos debeatis in supplementum uestri defectus perpetuo tenere, nostrum super hoc consensum postulatis, nos itaque inspecta legitima necessitate ecclesie uestre postulationi iuxta prescriptam formam, que nobis satis idonea uidetur, libenter annuimus et presentis pagine scripto, quantum in nobis est, ipsam donationem prepositi uestri consentiendo approbamus.

Dat. anno uerbi incarnati M.CC.IX, indictione xii.

Digitized by Google

Testes sunt: *Heinricus maior* decanus, *Heinricus* scolasticus, *Heinricus* cellerarius, *Suenigerus* cellerarius, *Heinricus* de *Bobardia*, *Nibelungus* portenarius. De s. *Paulo*: *Wernherus* custos, *Nantholus* cantor, *Gernodus*, *Hartungus*. De s. *Martino*: *Gerhardus* decanus, *Wiggerus* cantor, *Hartungus* custos, *Arnoldus*, *Philippus*, *Hecelo*.

(Das Siegel des Ausstellers hängt in rothem Wachse gut erhalten an.) Orig.

№ 32.

1209 (1. April). *Sifridus* dei gratia s. *maguntinensis* sedis archiepiscopus. Notum sit uniuersitati uestre, quod cum inter conuentum *eberbacensem* ex parte una et fidelem nostrum *Humbertum Cruselphennink* ex altera, super possessionibus, quas bone memorie *Cůnradus* decanus in *Pinguia* prefato conuentui iustitia mediante contulerit, controuersia fuisset diutius agitata, utrique tandem parti complacuit, ut hanc litem nostro committeret arbitrio decidendam, ratum habiture, quicquid nobis super illo negotio statuere placuisset. Nos igitur, partis utriusque rationibus sufficienter inspectis, statuimus, ut idem *Humbertus* libere et absolute renuntiaret omni iuri, quod in supradictis bonis habuit uel uidebatur habere ac bona ipsa pretaxatos fratres percipere quiete permitteret. Quod cum mandatis nostri arbitrii humiliter paruisset, conuentui sepedicto iniunximus, ut eidem *H.* pro bono pacis et concordie viii. marcas colon. monete mera liberalitate conferrent, de quibus ipsi eum in continenti certum in nostra presentia reddiderunt. Testes sunt ....*) s. *Jacobi maguntin.*, *Tiopoldus* ... n *Eberbach* abbates, *Albertus* custos *maioris* ecclesie

*) Leere Stelle. Conrad war damals Abt.

maguntine, Cunemannus eiusdem ecclesie vicarius. Laici: *Wernherus* et *Philippus* de *Bontanden, Wolframus* ringrauius, *Reimboto* de *Pinguia, Arnoldus* de *Quercu* ciuis *maguntinus, Gerlacus* scultetus in *Pinguia* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. d. M.CC.IX, kal. aprilis.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 33.

1210 (6. April). I. n. s. e. i. t. *Sifridus* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus. Ne in piis hominum etc. notum igitur esse uolumus, quod dilectus fidelis noster *Reimbodo* de *Pinguia* cc. iugera cultorum agrorum et xiv. uinearum, que in uilla *Basenheim* ab omni iure aduocatitio libera proprietatis titulo possidebat, in manus nostras una cum *Hermanno* suo filio resignauit, petens attentius, ut eas ecclesie de *Vlenhusen* conferremus. Nos igitur iustis illius postulationibus annuentes bona eadem predicte ecclesie contulimus possidenda, sicut ea *Reimbodo* possederat prenotatus, statuentes retente *Lamperto,* predicti loci preposito, qui bonorum ipsorum quartam partem de suo proprio comparauit, ut quarta pars de prouentibus eorundem perpetuo cenobii deseruiat ad structuram. Testes sunt: *Cvnradus* abbas s. *Jacobi, Gerbodo* prepositus s. *Petri, Godefridus* custos, *Heinricus* de *Stahelekke* canonicus *maioris* ecclesie, *Wilhelmus* decanus s. *Victoris, Bernardus* scolasticus eiusdem ecclesie, *maguntini, Burchardus* canonicus *maioris* ecclesie *haluerstadensis, Giselmarus* canonicus s. *Petri* in *Maguntia, Wideroldus* plebanus in *Marpurc, Johannes fritslariensis* et *Heinricus aschuffenburgensis* canonici, notarii nostri. Laici: *Walpertus* aduocatus de *Pinguia, Embricho Vulpes, Cvnradus* filius eius, *Giselbertus* de *Rudensheim,*

Digitized by Google

Cůnradus et *Giselbertus* filii eius, *Cůnradus* de foro de *Růdensheim*, *Gerlacus* de *Steten*, *Rahbodo*, *Cunradus Seuppe*, *Sifridus*, *Herbordus*, *Cunradus Zuernevaden*, burgenses in *Pinguia* et a. q. pl.

Act. s. h. anno ab incarnatione uerbi incarnati M.CC.X, indict. xiiii. Dat. *Maguntie* viii. idus aprilis, pontif. dom. *Innocentii* pape iii. anno xiv.*)

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an roth und gelb seidener Schnur an.) Orig.

№ 34.

1211 (8. Jan.). *Fridericus* dei gratia decanus, *Godefridus* cantor *maioris* ecclesie *maguntine*. Nouerint uniuersi, quod *Heinricus* sacerdos s. *Gereonis* in *Maguntia* fratribus ecclesie s. *Marie ad gradus* v. solidos colon., quos ipsi sibi annuatim in festo b. Martini quamdiu uiueret de domo, quam mater sua et ipse ecclesie predicte legauerant, dare debuerunt, libero et proprio arbitrio pro remedio anime sue et matris sue et omnium parentum suorum coram nobis remisit. Ne igitur idem *Heinricus* contra factum suum in posterum posset uenire, presentem paginam ad cautelam fratrum predictorum conscripsimus et sigillo ecclesie nostre insigniuimus. Huius rei testes sunt: *Theobaldus* abbas *eberbacensis*. Canonici *maioris* ecclesie: *Simon* de *Selehouin*, *Heinricus* de *Staelekin*, *Adelungus*, *Godefridus* archipresbiter et *Folcnandus*, *Gerardus* decanus et *Gerardus* cantor s. *Marie in campis*, *Rudegerus* decanus s. *Gingolfi*, *Embricho* de *Albicho* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. i. d. M.CC.XI, vi. idvs januarii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

---

*) Bei Bodmann rheing. Alterthümer, I. 735. ein unvollständiger Abdruck.

№ 35.

1212 (4. Febr.). I. n. s. e. i. t. *Sifridus* dei gratia s. *moguntine* sedis archiepiscopus. Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis uolumus declarari, quod canonicis s. *Victoris* super prebendarum suarum defectibus contra suum prepositum mouentibus questionem, preposito uero e contra defectuum causas multiplices ex turbatione bellorum et sterilitate temporis pretendente, nos eorum quieti studere uolentes redditus prepositi a redditibus stipendiorum fratrum distinximus in hunc modum, ut ad prepositum nullus amministrationis respectus in posterum habeatur. Omnibus igitur prefate ecclesie redditibus indagatione discreta tanquam equo libramine trutinatis, presentibus prioribus, prelatis et quam pluribus canonicis *moguntinis,* ita per nos de parcium fuit coniuencia ordinatum, vt prepositus uinearum viii. iugera in monte s. *Uictoris* et decimam in *Bischouesheym* orientalis *Franconie* et in *Kesten* et decimam in *Rudhensheym* perpetuo possideat cum eorum appendiciis uniuersis, ita tamen, ut nulla ei uel suis successoribus ea donandi seu modo aliquo alienandi ab ecclesia prelibata relinquatur potestas, quod si fecerit, penis subiaceat a canonibus constitutis, reliqua uero omnia, que nunc habet ecclesia uel largitione fidelium seu quocunque iusto titulo in posterum poterit adipisci, usibus fratrum, non obstante contradictione prepositi uel successorum suorum, libere et integre pertineant in futurum. Hec quoque ordinationi predicte pateat accessisse, quod si forte dominus facultatem contulerit ecclesie prelibate, aliqua feoda redimendi, liberam ad hoc potestatem fratres habeant et ea sicut expedire sibi uiderint propriis usibus deputandi et prepositus qui tunc fuerit hominii uinculum de libera uoluntate relaxet, quo astrictus sibi fuerat quicunque redemptum feodum detinebat. Ipse quoque prepositus de prouentibus redemptorum feodorum

Digitized by Google

ratione sui stipendii, sicut alius de fratribus ecclesie, percipiat portionem. E diuerso, si prepositus aliqua de feodis sibi poterit attrahere uel per defectum heredum habuerit, suis et successorum suorum perpetuo sint usibus deputata. In feodis concedendis, ecclesiis conferendis et ceteris officiis hactenus ab eo locatis spiritualibus eciam omni iure uelut antea perfruatur. In licencia amplius, quam dimidio anno danda assensus prepositi, excluso omni malo ingenio, siipsius possit haberi, presencia requiratur, auctoritatem autem, quam usque tunc habuerat in suspensione absencium postulanda, preposito relinquimus, ut tamen suspensionum prouentus in usus fratrum presencium totaliter conuertantur, eo excepto, quod preposito ratione sui stipendii tamquam alii fratri cedet. Inter cetera hoc nostra deliberatio procurauit, ut prepositus in cellerario fratribus prouideat, quem capitulum uel maior et sanior pars sibi prefici postularit. Ne autem in forma prescripta aliquid possit in posterum immutari, presentem paginam totam ordinationis nostre seriem continentem conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari sub interminatione anathematis arcius inhibentes, ne quis ei temere contraire presumat, quod si quis attemptauerit, excommunicationis nostre sententiam se nouerit incurrisse. *Gerbodo* autem prepositus s. *Petri* et *Fridericus* decanus *maioris* ecclesie *moguntine* modo et ordine testium in hac pagina non sunt scripti, ne cum de sedium suarum prerogatiua contendant, alteri ex eis preiudicium irrogetur ex eo, quod alii postponatur. Testes alii sunt hii: *Godefridus* custos, *Ruthardus* cellerarius, magister *Heroldus*, *Heynricus* prepositus *pinguensis*, magister *Obertus*, canonici *maioris* ecclesie, *Theodericus* decanus, *Rifridus* scolasticus, *Baldemarus* cantor, *Egelwardus* cellerarius s. *Petri*, *Johannes* decanus, *Wernerus* scolasticus, *Godefridus* cantor, *Fridericus* cellerarius s. *Stephani*, *Arnoldus* decanus, *Willehelmus* scolasticus, *Embercho* cantor s.

Digitized by Google

Marie ad gradus, Dimarus decanus, *Sigewinus* cantor, *Helewicus* custos s. *Johannis, Cunradus* decanus s. *Mauricii*, *Rudengerus* decanus s. *Gingolfi* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. i. d. M.CC.XII, indict. xv. Datum *Moguntie* ii. nonas febr. *)

(Das Siegel hängt wohl erhalten an roth, grün und gelb seidner Schnur an.) Orig.

№ 36.

1213. *L.* dei gratia *wormaciensis* episcopus etc. Innotescat, quod nos non attendentes constitutionem, quam in ecclesia s. *Andree* quondam fecimus de duabus prebendis, quarum unam ad officia decanie, cantorie, scolastrie, cellerarie, portenarie et aliam ad edificia prelatorum nostrorum et aliorum prudentum consilio deputaueramus, que auctoritate sedis apostolice et nostra eidem sunt confirmate, suggestionibus et multa quorundam instantia circumuentis, eam que ad officia pertinebat, *Jacobo* subdiacono de facto contulimus. Post hec autem attendentes indebite grauari ecclesiam penitudine ducti, eundem *Jacobum* ad hoc induximus, quod coram nobis et omnibus ecclesiis *wormaliens.* omni juri, quod in eadem habere uidebatur prebenda, renunciauit exfestucando et scriptum, quod a nobis super hoc receperat, eidem capitulo resignauit. Nos itaque priuilegium et constitutionem, quam in ecclesia s. *Andree* de duabus prebendis supradictis juste ac prouide fecimus, gratam habentes et ratam et presentem paginam nostro atque ecclesiarum *wormaciensium* sigillis fecimus communiri.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XIII, indictione i.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

---

*) 1219 (24. März). Pabst Honorius III. bestätigt die inserirte Urkunde des Erzbischofs Siegfried II. Dat. *Laterani*, pontif. nostri ao. iii. (Das Blei fehlt.)

1246 (9. Aug.). Gleiche Bestätigung durch Pabst Innocenz IV. Dat. *Lugdunum*, pontif. nostri ao. iv. (Das Blei fehlt.)

Digitized by Google

№ 37.

1213. *Ludewicus* comes de *Lon* et *Heinricus* prepositus *traiectensis* et *Arnoldus* frater eius et *Ada* comitissa. Noueritis singuli, noueritis vniuersi, quod ad peticionem fratris nostri *Gerhardi* comitis de *Renecken* uendicionem, quam fecit fratribus de *Eberbach* in predio nostro sito in villa, que uocatur *Iseuheim*, ratam decreuimus habere, abrenuntiantes eidem et resignantes illud *Theobaldo* abbati *eberbacensi*. Compromisimus quoque dictam ecclesiam expedire de querimonia, si qua forte mota fuerit de sororibus nostris et fratre nostro *Arnoldo* juniore Testes sunt: magister *Arnoldus* de *Niuella*, *Wilhelmus* capellanus de *Kaimunt*, milites: *Arnoldus* de *Schonlo*, *Theodericus* de *Brustem*, *Gerhardus* dapifer de *Renecken* et a. q. pl.

Act. sunt hec a. d. i. M.CC.XIII, in letania maiore. Dat. in *Churinga*. Ut autem ratum habeatur, per appensa sigilla nostra coroboratur.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 38.

1213 (25. März). *Sifridus* dei gratia *maguntinensis* sedis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo decano et capitulo s. *Andree wormatiensi* salutem in domino. Postulauit a nobis vestra dilectio, ut indulgentiam et confirmationem, quam venerabilis frater noster *L.* vester episcopus olim vobis super duabus prebendis fecisse dinoscitur, quarum altera officiis ipsius ecclesie et altera sartatectis perpetuo deseruiret, auctoritate legationis, qua fungimur, simul et metropolica confirmare vellemus. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati indulgentiam et confir-

Digitized by Google

mationem easdam, sicut iuste et rationabiliter facte sunt, ratas habemus et gratas.

Dat. *Pinguie* viii. kal. aprilis, pontif. nostri ao. xii.

(Das Siegel des Erzbischofs hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 39.

1213 (10. Mai). *Gerhardus* burcgrauius de *Rienekken* constare facimus, quod de consensu fratrum nostrorum *Ludewici* comitis de *Lon* et *Heinrici traiectensis* et *aschaffenburgensis* prepositi et *Ade* cometisse de *Lon*, quem per patentes litteras expresserunt, conuentui *eberbacensis* ecclesie uendidimus pro cciiii. marcis predium nostrum in *Isenheim* et in *Igelesheim* in agris, vineis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursibus, exceptis solis hominibus eidem predio pertinentibus. Resignauimus quoque illud cum omnibus appendiciis et cum omni jure sibi pertinente, quod est in secundo anno sculthetum et custodem frugum de ipsis bonis statuentes ordinare et per totam messem premetere et per totum auctumpnum precolligere. Preterea promisimus coram domino nostro archiepiscopo *maguntino* et toto clero, judicibus et burgensibus *maguntinis* cum hominibus nostris, *Sibotone*, *Bezzelin* et *Diemaro* de *Renekkin* et *Gerhardo* de *Yazzah* mediante, datione fidei, quod si qua prenotate ecclesie mota fuerit questio ab *Arnoldo* fratre nostro, qui nunc in *Anglia* obses tenetur, nos *Maguntie* representemus, nunquam egressuri ex ea, donec dictus *Arnoldus* abrenuntiauerit bonis illis et sepedicta ecclesia ab inpeticione ipsius penitus absoluatur. Bona *Albradis*, que tantum ad tempora vite sue possidebit, post eius obitum prefate ecclesie sunt cessura. Bona uero *Herlwici*, que hereditario jure possidet, si venumdanda uel inpignoranda sunt, prius fratribus *eberbacensibus* offerentur redimenda, quia sine eis nec vendi uel exponi possunt,

Digitized by Google

proprietas enim ipsis pertinet annuum censum persoluendo. Protestati sumus etiam *Embrichonem Federwisch* nichil de ipsis bonis in pheodali jure suscepisse a nobis. Ad hec curiam nostram in *Maguntia*, in qua sita est capella s. *Lamperthi*, ad habundantiorem cautelam pro lx. marcis pignorum obligauimus fratribus memoratis, quatinus omnes eiusdem predii impetitores et omnes scrupuli, qui propter nos in posterum poterunt suboriri, per nos expediantur. Dictaque bona resignauimus abrenuntiantes eisdem in cometia, cuius jurisdicioni sunt subiecta. Testes sunt: *Gerbodo* prepositus s. *Petri*, *Gerhardus* prepositus s. *Stephani*, *Cristianus* prepositus s. *Victoris*, *Godfridus maioris* ecclesie decanus, *Cunradus* scolasticus, *Heinricus* cantor, *Ruthardus* cellerarius, magister *Heroldus*. De burgensibus: *Embricho* camerarius, *Goschalcus* officiatus, *Baldungus* officiatus, *Arnoldus* ad *Quercum*, *Hertwicus* de *Dusburch*, *Helfricus* de *Wizenouwa*, *Bertholdus* filius *Herboldi*, *Fridericus Schado*, *Sifridus Potho*, *Wolfwinus* scultetus de *Brizzenheim* et alii q. pl.*)

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XIII, et per appensum sigillum nostrum communita. Datum *Maguncie* vi. idus maii.

(Das Siegel hängt an grün und roth seidner Schnur an, ist jedoch am linken Rande beschädigt. Orig.

*) Am 14. Mai desselben Jahres stellen Burggraf Gerhard von Rieneck und seine Gemahlin Gräfin Cunegunde eine beinahe gleich lautende Urkunde aus mit dem Anfügen, „de cciv. marcis *Swicgerum* de *Renekken* et *Gerhardum* de *Yazzah* de pecunia nobis promissa expeditos profitemur, prout in scripto, sigillo ecclesie in *Aschaffenburch* signato, ex eorum confessione tenetur expressum. Testes: magister *Oberthus*. Canonici ecclesie in *Aschaffenburch*: *Symon*, *Heinricus* de *Ozzenheim*, *Regenoldus*, *Burchardus*, *Guntherus* magister scolarum, *Heinricus* filius camerarii. De liberis: *Ludewicus* filius *Gerhardi* comitis, *Gerhardus* de *Kelbrouwa*. De ministerialibus: *Cunradus* de *Cugelenberch*, *Giso* iunior de *Jazzaha*, *Swicgerus* de *Wisintphelt*, *Ruperthus* de *Hagen*. De burgensibus: *Go-*

Digitized by Google

№ 40.

1213 (14. Mai). In nomine domini. *Gerhardus* de *Yazzah* et *Swicgerus* de *Renekken* protestamur, quod nos ab ecclesia *eberbacense* cciv. marcas denariorum colon., pro quibus dominus noster *Gerhardus* comes de *Renekken* communicata manu domine *Cunegundis* comitisse vxoris sue, cum consensu suorum heredum, videlicet *Ludewici* comitis de *Lon* et domini *Heinrici traiectensis* et *aschaffenburgensis* prepositi, predium suum in *Isenheim* et in *Igelsheim* donauerunt, recepimus et quantum ad nos de predicta pecunia modis omnibus fratres absolutos denuntiamus, et quia proprium sigillum non habemus, ad nostram confessionem sigillo ecclesie de *Aschaffenburch* rogauimus communiri. Testes sunt: magister *Oberthus*. Canonici in *Aschaffenburch*: *Symon*, *Heinricus* de *Ozenheim*, *Regenoldus*, *Burchardus*, *Guntherus* magister scolarum, *Heinricus* filius camerarii. De liberis: *Ludewicus* filius *Gerhardi* comitis, *Gerhardus* de *Kelbrouwe*. De ministerialibus: *Cunradus* de *Cugelenberch*, *Giso* iunior de *Jazzaha*, *Swicgerus* de *Wisenlphell*, *Ruberthus* de *Hagen*, *Ortwinus* de *Louffaha*. De burgensibus: *Godeboldus Kaldere* sculletus et alter *Godeboldus* senior, *Cunradus* frater suus et gener suus *Heinricus*, *Heinricus Corona* monetarius, *Heinricus Pauline* et a. q. pl.

---

deboldus sculthetus, *Kaldeus* et *Godeboldus* senior, *Heinricus Corona* monetarius, alter *Heinricus Pauline* et a. q. pl. Act. a. d. i. M.CC.XIII, ind. i, et sigillo nostro communita. Dat. *Aschaffenburch* prid. idus maii. Resignata quoque sunt in manus fratrum *eberbacensium Arnoldi* cellerarii, *Bernhelmi* notarii, magistri *Ditherici*, fratris *Godefridi*, fratris *Franken* et fratris *Stephen*. (Das Siegel fehlt.)

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XIII, indict. i. Dat. *Aschaffenburch* ii. idus mai.

(Das Siegel hängt wohlerhalten an.) Orig.

№ 41.

1213 (30. Aug.). *Innocentius* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis canonicis s. *Andree wormatiens.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim per vestras ~~intellexerimus~~ litteras, quod in ecclesia uestra decanatui, scolastrie, Cantorie, Cellerarie ac portunarie certi non essent Redditus assignati, contingebat frequenter, quod officiis ~~illis~~ uacantibus uix aliquis ad eorum aliquod se patiebatur assumi, nolens onus assumere, de quo commodum non sentiret, vnde ad precum uestrarum instantiam Dilectis filiis abbati *Sconaugie* et decano et preposito s. *Widonis* nostris dedimus litteris in mandatis, ut de duobus prebendis, que tunc in ecclesia uestra vacabant, auctoritate apostolica, quantum honestas ~~pro~~mitteret, statuerent, quod necessitati et utilitati eiusdem ecclesie cognoscerent prouenire, qui mandatum nostrum fideliter exequentes alteram de duabus prebendis uacantibus agriculture refectioni ecclesie atque claustri et alteram predictis officiis deputarunt, vnde postulastis a nobis, ut statutum huiusmodi dignaremur auctoritate apostolica confirmare. Nos ergo vestris iustis postulationibus inclinati, statutum de iam dictis duabus prebendis, donec urgens necessitas et euidens utilitas poposcerit, precipimus obseruari.

Dat. *Signie* iii. kal. septembris, pontif. nostri ao. xv.

(Das Blei hängt an.) Orig.

№ 42.

1215. *C.* dei gratia abbas ecclesie *laurissensis* et conuentus ejusdem loci ad noticiam tam futurorum quam

presencium volumus peruenire, quod communicato totius conuentus consilio decimam in *Hammi* minus vtilem, qui nostri iuris erat, vendidimus ecclesie s. *Pauli* in *Wormatia* pro v. libris wormat. monete, que tunc fuerat vsualis, omni jure deinceps a iam dicta ecclesia possidendam.

Act. a. d. i. M.CC.XV.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wohlerhalten an.)

Orig.

№ 43.

1218. *Walterus* decanus, *Arnoldus* scolasticus, *Cunemannus* cantor et vniuersum ecclesie s. *Petri* in *Moguntia* capitulum etc. Ad posteros transferimus, quod nos *Eberhardo Dyledop* et eius vxori *Hedewigi* uidelicet iure hereditario macellum meum pro annuo censu xxxv. talentorum sepi concessimus, quorum medietatem in festo s. Johannis et aliam in festo s. Martini persoluent. Ipsi quoque macellum de suis expensis edificabunt et in bono statu conseruabunt, si vero capitulum uel aliquis de capitulo idem macellum redimere uoluerit, necessarias expensas restituet. Hec eciam contractus in literis predicti *Eberhardi* continetur.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XVIII.

(Copialbuch des St. Peterſtifts zu Mainz.)

№ 44.

1219 (23. Mai). I. n. s. e. i. t. a. *Sifridus* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus. Pateat uniuersis, quod nos de consilio et consensu *maioris* ecclesie *maguntine* nostreque familie ministerialium scilicet ac vasallorum cum *eberbucensi* ecclesia, que nobis in domino est dilecta, cambiuimus duas araturas allodii nostri, que uulgariter *bunde* dicuntur, unam in *Hesele* et aliam secus uiam *heisensheimensem*, pro agro dicto *Talacker*, sito inter

Digitized by Google

superiorem Otmen et *Wienterheim*, qui erat cenobii, sed census nobis soluebatur ex ipso, nam hereditarius ei fuit sed modo liber et bunde, que proprie nostre fuerant, hereditarie manebunt censusque soluetur ex eis, quem ager soluerat supradictus. Ut autem hoc concambium stabile perseueret neque a nostris successoribus immutetur, hanc paginam conscribi iussimus et sigillis nostro uidelicet et *maioris* ecclesie communiri, maxime cum villani pariter et coloni sint sub iureiurando confessi, quod tam nobis quam monasterio propter situm agrorum expediuerit sic cambire. Testes sunt: *Henricus maior* prepositus, *Boppo* decanus, *Godefridus* custos, *Cristianus* cantor, *Röthardus* cellerarius, *Symon*, *Adelungus* subcustos, *Henricus pinguenis* prepositus, *Albertus* de *Cogelenberch*, *Heroldus*, *Sifridus* prepositus s. *Martini* in *Wormacia* et ceteri de capitulo *maioris* ecclesie. Laici: *Wernerus* de *Bonlandia*, *Vlbertus* de *Sunnenberch*, *Conradus* camerarius *moguntinus*. Officiati: *Arnoldus* de *quercu*, *Arnoldus Wallbodo*, *Bertoldus* monetarius, *Godescalcus* aduocatus, *Rodulphus*, *Bertoldus* in marcstraza, *Gebeno* et ceteri consiliarii *moguntini* et a. q. pl. tam clerici quam laici fide digni.

Act. et dat. a. d. i. M.CC.XIX, x. kal. junii, pontif. nostri ao. xviii.

(Das wohlerhaltene Siegel hängt an grün und gelb seidener Schnur.)
Orig.

№ 45.

1220 (7. April). *Heinricus* dei gratia *wormaciensis* electus. Scripto presenti tam presentibus quam futuris cupimus declarari, quod cum iam dudum controuersia inter abbatissam monasterii monialium ex parte una et *Sifridum* fratrem dicte abbatisse et *Gerardum* filium *G.* quondam uicedomini ex parte altera uerteretur, super decursu aque,

Digitiz

que uocatur *Isena*, per ipsorum curtim transeuntis, tandem prenominati milites ad nostram instanciam et petitionem juri ipsorum, quod in eodem aque decursu uidebantur habere, renunciauerunt coram nobis omnino predicte abbatisse, recognoscentes et unanimiter consentientes, prenominata aqua per ipsorum curtim debere liberum habere decursum.

Dat. *Wormacie* a. i. d. M.CC.XX, vii. idus aprilis.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

№ 46.

1221 (4. Dec.). *Honorius* episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis preposito et capitulo s. *Andree wormatiensis* salutem et apostolicam benedictionem. Supplicastis nobis, ut statutum factum a uobis de duarum prebendarum ecclesie uestre redditibus fabrice deputandis et a venerabili fratre nostro *wormatiensi* episcopo confirmatum apostolico roborare munimine dignaremur. Nos igitur precibus uestris benignum impertientes assensum, statutum ipsum, sicut pie ac prouide factum est, auctoritate apostolica confirmamus.

Dat. *Laterani* ii. non. decembris, pontif. nostri ao. v.

(Das Blei, an roth und gelb seidener Schnur angehängt, ist abgeschnitten.) Orig.

№ 47.

1222 (im April). *B.* dei gratia prepositus, *G.* decanus, *C.* cantor *maioris* ecclesie *maguntine* judices a sede apostolica delegati. Instrumentum quoddam in iudicio est exhibitum coram nobis, continens contractum quendam inter ecclesiam s. *Stephani* ex una parte et nobilem virum *Reinbodonem* de *Pinguia* nunc defunctum ex altera, super decima quadam et censibus quibusdam in *Budensheim* aliquando celebratum, et quia filius eiusdem *R. Hermannus*

Digitized by Google

tempore exhibiti instrumenti se stare uelle promisit eidem, sed tandem penitencia male ductus a promisso recessit, ideo nos ad instanciam ecclesie memorate instrumentum ipsum duximus renouandum, tenorem eius uerbo ad uerbum presenti cedule inserentes:

Conuentus s. *Stephani* in *Maguncia*. Nouerint vniuersi, quod dominus *Reinbodo* de *Pinguia* in curti nostra *Budensheim* bona quedam annuatim ix. vncias et x. denarios, xvi. maldra siliginis, ii. amas et dimidium vini, iv. maldra et dimidium auene nobis soluencia iure hereditario possedit, adhuc usurpauerat sibi in eadem curte decimam tam vini quam annone de quibusdam uineis et in agris nostris, asserens longe retractis temporibus a prepositis nostris iure feodi ipsam sibi collatam, cum tamen nunquam aliquis prepositorum nostrorum nec in ipsa nec in aliqua curti nostra nobis scientibus aliquod ei contulerit beneficium. Cum itaque prefatus dominus *Reinbodo* predictorum bonorum debitam nostri census solucionem sepe immo sepius negaret, nec ad eam iniuriam repellendam alicuius judicis nobis suffragium subpeteret, in bono ipsum uincere attemptantes, omne censum iam dictorum bonorum tempore tantum uite sue ei remittere decreuimus, eo tamen pacto, quod ipso mortuo quicunque successor suus fuerit de predictis bonis statutum censum nobis soluendi nullam habeat contradictionem. Ipse uero nostris hiis meritis respondere intendens, omnem decimam, qua se a nostre ecclesie preposito inbeneficiatum asserebat, nobis et nostre resignauit ecclesie, hoc adiecto, quod post eius transitum nullus heredum suorum prefatam decimam sibi uendicare presumat, nisi de nostra uoluntate uel iuris obtineat racione. Testes sunt: *Folcnandus maioris* ecclesie canonicus, *Albertus* in *Pinguia* canonicus, *Petrvs* villicus, *Baldemarus*, *Heinricus* de *Brizzenheim*, *Dudo* de *Lorcha*, *Wikerus* aduocatus,

Theodericus Magnus, Brunecho de *Eberbach, Folo-ricus* et a. q. pl.

Act. sunt hec a. d. i. M.CC.XXII, mense aprili.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wohlerhalten an.)

Orig.

№ 48.

1222 (3. Juni). *Walterus* decanus, *Arnoldus* scolasticus, *Cunemannus* cantor, totumque capitulum s. *Petri maguntine* etc. Nouerint, quod nos terciam partem domus, que *cretaria* dicitur, *Heinrico* et *Engelburgi* uxori sue jure hereditario concessimus, ea conditione scilicet, ut lapsa reparent et singulis annis in natiuitate domini vii. vnceas moguntine monete et totidem in natiuitate Johannis baptiste nobis in censu persoluant. Quod si forte articulo necessitatis perurgente hereditatem suam coacti fuerint obligare uel quocunque modo aligenare, ipsam primo ecclesie offerant, ut si forte eam uelit comparare, in tali obligacione siue vendicione ecclesiam omnibus aliis jure potiori preferentes ipsis non minus precii ab ecclesia, quam ab aliis eandem emere volentibus percepturis, sin autem ipsi ex . . . . hereditatem eandem cuicunque voluerint liberam obligandi uel vendendi habeant facultatem, ita tamen, ut dictus census suis temporibus sine diminucione ecclesie nostre persoluatur. Testes sunt: *Heinricus* archipresbiter, *Heinricus* plebanus in *Vdenmuenster*, *Friedericus*, *Giselmarus* cellerarius, *Bruno* tunc camerarius, *Hartwicus, Heinricus, Arnoldus bonus, Cunradus*, *Arnoldus* de *Lippia, Johannes, Teodericus, Ortwinus, Heinricus* scriptor prepositi, *Cristianus, Marquardus.*

Acta sunt hec a. d. M.CC.XXII, iii. nonas junii.

(Copialbuch des St. Peterſtifts zu Mainz.)

Digitized by G

№ 49.

1222 (22. Aug.). Nouerint vniuersi, quod cum inter ecclesiam s. ***Stephani maguntinensis*** ex una parte et me ***Hermannum***, filium quondam ***Reymbodonis*** militis de ***Pinguia,*** ex altera, super censibus bonorum meorum in ***Budensheim*** et decimis bonorum ipsius ecclesie, que ibidem sita ***selegut*** appellantur, questio verteretur, tandem per arbitros communiter electos ex parte ecclesie ***Rymundum*** scolasticum, ***Johannem*** de ***Coste*** canonicum eiusdem et ***Vdonem*** decanum ***pinguensem,*** ex parte mea ***Heinricum*** de ***Ockenheim***, ***Arnoldum Rufum*** et ***Gerlacum*** de ***Stetin***, milites, per dominum ***Wernherum*** de ***Bontant*** ad hoc negocium deputatos, sic prefata questio est desisa, quod ego ***Hermannus*** prefatis decimis renunciem penitus, quod et feci et quod debitos census de prefatis bonis meis secundum judicium et iuramentum schabinorum uille ***Bûthinsheim*** more aliorum sine difficultate persoluam de cetero ecclesie memorate et quod vineas ***manewerc*** dictas, quas hactenus habui, ipsi ecclesie omnino dimittam et ab hiis, quibus eas concesseram, statim absoluam, propter quod eadem ecclesia x. marcas mihi dedit, renuncians dampnis sibi in eisdem bonis per me illatis, et quod hec omnia fideliter impleam de consilio arbitrorum fidem sollempniter dedi et corporalem prestiti sacramentum. In arbitrio eciam de meo consensu fuit statutum, vt si contra ea, que dicta sunt, aliquid faciam ad soluendas arbitris xx. marcas et ecclesie b. ***Stephani*** xx. sim obligatus, ecclesia ipsa se mihi et arbitris supradictis, si premissa rata non habuerit, ad eandem summam pecunie similiter obligante.

Act. in ***Bûthynsheim*** a. gr. M.CC.XXII, xi. kal. septembris. In cuius rei euidentiam presens pagina sigillis appensis domini S. archiepiscopi ***maguntini*** et judicum suo-

rum et ciuitatis *maguntine* et dominorum *W.* et *Ph.* de *Bonlant* et meo existit roborata.

(Die Siegel hängen wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 50.

1222 (30. Aug.). *Arnoldus* dei gratia s. *Marie ad gradus* et s. *Gingolffi* prepositus, *Rudegerus* decanus, totumque s. *Gingolffi* in *Maguntia* capitulum etc. ad noticiam uolumus peruenire, quod cum inter capitulum s. *Petri maguntin.* et nos, super duabus areis et edificiis earundem in ambitu ecclesie nostre sitis immediate controuersia aliquamdiu verteretur, tandem inter prefatum capitulum et nos discretis viris presentibus sub tali forma fuit compositum, videlicet ut ecclesia nostra ecclesie s. *Petri* pro debito censu et pro estimacione duorum capponum in vii. solidis magunt. monete singulis annis in festo b. Martini soluendis, non obstante casu incendii siue ruine uel eciam alio quocumque, imperpetuum sit obligata. Testes sunt: *Walterus* decanus, *Arnoldus* scolasticus, *Cunemannus* cantor, *Heinricus* archipresbiter, *Heinricus* plebanus in *Vdenmunstere*, *Fridericus*, *Giselmarus* cellerarius, *Bruno* camerarius, *Hertwicus*, *Heinricus*, *Conradus*, *Arnoldus*, *Johannes*, *Theodericus*, *Ortwinus*, *Heinricus*, canonici ecclesie s. *Petri*, *Conradus*, *Wolframus*, *Albertus*, canonici ecclesie nostre, et *Emicho* canonicus s. *Marie ad gradus* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XXII, iii. kal. septembris.

(Copialbuch des St. Peterſtifts zu Mainz.)

№ 51.

1222 (30. Oct.). *Waltherus* decanus, *Arnoldus* scolasticus, *Cunemannus* cantor totumque capitulum s. *Petri moguntini* etc. Nouerint, quod nos curtim quandam

Digitized by Google

puad *retus monasterium* prope curiam domini *Petri* sitam *Theoderico* cerdoni et *Ospirn* vxori sue et *Vde* vidue et filio eius *Theoderico*, ciuibus *maguntin.*, iure hereditario concessimus, tali videlicet pacto intercedente, vt singulis annis ix. vnceas maguntine monete, v. scilicet in natiuitate s. Marie et iv. in pasca et festo Martini iv. cappones nobis ab eisdem bonis persoluant. Quod supradictum censum statuto tempore non persoluerint, extunc ipsa bona ab ipsis absoluta ad nos libere redibunt. Testes suut: *Heinricus* archipresbiter, *Heinricus* plebanus in *Vdenmunstere*, *Fridericus* quondam camerarius, *Giselmarus* cellerarius, *Bruno* tunc camerarius, *Hertwicus*, *Heinricus*, *Arnoldus bonus*, *Cunradus*, *Arnoldus* de *Lippia*, *Johannes*, *Teodericus* de *Lonstein*, magister *Ortwinus*, *Heinricus* scriptor prepositi, *Alexander* clericus episcopi.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XXII, iii. kal. nouembris.

(Copialbuch des St. Peterſtifts zu Mainz.)

№. 52.

1224. *Waltherus* decanus s. *Petri* et magister *Reinherus* canonicus s. *Stephani*, in causa, que vertebatur inter dominum *Cristianum* decanum *maioris* ecclesie ex parte vna et *Craftonem* cantorem s. *Victoris* ex parte altera, super decima in pede montis s. *Jacobi*, nos iudices arbitrarii de consensu parcium constituti, receptis testibus et examinatis eorundem dictis diligenter, inuenimus sententiam super ipsa decima pro decanatu *maioris* ecclesie latam quoque fuisse ac in auctoritatem rei iudicate transisse. Ideoque nos decimam ipsam prefato decano sui decanatus nomine sententialiter adiudicauimus iustitia exigente. In cuius rei notitiam presentem paginam sigillis nostris duximus roborandam. Testes sunt: *Gerbodo maioris* ecclesie,

Reinaldus s. *Seuerini erfordensis*, prepositi, *Heinricus* de *Selsa* canonicus *maioris* ecslesie, *Arnoldus* decanus, *Arnoldus* scolasticus, *Eberoldus* canonicus s. *Victoris Maguntie* et a. q. pl.

Act. a. d. M.CC.XXIV.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 53.

1224. *H.* dei gratia *wormaciensis* episcopus ad notitiam tam presentium quam futurorum cupimus peruenire, qualiter coram nobis iudicio presidentibus pro domina *Judta* de *Smideuell* lata est sententia, quod liberam haberet facultatem uendendi siue obligandi cuicumque uellet bona ipsius, scilicet que in suburbio *wormaciensi* aput *Nunnenmunster* et in campo *Pefflincheim* habebat, non obstante contradictione *Gerhardi* dicti vicedomini, quam tunc offerebat. Que nimirum sententia cum approbata esset a pluribus honestis uiris astantibus et per auctoritatem nostram confirmata, extunc prenominata matrona de unanimi consensu *Cunradi* mariti egrotantis et filiorum eius uendidit ecclesie b. *Andree* pro lxxiii. libris iam dicta bona, scilicet xl. iugera campestris agri cum pratis attinentibus, adiciens pariter, siquid postmodum inueniretur forte pertinens ad eadem bona, que uidelicet sepedicta domina b. *Andree* pro libero allodio assignauit, datis pro euictione et fideiussoribus *Reimbotone* de *Sueigere*, fratre ipsius domine, et *B.* vicedomino de *Mez*. Cuius rei gratia nos huic pagine sigillum nostrum fecimus apponi. Testes sunt: De *maori* ecclesia: *Nibelungus* prepositus, *Ebelinus* decanus, *Constantinus* custos *muhusensis*, *Nibelungus* de *Moneta* et *Lodewicus* scolasticus s. *Martini*. De consulibus: *Eberhardus* de *Moro* et *Godefridus* frater eius, *Richezo*, *Dauid*, *Meinhardus* de *Durencheim*, *Ebelinus* et frater suus

Heinricus Cyppure, Cunradus Vulpecula, *H.* militellus, *Thirolfus*, *Gernodus* in uico s. *Petri* et a. q. pl.*)

Act. a. d. M.CC.XXIIII.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 54.

C. **1223—1228**. Ego *Reinherus* decanus s. *Stephani maguntin.* Notum facio, quod ab abbate et conuentu de *Eberbach* comparaui xii. jurnales vinearum pro xxx. marcis colon, qui siti sunt in curte ipsorum *Dinheim* sub *sulceburnen*, ipsa autem bona hoc modo ordinaui, quod de medietate prouentuum eorundem bonorum quicunque est magister in *Dinheim* ea debet diligenter excolere, reliquam vero medietatem quamdiu uixero et uoluero mihi plenarie assignabit, post mortem autem meam de predicta porcione, que me contingit, prior *eberbacensis* conuentui in abbacia in quadragesima allecia in quantum ipsa porcio protenditur fideliter prouidebit. Si vero dictus prior uel aliqua eiusdem ecclesie persona, timore dei quod absit abjecto, aliter quam supra statutum est fecerit, predictam porcionem canonici s. *Stephani* integraliter percipient. Vt autem hec inconuulsa

*) Eine weitere Urkunde gleichen Inhaltes deſſelben Biſchofs, ebenfalls vom Jahre 1224, aber auch ohne Tag, hat folgende Zeugen: prepositus *Gerbodo maioris* ecclesie magister, *Nibelungus* prepositus *wormat.* ecclesie, *Heinricus* decanus, *Suenegerus* cantor, *Ebelinus*, *Wolfram* de *Amerin* prepositus de *Wimpina*, s. *Pauli* decanus, *Berhdoldus*, *Salmannus*, *Hartungus* cantor s. *Martini*, *Giselherus* decanus, magister *Folzo* et multi alii interfuerunt. Laici: *Berhdoldus* vicedominus, *Eberhardus* de *Moro* et frater suus *Godeuridus*, *Gerhardus* militelius, *Richerus*, *Cunradus Vulpecula*, *Ebelinus* et frater suus *Heinricus Cippura*, *Cunradus* filius *Hezelonis*, *Rupertus*, *Dimarus*, *Cunradus*, *Johannes*, *Reimarus*. (Das Siegel des Ausſtellers hängt zerbrochen an.)

Digitized by Google

permaneant, duo paria presentis pagine fieri jussi eaque tam meo quam abbatis in *Eberbach* sigillo communiui, ut unum in ecclesia *eberbacensi*, alterum apud s. *Stephanum* conseruetur. (Ohne Datum.)

(Die Siegel fehlen.) Orig.

N. 55.

1225. *Johannes* dei gratia decanus, *R.* scolasticus, *Ch.* cantor, totumque s. *Stephani* in *Moguntia* capitulum etc. Nouerint igitur, nos annuum censum iv. solidorum maguntinorum denariorum de curia, que *wisgurtesbrucke* dicitur, prouenientium, capitulo *maioris* ecclesie *moguntine* pro iii. marcis colon. vendidisse. Ne igitur hec vendicio posterorum dolo aut contradictione valeat infirmari, ipsam nostre ecclesie nec non iudicum domini nostri archiepiscopi delegatorum sigillis duximus roborandam.

Acta sunt hec d. i. a. M.CC.XXV.

(Mainzer Copialbuch.)

N. 56.

1225. (16. Juli). *Ph.* de *Hohenvels* aduocatus in *Budensheim* constare uolumus, quod conuentus s. *Stephani magunt.* bona heredum *Petri* de *Budensheim,* que pro censu duorum annorum negglecto publicata fuerunt, publicationis sententia relaxata et eo quod negglectum fuerat dimisso, dictis heredibus restituit, vinee quoque cuidam iuxta *frongardin* idem conuentus renunciauit, excepta decima ipsius uinee, quam dicti heredes soluunt conuentui memorato, nisi forsan alius aliquis eam aufferat uiolenter, quo casu ipsi non tenebuntur, nisi forte ab ipso spoliatore decimam eandem accipiant. Prefati quoque heredes feudo, de quo lis erat inter ipsos et dictum conuentum, et prato, quod *frongarde* dicitur, cum agro adiacente et decime predicte uinee iuramento interposito penitus renunciauerunt, ita, ut si de

Digitized by G

cetero super feudo, prato uel agro uel decima uinee se intromiserint, uniuersa eorum bona in *Budensheim*, que hereditario iure possident, ecclesie b. *Stephani* uacent libere et absolute, ita, quod ipsi heredes in ipsis bonis nichil iuris sint amplius habituri. Promiserunt eciam dicti heredes, quod si idem conuentus bona eorum in *Budensheim* mensurare uoluerit, ipsi debeant sustinere et si plusquam tres mansos et dimidium conuentus inuenerit, pro quantitate que superest census augeatur, si autem minus inuenerit, pro quantitate que defuerit census minuatur. In cuius rei euidentiam presentem paginam nostro sigillo vna cum sigillo iudicum delegatorum ecclesie *maguntine* necnon cum sigillo ecclesie *pinguensis* fecimus communiri. Testes sunt: *Reinherus* decanus, *Rimundus* scolasticus, *Berwelphus* cellerarius, *Meinlacus* camerarius ecclesie s. *Stephani magunt.*, *Danyel* sacerdos de *Budensheim*, *Giselbertus* de *Rudensheim* et filius suus *Giselbertus*, *Sibodo* de *Rosenberc* et *Godelmannus* frater suus, *Stephanus* de *Vnuresheim* et *Adelhardus* sororius suus, *Burchardus* et *Walterus* de *Lebersheim*, *Arnoldus Rufus* et *Gebeno* gener suus, *Baldemarus* et *Magnus* de *Budensheim*, milites, *Anschelmus* et *Dilwinus* de *Pinguia* et alii, qui placito *Budensheim* interfuerunt.

Act. a. d. i. M.CC.XXV, xvii. kal. augusti.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 57.

1226. l. n. s. e. i. t. a. Beate *Marie* et sanctorum *Pauli* et *Martini* conuentus *wormatie* omnibus hec scripta audituris in perpetuum. Vt presentis actionis memoriam traducamus ad posteros dignum duximus scripto commendandum, qualiter molendina nostra apud s. *Michahelem* sita, quibus communiter participamus, vnanimi consensu *Henrico* et suis heredibus post ipsum, ita, quod seniori semper in pre-

Digitized by Google

sentia *N.* dei gratia *wormatiensis* prepositi hereditario iure concessimus et sub hac forma, quod ipsi singulis annis cuilibet dictorum conventuum xxiii. maltra tritici debeant assignare ad xiiii. dies semper cuiuis conuentui i. maltrum, quousque pretaxatam pensionem soluerint presentando et hec quotiens neglexerint, totiens et statim die sequenti ad solutionem tritici a domino preposito absque citatione et sententia ferenda sunt anathemate compellendi termino supradicte pensionis soluende festo Margarete inchoante et finiente. In subsidium etiam edificiorum restaurationis in eisdem molendinis iam lapsorum, prefato *H.* vi. talenta in hunc modum contulimus, quod tam ipse quam sui heredes quicquid in dictis molendinis tam stantibus quam currentibus edificandum et re ad integrandum fuerit, in posterum propriis sumptibus debeant edificare et redintegrare, et si suo igne vel alieno in eorum offensa adhibito fuerint exusta, ipsi illa tenebuntur reedificare, si uero communi igne uel in nostram aut ciuium offensam cremata fuerint, nos illa tenebimur restituere. Item ut omnis rixa inter dictum *H.* et molendinarium dominarum specialem in riuo descendente versus eas super purgatione eiusdem rivi sepius orta deinceps sit sopita, de consensu utriusque molendinarii statuimus, quod tempore purgationis dicti riui molendinarius dominarum suis exspensis iiii. uiros per ii. dies prestabit *H.* in subsidium purgationis, quos unanimi consensu locabunt infra se in locis purgatione maxime indigentibus, post molendinum vero dominarum versus *Renum* molendinarius earum suis expensis riui alueum purgaturus. Ad reparationem etiam pontis in communi strata infra eos transeunte cum lapsus fuerit pares sumptus sunt facturi. Preterea tempore yemali tam ruptioni quam euectioni glaciei sepedicti riui tam infra se quam post molendinas dominarum uersus *Renum* pari expensa cottidie intendent et si quis eorum que prelibata sunt prior repertus fuerit transgressor et quotiens totiens domino nostro *maiori* preposito

Digitized by Google

in penam transgressionis x. solidos wormat. persoluet. Hec igitur domini nostri *maioris* prepositi nec non et ciuium similiter et ecclesiarum nostrarum sigillorum appensione decreuimus roborare.

Acta sunt hec a. i. d. M.CC.XXVI, indictione xiii.

(Die Siegel hängen sehr beschädigt an.) Orig.

№ 58.

1226. *W.* decanus, *A.* canonicus s. *Petri* judices cruce signatorum. Notum sit, qualiter decisa sit querimonia, que vertebatur inter ecclesiam *eberbacensem* et *Johannem* filium *Baldemari* cognomento *Blazzen* de *Otternhem*, super quibusdam bonis in *Hagenheim* sitis, que prefatus *Baldemarus* communicata manu uxoris sue *Berte*, matre scilicet prefati *Johannis*, pro vi. marcis uendiderat, parte adversa dicente, ipsam solummodo fuisse inpignorata ecclesie. Cumque ecclesia probare potuisset tam per fratres suos quam per scolares personas, predicta bona se plus quam xxxiii. annos justo emptionis possedisse titulo, tamen pacem sibi comparare desiderans, prefato *Johanni* xv. vncias denariorum ex consilio prvdentum uirorum dedit et ipse pro se et pro omnibus heredibus suis omni querimonie in perpetuum renunciauit.

Act. a. d. M.CC.XXVI.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 59.

1226 (7. Mai). *Honorius* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis decano et capitulo s. *Victoris maguntinensis* salutem et apostolicam benedictionem etc. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum, in quo diuino uocatis obsequio, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis poterilis

adipisci, sub b. Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertates et immunitates, terras et possessiones, quas bone memorie *Willegisus* archiepiscopus *maguntinus* et successores ipsius capituli sui accedente consensu ecclesie uestre donarunt ac alia bona uestra, sicut ea omnia iuste canonice ac pacifice possidet, uobis et per uos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Dat. *Laterani* nonas maii, pontif. nostri ao. x.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 60.

1226 (20. Aug.). *W.* decanus, *B.* cantor, *C.* cellerarius s. *Marie ad gradus Maguntie,* judices domini legati, scripti presentis indicio cunctis volumus esse notum, quod cum inter dominos *maioris* ecclesie ex parte vna et *Albertum* et *Ditericum* de *Zotzenheim* ex altera, super quibusdam bonis in eadem villa sitis, coram nobis questio verteretur, domini dixerunt, quod bona illa quondam concessissent pro annua pensione antecessoribus istorum quum nunc dixerunt hactenus se jure hereditario eadem possedisse et ad certum numerum annorum quos dicebant ante annos plurimos expirasse et ita affirmabant bona illa absoluta iure esse ecclesie, econtra pars aduersa respondit, bona illa iure hereditario sua esse et pro annua pensione, vtraque autem parte probaciones super suis assercionibus offerente, testes vtriusque partis decreuimus admittendos legittimis ad hoc judiciis deputatos, quibus receptis et dictis eorundem publicatis et diligenter examinatis inuenimus, dominos *maioris* ecclesie intentionem suam sufficienter probasse, videlicet illa bona pro annua pensione ad certum numerum annorum fuisse concessa et illos procul dubio expirasse. Quare sententiam diffinitiuam tulimus pro ecclesia ei bona

Digitized by Google

illa adiudicanda et aduerse parti, que nichil probauerat, perpetuum in eisdem silentium iudicendo.

Act. a. d. M.CC.XXVI, xiii. kal. septembris.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 61.

1227. *H.* dei gratia *wormaliensis* episcopus. Vniuersis huius pagine inspectoribus innnotescat, quod *Drageboto* s. *Andree* decanus per manum mundiburdi sui, scilicet *Heinrici* fratris sui, ecclesie sue in presentia nostra contulit nomine testamenti post obitum eius xx. iugera campestris agri eque diuisa per duos campos apud *Pfeffelkheim* et renuncians illis iugeribus cum omni iure, quo possidebat ea, portenario s. *Andree* assignauit, eo quidem pacto, quod concanonici sui ad anniuersarium ipsius decani per singulas ecclesias de predictis iugeribus annuatim xii. maldra tritici et dimidium tali administrent distribucione, *maiori* ecclesie dabunt ii. maldra, s. *Ciriaco* i. et dimidium, s. *Paulo* i., s. *Martino* i., *sanctimonialibus* i. et b. *Sixto* i. Residuum vero de fructibus iugerum cedet ad vsum s. *Andree,* sed de bonis eisdem nobis v. solidi pro annuo censu dabuntur. Insuper legauit sepedictus decanus ad lumen ecclesie s. *Andree* super montem i. iugerum campestre, quod olim erat *Bertholdi* fratris *Ernesti* de *Hocheim* et protenditur a *veteri bunda* vsque ad molendinum *phuselwegke*. Constituit quoque idem decanus, vt quicunque heredum suorum successerit ei possessor in curia, que dicitur quondam fuisse *Vlrici* in *Pfeffelkheim,* sicut sita est, det exinde in anniuersario decani xl. denarios in hospitale situm apud s. *Johannem* vnde infirmis cibaria emantur. Testes sunt: *Nibelungus maior* et s. *Martini* prepositus, *Ebelinus* decanus, *Wernherus* custos, *Rupertus* scolasticus, *Landolfus* cantor, *Constantinus* custos *nuhusensis*,

Nibelungus ante monetam, magister *Heinricus Sueuus* de *Nuhusa, Steffanus* prepositus, *Johannes* decanus, *Burkardus* cantor, *Lufridus Streiff, Heinricus Amella, Albertus, Dietericus.* De s. *Paulo: Gerbodo* prepositus, *Symon* decanus. De s. *Andrea: Heinricus de sedibus, Hartungus* s. *Magni* plebanus, *Bertholdus Holtmunt, Lodowicus Beuch* ... de *Dirmstein, Baltramus, Hartungus* cellerarius, magister *Ceizolfus.* De s. *Martino: Giselherus* decanus, *Ludewicus* scolasticus. Laici: *Godefridus Suartzgraue* et filius suus, *Rugerus ante monetam, Cunradus* capellarius, *Hugo* de *Pfeffelkheim, Cunradis Vulpecula, Heinricus Cyppura* et a. q. pl.

Act. a. ab i. d. M.CC.XXVII, indictione xv.

(Copialbuch des St. Andreasstifts zu Worms.)

№ 62.

1228. *W.* dei gratia decanus totumque s. *Petri* in *Maguncia* capitulum etc. Notum esse cupimus, quod *Arnoldus,* ecclesie nostre scolasticus et custos, vineam quandam et hortum inter cerdones iacentem pro ii. marcis colon. et media numerate pecunie ab ecclesia nostra consensu omnium canonicorum memorate ecclesie accedente comparauit, de quibus nobis presentibus et consencientibus ordinauit, ut singulis annis quoad uiueret v. solidos magunt. in cena domini inter canonicos s. *Petri* proportionaliter distribuendos assignaret. Postmodum vero ipso *A.* uiam vniuerse carnis ingresso, successores curie ipsius de uinea et horto taliter, ut premissum est, conparatis singulis annis in anniuersario suo in continenti, postquam missa pro defunctis dicta est, x. solidos et vi. denarios mogunt. monete inter canonicos ecclesie sepius dicte, postquam de sepulcro in choro reuersi fuerint, siue sint absentes siue presentes, proportio-

Digitized by Google

naliter distribuent iii. denarios mogunt. Idem successores campanario b. *Petri* pro laboribus suis assignabunt v. solidos, qui ipso uiuente dari consueuerant cessantibus omnino, si uero detentor vinee et horti prefatam pecuniam canonicis et campanario tempore statuto assignare non curauerit, extunc medietas fructuum tam vinee quam horti illius anni quocienscumque transgressor fuerit ad communem utilitatem capituli, exceptione et occasione qualibet cessantibus, deuoluatur, vi. vnciis, que prius de curia memorata et vinea attinente eidem dari consueuerant, omnino saluis, quorum iv. in vigilia ascensionis canonicis b. *Petri* et ii. in die Martini custodisse *Ueteriscelle* annuatim persoluentur. Canonici autem, qui huic facto intererant, sunt hii: *Walterus* decanus, *Johannes* cantor, *Heinricus* archipresbiter, *Bruno*, *Heinricus*, decani, magister *Arnoldus Lipperus*, *Heinricus* cellerarius, *Cristianus*, *Marcwardus*, *Theodericus* de *Staleche*.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XXVIII.

(Copialbuch des St. Peterſtifts zu Mainz.)

№ 63.

1229. I. n. s. e. i. t. *Heinricus* dei gratia *wormaciensis* episcopus. Dilecti nobis in Christo filii prepositus, decanus et capitulum ecclesie *Nuhusen* litteras a sede apostolica inpetratas nobis presentarunt, in quibus quidem recepimus in mandatis, quatenus ad uisitandam ipsam ecclesiam *Nuhusen* adhiberemus operam sollicitam et diligentem vtilitati et necessitati eiusdem ecclesie, prout secundum deum nobis expedire uideretur, auctoritate sedis apostolice consulentes. Nos igitur ad huiusmodi mandatum promptos et beniuolos nos reddentes tamquam ipsius ecclesie ad omnem commodum veri debitores, considerata facultatum et reddituum suorum tenuitate, tricesimum canonicorum numerum

ibidem existentium ab antiquo de prudentum uirorum consilio et de capituli dicti consensu reduximus ad numerum vicesimum octauum, duas prebendas residuas in necessitates et ad fabricam ecclesie perpetuo conuertentes.

Act. a. g. M.CC.XXIX, indictione ii.

(Das Siegel des Bischofs hängt an roth und grün seidener Schnur unversehrt an.) Orig.

№ 64.

1229. I. n. d. a. *C.* decanus totumque capitulum *wormatiense* omnibus in perpetuum. Vtilitati et honori ecclesie prospicere feliciter cupientes constitutionem siue consuetudinem, que antiquitus obseruata postmodum in dissuetudinem abiit, ad ipsius comodum innouamus, communi contractu et assensu totius capituli prehabito, statuendo, vt quilibet fratrum jam receptorum siue recipiendorum in posterum, siue percipiant prebendas suas siue non, vnusquisque secundum ordinem sui introitus in natiuitate domini sit episcopus et fratribus et ecclesie in eo seruitio sit astrictus, quod in vigilia b. Nicholai nouam capam bene valentem tres marcas puri et fini argenti offerat ecclesie et ea tunc in singulis annis in posterum in festo nativitatis domini si uoluerit induatur. Ad duas quoque propinationes boni vini necessitate huius statuti tenebitur cum albis et recentibus bicariis et duabus candelis cornatis ad minus duas libras pure cere continentibus, quibus per festum vtatur pro sua voluntate. Fiat autem prima propinatio in vigilia b. Nicholai alia innocentium, nichil aliud jure statuti huius prestiturus, nisi quantum sua liberalitas ei persuaserit faciendum, que sibi poterit huiusmodi speculum remotius et propinquius admouere. Erit autem hoc honoris sui priuilegium et ab aliis distinctio, quod finito suo episcopatu integrum annum habebit immunis a choro et ab aliis oneribus que secuntur.

Digitized by Google

Admittendus ad capitulum quotiens presens fuerit et uoluerit interesse prebendam suam tam integre percepturus ac si die quolibet presens esset. Si uero propter excrescentem numerum fratrum deinceps eligendorum consultum uideatur capitulo duo seruitia vel plura simul prestari, nulla prorsus excusatio vel contradictio hoc excludat, quin capitulum eos ad huiusmodi seruitia simul et in solidum prestanda cogere possit etiam renittentes. Preterea non ualebit alicui fratrum aliquando pretendere, quod in perceptione prebende non sit quominus debeat comparare, sed ecclesia predicta seruitia pro ipso subibit, in penam contradictionis ipsius primi anni fructus prebendales in integrum receptura et omni commodo priuilegii careat idem ille, ad eos insuper hec pena similiter extendatur, qui cum in perceptione fuerint huic constitutioni se duxerint opponendos. Vt autem huius statuti nostri tenor a nobis in posteros perueniat cum salute stabilis et inconuulsus nos ipsi qui tunc fuimus de capitulo superinde corporale prestitimus sacramentum, statuentes vnanimiter, ut quicunque de cetero fuerit electus in canonicum et in fratrem, statim in porrectione regule ad idem firmiter obseruandum sacramento se obliget manuali.

Act. a. d. M.CC.XXIX.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 65.

1230. ***Heinricus*** dei gratia ***wormatiensis*** episcopus. Propter necessitatem fratrum in ***Hornbach*** et hospitalitatem sectandam ibidem, pium gessimus affectum capitulo nostro suum prebente consensum. Ob hoc itaque ecclesiam in ***Ostouen***, nostre dyocesis, que ad presentationem dicti abbatis et conuentus spectare dinoscitur, eisdem contulimus, ut in necessitates suas et hospitum conuertant quicquid potuerit superesse prebende uicarii in eadem deseruientis, de

qua ualeat commode sustentari, nostro et archidiaconi qui fuerit pro tempore in omnibus iure saluo, fraternitatis insuper uinculam et exequias mutuas eisdem repromittimus, quoniam obligatione mutua nobis et eadem sunt astricti.

Act. a. d. M.CC.XXX.

(Die Siegel des Ausstellers und seines Capitels hängen an roth und gelb seidenen Schnüren in rothem Wachse wohl erhalten an.)

Orig.

№ 66.

1231 (5. Juni). Ego ***Henricus*** de ***Niffen***. Notum facio, quod cc. marcas, quas a uenerabili domino ***Henrico coloniensi*** archiepiscopo in ***Herlisheim*** titulo pignoris habui obligatas, viro nobili ***Wernero*** de ***Bolandia***, ut hominio mihi annecteretur, feodaliter concessi. Preterea omnem justiciam et omñes prouentus bonorum ecclesie ***coloniensis*** in predicta villa ***Wernero*** contuli tamdiu detinendos, quoadusque prefate cc. marce tamquam mihi persoluantur eidem.

Dat. ***Wormatie*** a. d. i. M.CC.XXXI, non. junii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 67.

1233 (1. Juni). Iudices s. ***maguntine*** sedis. Nouerint, quod dum controuersia uerteretur inter prepositum de ***Husen*** pro suo conuentu ex parte una et capitulum s. ***Mauricii*** ex parte altera, super xiiii. vnciis censuum, quas idem prepositus et suus conuentus memorato capitulo de quibusdam bonis suis in ***Igelsheim*** annuo censu persoluere tenebantur, ipse uero x. de multis annis soluere renuerent occasione nacta, uidelicet hac, quia intellexissent predictum capitulum de quadam curia in ***Igelsheim*** et de quibusdam bonis suis aliis eosdem sibi fore census nomine redditurum,

ad quod discendum testes recepimus memorati capituli, quibus auditis eorumque depositionibus publicatis et diligenter examinatis, per quorum dicta cum nobis constaret sufficienter inprobatum esse, xiiii. vncias, de quibus erat contentio, antedicto capitulo integre adiudicauimus a sepedicto preposito et suo conuentu sine contradictione qualibet esse de cetero persoluendas, ipsum etiam prepositum et suum conuentum in expensis vii. solidorum minus iii. denariis condempnantes, quas idem capitulum fecerat cum *Cunrado* quondam s. *Mauricii* decano, ipsum in testimonium predicti negocii aduocando. Testes sunt: *Gallerus* decanus s. *Petri*, *Arnoldus* de *Lippia* ejusdem ecclesie canonicus, *Hermannus* canonicus s. *Johannis* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. d. M.CC.XXXIII, kal. junii.

(Das Siegel der Aussteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 68.

1234—1250. Vniuersis presens scriptum inspecturis uel audituris ego *Philippus* de *Hohenfels* notum facio, quod bona sita in *Mehgersheim* cum curia attinente comparaui sine omni contradictione a *Prestone*, ciue de *Frangenfurth*, que postmodum fratribus de s. *Lazaro* pro bonis sitis in *Nerstein* ipsorum per concambium commutaui. Ne igitur ambiguitas uel aliqua controuersia super hoc oriri possit, presentem paginam munimine mei sigilli feci roborari. Astiterunt huic contradictioni viri honorabiles frater *Hartmannus* de *Kronenberc* villicus de *Frangenfurth* et scabini ibidem et villicus *Marcwardus* de *Hopenheim*, *Jacobus* et frater eius *Eberhardus* et a. q. pl. (Ohne Datum.)

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 69.

1234. *N.* prepositus, *L.* decanus et capitulum *maioris* ecclesie *wormatiensis* dilectis in Christo decano et capitulo s. *Martini Wormatie* eorumque successoribus salutem. Presentis scripti testimonio profitemur, nos et successores nostros ad hoc iuramento astrictos, ut quemcunque in posterum episcopum elegerimus, corporale prestet iuramentum, ne umquam in clerum ciuitatis uel diocesis sue aliquam exactionem ponat uel poni procuret. Item quod numquam mutuum contrahat aput aliquos creditores *romanos* uel *italicos* uel alios quoscumque, qui super instrumenta consueuerunt mutuare.

Act. a. d. M.CC.XXXIV, indictione vii.

(Das Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 70.

1234 (28. Oct.). *Reinbodo* dei gratia abbas et conuentus *hirsougensis* etc. Scire cupimus, quod nos de communi consensu vniuersa hona nostra in *Sulzen*, que iure proprietatis possedimus, vendidimus *Heinrico* iuniori filio *Richwini*, ciui *wormaciensi*, pro quadam summa pecunie, ob hanc causam, vt nos et ecclesiam nostram à grauissimis vsuris *Romanorum* liberaremus, iustam warandiam in eisdem bonis, secundum quod consuetudinis est, sibi promittentes.

Acta sunt hec a. d. M.CC.XXXIV, festo Simonis et Jude, presentibus *Nibellungo* preposito, *Bertholdo* cantore, *Cunone* de *Elew.*, *Alberto Rapa*, canonicis *maioris* ecclesie *wormatiensis*, *Rudolfo* plebano de *Horchheim*, magistro *Eggehardo* de *Spira*, *Bertoldo*, canonicis s. *Andree*, *Reinfrido* et *Mudelone*, clericis. Laicis vero: *Dauid* et *Wolframo*, militibus, *Ebelino* in vico s. *Petri*, *Cunrado Dirolfi*, *Ebelino Zeizolfi*, *Gernodo Longo*,

Digitized by Google

Lufrido, *Friderico Rufo*, *Heinrico* fratre suo, *Sigelone Egelmari*, *Berwolfo Saxone*, *Emmerichone Judeo*, *Heinrico* fratre suo, *Cunrado* filio *Cunradi*, *Johanne Vuchselini*, *Heinrico* de *Peffelnkeim*, *Gerhardo Winkelphost*, *Herbordo* fratre suo, *Gerbordo Juueni Rapario*, *Cunzone Hellecraphen* et *Gezelino*, ciuibus *wormatiens.* et a. q. pl.

(Copialbuch des St. Andreasstifts zu Worms.)

№ 71.

1234 (1. Nov.). *S.* dei gratia s. *moguntine* sedis archiepiscopus dilectis filiis capitulo s. *Marie maguntinensis ad gradus* salutem. Electionem canonicam, quam fecistis in uestrum prepositum ex decano ratam habentes plurimum et acceptam in ipso preposito confirmamus, sicut uestra petiit deuotio et facti uestri ratio exigebat. Vobis itaque prepositum uestrem remittimus et sicut tenemur iniungendo mandamus, quatinus omni honore debito et consueto preueniatis eundem cum reuerentia et amore, credimus enim, quod qui nobis in decanatu profuit plus debeat in maiori prelatione prodesse.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XXXIV, kal. nouembris.

(Vid. der Mainzer Richter von 1234.)

№ 72.

1236 (9. Dec.). I. n. d. a. Quoniam vniuersa, que geruntur etc. Hinc est, quod notum sit, qualiter capitulum s. *Pauli* in *Wormatia* ecclesiam suam, videlicet parochiam s. *Ruperti*, quam ei beate memorie *Henricus*, quondam custos ejusdem ecclesie, eo jure, quo ad ipsum spectabat, venerabili domino episcopo *Lupoldo* consentiente et confirmante, cum reditibus in supplementum prebendarum fratribus dicti capituli eorum compatiens paupertati pie contulit

Digitized by Google

concanonico suo *Alberto* dicto *Cipra*, ipsum verum pastorem constituens, sub hac forma contulit, quod ipse medietatem omnium oblationum fratribus impertiatur, preterea socium sacerdotem et scolarem secum habebit, qui cum ipso chorum tempore opportuno frequentabunt, et oblationes, que per totam septimanam fiunt in parochia, sub bona custodia colligent, sabbatho nocte tam fratribus tam ipsi parochiano distribuendas, receptaculi oblationum clauem decano reseruante. Insuper in visitatione notabilium personarum parochiae decanum secum assumet vel alium, quem sibi decanus adiunxerit, scolari etiam medietatem pretii, vt in reponendis oblationibus diligentior existat, fratres ministrabunt.

Act a. d. M.CC.XXXVI, v. idus decembris.

(Gesiegelt hat das Capitel der St. Paulskirche.)

(Copialbuch des St. Paulstifts zu Worms.)

№ 73.

1237. l. n. s. e. i. t. *L.* dei gratia *wormaticnsis* episcopus etc. Notum esse cupimus, quod *Cunradus* de *Huchilheim* et frater ejus *Dimarus*, communicata manu et de consensu matris et omnium coheredum, reditus unius talenti wormatiens. denariorum in molendino fullonum et attinentibus inter uillam s. *Michaelis* et ortum b. virginis sitis, que hereditario jure quiete ac libere possederunt, dilectis nostris canonicis s. *Andree* in *Wormatia* pro accepta summa pecunie uendiderunt, ita videlicet, quod ipsis et eorum successoribus in eadem ecclesia singulis annis dictus census in vigilia purificationis perpetuo persoluatur. Cum uero et ampliores reditus de dicto molendino solui contingat, nullus omnino quicquam de ipsis percipiet, nisi prius prefate ecclesie s. *Andree* quod debetur annuo censu fuerit plenarie persolutum. Ut hec igitur inconuulsa permaneant, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus

Digitized by Google

roborari. Testes sunt: *Gerhardus* prepositus s. *Andree*, *Fredericus* de *Bopardia*, *Wernherus*, *Cunradus*, *Heinricus* de *Moro*, canonici *maioris* ecclesie, *Erchinbertus* de *Karlbach*, *Sigilo* fratruelis eiusdem, milites, *Heinricus Amella*, *Wernherus Ruperti*, *Eckilmannus*, ciues *wormacienses* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. d. M.CC.XXXVII, pontif. nostri ao. iii.

(Das Siegel hängt an roth seidener Schnur wohl erhalten an.)

Orig.

№ 74.

1237 (15. Jan.). *Godefridus* dei gratia prepositus *xantensis* profitemur, quod nos uenditionem vniuersorum bonorum ecclesie nostre *xantensis* in *Guntersblumen* cum iure patronatus et omnibus eorum attinentiis factam *wormaciensi* ecclesie pro dccc. marcis sterlingorum legalium, xii. solidos pro marca computatis, per dominum *Johannem* decanum et capitulum ecclesie nostre, ratam habemus et in ipsam publice consentimus.

Dat. a. d. M.CC.XXXVII, xviii. kal. februarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an roth seidner Schnur zerbrochen an.) Orig.

№ 75.

1237 (15. Jan.). *Johannes* dei gratia decanus totumque capitulum *xanctense* profitemur, quod nos allodium ecclesie nostre in *Guntersblumen* cum suis attinentiis uendidimus ecclesie *wormaciensi* et id per nuncium nostrum legalem confessi coram judice et scabinis in *Guntersblumen* nunciis *wormat.* ecclesie ad hoc destinatis, secundum consuetudinem eiusdem loci, dicta bona eidem tradidimus et in possessionem mitti petiuimus corporalem warandiam super eisdem bonis, secundum quod iuris est, prestaturi.

Act. a. d. M.CC.XXXVII, xviii. kal. februarii.

(Das Siegel hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 76.

1237 (23. Juni). *Gerhardus* dei gratia prepositus ecclesie s. *Andree wormaciensis* etc. publice profitemur, quod nos ius proprietatis in area, que inter nostram et *Richezonis* felicis recordationis curiam sita est, ecclesie nostre s. *Andree* rscognoscimus attinere et quod eandem aream ipsius ecclesie nomine possidemus.

Dat. a. d. M.CC.XXXVII, in vig. s. Johannis bapt.

(Copialbuch des St. Andreasstifts zu Worms.)

№ 77.

1238. (April.) *Cůnradus* dei gratia *spirensis* episcopus vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in domino perpetuam. Adtendentes, quod ecclesie nostre conditionem procul dubio emendamus, si remotioribus et inutilioribus prediis eiusdem districtus uiciniora et magis fructuosa comparemus, bona, que habebamus in *Bibelnheim,* eo quod aliquantulum nobis erant remota, cum uniuersis suis pertinentiis, mancipiis uidelicet, agris, censibus, pratis et aliis quibuscumque, eis dumtaxat exceptis, que in feodum fuerunt concessa, de capituli nostri consilio et consensu, per dilectum nobis *Cůnradum* s. *Widonis* prepositum, quem ad hoc procuratorem constituimus, uendidimus capitulo *maioris* ecclesie *maguntine* pro cc.xxviii. marcis colon. monete, quas in alterius predii magis nobis uicini conuertimus emptionem. Tali autem cum memorato capitulo conuenimus pactione, quod si l. maltrorum siliginis, lxx. auene et xiv. marcarum colon. in censibus, pratis, pullis et ouis reditus, quos ipsis nominatim uendidimus, fuerint ibidem reperti, predictam summam pecunie nobis exsoluant. Si autem aliquis defectus horum extiterit, pro rata marce deficientis xi. mar-

Digitized by Google

cis, maltri siliginis marcam et iii. maltrorum auene similiter marcam de predicto precio supputabunt. Possessiones siquidem horum bonorum cum suis pertinentiis per dictum prepositum et magistrum *Heinricum* de *Thuingin*, capellanum nostrum, quos ad hoc misimus, prefato capitulo tradidimus liberam et absolutam, preter l. maltrorum siliginis et xvi. vnciarum prouentus, qui *Bertoldo* dicto *Hependip* militi sunt titulo pignoris obligata, asserente ipso, quod pro lii. marcis argenti sibi pignus existant. (Hos sane reditus redimere promisimus usque ad octauam pentecosten, obligantes nos ad soluendum sepedicto capitulo omne suum interesse et dantes nichilominus potestatem eidem, ut de precio nobis debito prefatas lii. marcas pro redemptione illorum prouentuum soluat militi antefato si non compleuerimus hoc promissum. Alia etiam obligata *Anshelmo* similiter absoluemus),*) et plenam warandiam de hiis que uendidimus sepefato capitulo ubi et quando opus habuerit faciemus, ratam habentes obligationem, quam pro nobis fecit sepedictus prepositus, si pactum uenditionis quod fecit forsitan non compleremus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus appendimus. Promittentes litteras assensus nostri capituli ad hoc dare.**)

Datum *Kestenebure* a. d. M.CC.XXXVIII, mense aprili, pontif. nostri ao. i.

(Mainzer Copialbuch.)

---

*) Eine ganz gleichlautende Urkunde vom 1. März deſſelben Jahres enthält ſtatt der mit ( ) eingeſchloſſenen Stelle nur Folgendes: que videlicet l. maldra siliginis cum xvi. vnceis wormat. denariorum capitulum nostrum *spirense* in granarium sepedicti capituli *maguntini* annuatim in festo Michahelis presentabit, donec tot maldrorum et vnciarum prouentus a dicto *Bertholdo* per nos fuerint redempti. (Daſelbſt.)

**) Im April deſſelben Jahres gibt das Domkapitel in Speyer ſeine Einwilligung zu obigem Verkauf d. d. Speyer. (Daſelbſt.)

№ 78.

1238 (Ende Sept). Prepositus in *Lutra* totusque conuentus ejusdem ecclesie. Ad noticiam volumus peruenire, quod cum *Heinricus* junior *Richeri* bona sua in *Sultzen* inter bona ecclesie nostre sita nobis resignasset, firmam nobis in ipsis prestans warandiam, ipsi de communi consensu et totius conuentus beneplacito promisimus et deputauimus singulis annis xvi. maldra siliginis in perpetuum persoluenda, ita eciam, quod idem frumentum ipsi uel suis heredibus debeamus infra muros *Wormacie* ad domum, que nobis assignata fuerit, de nostris expensis et laboribus presentare. Testes sunt: *Nebelungus* prepositus, *Albertus* cantor, magister *Voltzo, Cunradus* de *Bergeheym*, canonici *maioris* ecclesie, *Gerhardus* prepositus s. *Andree wormaliensis, Reinhardus* de *Lutra, Bertoldus* vicedominus, *Gerhardus Iuuenis*, *Gerhardus* milites, *Cuntzo* filius *Dyrolfi, Henricus Longus* filius *Richeri*, ciues *wormacienses* et a. q. pl.

Actum *Wormacie* circa festum Michahelis a. d. M.CC.XXXVIII.

(Gesiegelt haben die Aussteller.)

(Copialbuch des St. Andreasstifts zu Worms.)

№ 79.

1238 (20. Nov.). I. n. s. e. i. t. a. *Landolfus* dei gratia *wormaciensis* episcopus etc. Sciant vniuersi presentes et posteri huius pagine continentiam inspecturi, quod nos collationem ecclesie s. *Lamperti* conuentui ecclesie s. *Martini wormaciensis* a domino *Sifrido* quondam s. *moguntine* sedis archiepiscopo factam, et auctoritate tam apostolica quam ordinaria legitime confirmatam consensu tam domini *Lirpoldi wormaciensis* episcopi, nostri predecessoris, quam domini *Sifridi* tunc eiusdem ecclesie s. *Martini* prepositi accedente, approbamus et ratam habemus ac ei nostram

Digitized by Google

auctoritatem et consensum impertimur animo liberali, volentes, ut dicta ecclesia s. *Lamperti* decanatui ecclesie s. *Martini* juxta formam originalis priuilegii inde confecti inseparabiliter sit annexa.

Act. et dat. *Wormacie* a. ab. i. d. M.CC.XXXVIII, xii. kal. decembris.

(Das an grün ſeidner Schnur gehangene Siegel des Biſchofs iſt abgefallen.) Orig.

№ 80.

1238 (21. Dec.). *Landolfus* dei gratia *wormaciensis* episcopus dilectis in Christo filiis vniuersis abbatibus, prepositis, archipresbiteris, plebanis aliisque ecclesiarum rectoribus per *wormaliensem* dyocesim constitutis salutem. Cum dominus papa gauisus de conuersione illarum mulierum, que iam dudum in limo profundi infixe, videlicet in sordibus peccatorum ad semitam ueritatis reducte, penitentiam suorum iam facinorum facere deo student, ipsis ad uite sustentationem multa priuilegia et indulgentias contulerit speciales, vt tam pietatis intuitu quam tantarum inductu indulgentiarum, populus fidelium excitatus predictis mulieribus, quasi ad fidei rudimenta conuersis, maiori affectu impendant opera caritatis maxime cum ipsis ad sustentandum proprie non suppetant facultates. Nos cupientes etiam esse tam pii negotii cooperatores et hanc nouellam plantationem, cui solus deus dare poterit incrementum, eo quo possumus affectu rigare, quo melius perducatur ad fructum maturitatis in Christo, vniuersitatem vestram rogamus et exhortamus in domino atque in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatinus super conuersione peccantium Christo et angelis suis congaudentes nuncios *sororum penitentium* ordinis s. *Marie Magdalene* in *Wormacia*, quibus sicut aliis penitentibus ejusdem ordinis dominus papa propter euidentem

Digitiz

necessitatem gratiam petendi elemosinas indulsit, cum ad uos declinauerint benigne suscipientes in petendis elemosinis subditos uestros, ut ipsis opera caritatis impendant, propensius inducatis cauentes sollicite sub nostre inhibitionis districtione, ne quis uestrum quicquam de oblationibus uel quibuscunque ipsis intuitu caritatis pro paupertate earum subleuanda collatis subtrahere aut alias impedire presumat. Nos autem de omnipotentis dei misericordia et b. Petri principis apostolorum meritis et intercessione confisi omnibus dictarum p . . . ercularum subuentoribus xx. dies de injuncta eis penitentia et annum de peccatis uenialibus misericorditer relaxamus. Preterea nolumus uos ignorare, quod et debetis uestris subditis publicare, quod dominus papa xl. dierum indulgentiam concedit vniuersis, qui predictis sororibus contulerint beneficia caritatis, que indulgentia et alie plures, videlicet singulis mensibus xl. dies, in annunciatione s. Marie lx. dies, in septimana paschali annus, in festo s. Marie Magdalene lx. dies, in assumptione b. Marie lx. dies, in dedicatione c. dies ipsarum benefactoribus collate, in priuilegiis a benignitate sedis apostolice ad ordinis promotionem indultis plenius continentur.

Dat. *Wormacie* a. i. d. M.CC.XXXVIII, in festo s. Thome apost.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 81.

1238 (28. Dec.). I. n. s. e. i. t. n. *Landolfus* dei gratia *wormaciensis* episcopus etc. Uniuersis Christi fidelibus tenore presentium declaretur, quod cum summo affectemus desiderio nostro subiectas regimini ecclesias tam conuentuales quam parrochiales promoueri in omnibus ac emendari, ordinationem de ecclesia parrochiali s. *Magni* in *Wormacia* et deputationem per virum discretum et hones-

Digitized by Google

tum, familiarem quoque nostrum *Gerardum*, prepositum s. *Andree wormacien*s., conuentui s. *Andree* in *Wormacia* factam liberaliter et fraterne, ita quidem, ut memorata parrochia ad ipsius conuentus emendationem perpetuo spectet prebendarum, ratam habemus et firmam, consensum nostrum pariter et fauorem ordinationi adhibentes prelibate.*)

Dat. *Wormacie* a. i. d. M.CC.XXXVIII, festo s. innocent.

(Das biſchöfliche Siegel hängt an roth und gelb ſeidener Schnur wohl erhalten in rothem Wachſe an.) Orig.

№ 82.

1239 (15. Febr.). *Ortlibus* archipresbiter et canonicus *pinguensis* ad noticiam omnium cupio peruenire, quod dum ego ecclesie *pinguensi* in viii. marcis col. denariorum, quos ego de legato bone memorie domini *Vdonis*, decani nostri, cuius manufidelis extiteram, in usus ecclesie conuertendos collegeram, essem obligatus, ex quibus denariis reditus, qui pro una marca possent comparari, in memoriam matris mee et *Ludewici*, cognati mei, in eorum anniuersariis inter fratres presentes essent diuidendi, sic inter me et capitulum est ordinatum, quod ego ipsis duas domus meas uendidi sitas in *Pingvia*, vna iuxta forum prope domum amice mee domine *Osspir.*, alia uero sita est in *Clope*, ut

*) 1239 (24. Oct.). *Gregorius* episcopus seruus seruorum dei capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* etc. Dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam s. *Magni* cum pertinentiis suis ad ecclesiam uestram sicut asseritis pleno iure spectantem prout eam iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos ipsi ecclesie uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Dat. *Anagnie* viiii. kal. nouembris, pontif. nostri ao. xiii. (Das Blei fehlt.)

singulis annis ipsi capitulo ex ipsis domibus viii. solidi colon. denariorum pro tempore currentium persoluantur, quorum vi. in anniuersario bone memorie decani *Vdonis* et i. in anniuersario matris mee et i. in anniuersario *Lodewici* inter fratres presentes diuidentur, reliqua uero pecunia, que de iam dictis domibus persoluitur, apud me remanebit et si qua alia bona ecclesie assignauero, de quibus tantundem, quantum ab istis percipit, potest recipere, iam dicte domus mee ad me reuertentur.

Act. sunt hec a. d. M.CC.XXXIX, prox. fer. iii. p. inuocauit.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 83.

1239 (20. Febr.). S. dei gracia s. *moguntine* sedis archiepiscopus publice protestamur, quod in bonis ecclesie s. *Jacobi moguntine* sitis apud *Algesheim* et *Lorche* nullam nomine nostro exactionem fieri uolumus uel collectam.

Dat. *Maguncie* x. kal. martii, pontificatus nostri ao. ix.

(Das Siegel des Erzbischofs ist abgefallen.) Orig.

№ 84.

1239 (13. Juli). *L.* dei gratia *wormaciensis* episcopus. Nouerint vniuersi, quod cum fratres ecclesie s. *Martini wormatiens.* coram nobis in forma judicii conquirendo proponerent, *Otthonem*, *Eckardi* filium, et *Clemencium*, viduam *Prebendule*, ciuium *wormat.* vi. jurnales vinearum et campi diuisim possidere sitos apud *Westoven*, ex quibus tres omni jure ad eos asserebant pertinere, nos ex dictis testium inductorum et aliorum proborum assertione uirorum plene cognoscentes, de predictis vi. jurnalibus tres esse fratrum predictorum, pronunciauimus sententialiter,

Digitized by Google

prefatum *O.* pro parte sua teneri fratribus memoratis ad jurnalis et dimidii restitutionem. De residuo uero jurnali et dimidio fratres ipsi et *C.* vidua se nostro simpliciter submiserunt arbitrio ad obseruandum se ac ratum habendum obligantes, quicquid de jurnali et dimidio et v. maldris tritici in litem deductis, que eadem vidua de bonis eisdem fratribus antedictis prout affirmabant soluere neglexerat, duceremus statuendum. Nos itaque de causa ipsa plenius instructi, taliter sumus arbitrati, videlicet quod uidua ipsa jurnalem illum et dimidium perpetuo jure possidebit hereditario, extremum fratribus eisdem maldrum tritici annuatim persoluendo et de neglectis ad manus tritici iii. maldra nichilominus ipsis persoluet.

Act. *Wormacie* a. i. d. M.CC.XXXIX, in die virg. Margarete.

(Das Siegel des Ausstellers hängt in rothem Wachse zerbrochen an.)

Orig.

№ 85.

1240 (April). *Conradus* dei gracia prepositus s. *Pauli wormaciens.* et decanus *maioris* ecclesie *maguntine.* Notificandum duximus, quod dum questio uerteretur inter abbatem et fratres de *Otterburc* ex parte vna et decanum et capitulum s. *Pauli* ex altera, de reditibus annuis eisdem soluendis de curia predicti abbatis, que uocatur *Sanden,* decano cum suis dicentibus lv. maltra siliginis debere solui, sed abbate cum suis contradicentibus, intercedente coram nobis amicabili compositione, de communi consensu partis vtriusque statutum est, vt abbas et fratres decano cum suis l. maltra siliginis et ix. vncias et i. denarium soluerent annuatim, nisi forte processu temporis in villa *Eichen* abbas et fratres uel per elemosinam uel coemptionem alia bona sortirentur uel agros eorum cum agris ville mensurari contingeret, vnde merito predictus census augeri deberet.

Digitized by Google

Testes huius rei sunt: *Folkardus* abbas, *Sifridus* et *Jacobus*, monachi, *Gerungus* et *Hermannus*, conuersi, *Stephanus* decanus s. *Marie de campis* et *Walterus* notarius, item *Salomon* decanus et plures de canonicis s. *Pauli*.

Datum a. g. M.CC.XL, mense aprili.

(Die Siegel der Ausſteller hängen beſchädigt an, das Siegel des Domſtifts fehlt.) Orig.

M. 86.

1240 (20. Juli). Iudices s. *moguntine* sedis. Cum super viii. marcis colon. de prebenda prepositi s. *Maurilii moguntin.*, quam in eadem habet ecclesia, colligendis, inter ipsum et eiusdem ecclesie capitulum coram nobis questio uerteretur, in quos essent usus eedem redigende, dicti prepositus et capitulum diffinitionem tandem questionis huiusmodi conscientie arbitrorum suorum, scolastici videlicet et magistri *Sifridi*, canonicorum s. *Marie de gradibus* et custodis s. *Petri* in *Moguntia*, qui eandem questionem per arbitrium aliquando deciderant, commiserunt in nostra presentia promittentes, quod eorum super premissis simpliciter starent dictis, qui remisso sibi a partibus sacramento a nobis requisiti dixerunt, fuisse se taliter arbitratos, quod capitulum s. *Maurilii* de prebenda dicti prepositi colon. colligeret viii. marcas et pro marcis iv. anniuersario quondam *Nicolai* eiusdem ecclesie canonici presentiam ordinaret, alias uero iv. ecclesia conseruaret, donec antedictus siue alter existens pro tempore prepositus domum prepositure specialiter attinentem, que ruinam passa fuit omnimodam, ad usus prepositure debitos per se reedificere inciperet et circa eas eidem in reparationis huiusmodi subsidium assignaret.

Act. a. d. M.CC.XL, xiii. kal. augusti.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.) Orig.

Digitized by Google

№. 87.

1241 (11. Nov.). I. n. s. e. i. t. a. Ego ***Giselherus*** decanus ecclesie s. ***Martini*** in ***Wormacia*** uolens dominum deum, qui est unica spes salutis, de mea honorare substantia, ad honorem ipsius et pro remedio anime mee nec non parentum meorum do liberaliter b. Martino patrono meo bona subnotata, dotans specialiter per hec bona altare s. ***Benedicti***, quod est in ecclesia b. ***Martini***, de consensu omnium canonicorum meorum, statuens et ordinans, quod quicumque in perpetuum fuerit senior et propinquior clericus in mea et ***Hezelonis***, ecclesie mee cantoris, cognatione, conferet et assignabit hos reditus honesto sacerdoti, qui ratione dictorum prouentuum faciet obedientiam decano ad perficiendum ea, que sunt decentia et ecclesie utilia, et chorum s. ***Martini*** more vicario frequentabit et missam in predicto altari s. ***Benedicti*** cottidie celebrabit, semper post decantatum custodis offertorium dee inchoandam. Sunt autem hec bona et situs earum. Area quedam retro capellam s. ***Georgii*** sita, que soluit annuatim etc. — area quedam apud capellam s. ***Pangratii*** sita — area quedam apud ***Rebestoc*** — area, quam comparaui a. ***C. Dirolfi***, quam nunc possidet vidua ***Cunradi***, filii ***Howere***, hereditario iure — item ego et dictus ***H.*** cantor emimus simul quasdam areas in vico s. ***Petri*** a ***Nibelungo*** et fratribus suis — item ego et cantor emimus dimidiam nauim, que wlgo dicitur ***Newe***, in portu a ***Rudewino*** de ***Flamburne*** — item aream, quam emi a ***Behrtoldo*** de ***Mvttirstat*** sita in ***hanegazze*** ex opposito C. ***Span***, quam nunc possidet quidam mulier, que facit oleum — item area, quam comparaui a ***Jutta***, vidua ***Wernheri***, filia ***Adilheri***, contigua aree ***C. Dirolfi*** et alta area, quam emi a ***Beatrice***, vidua ***Adilheri***, iam dicte aree uicina — item area ibidem sita, quam comparaui a ***Wernhero***, filio ***Ruperti*** — hec autem area soluit singulis annis in curiam

Digitized by Google

Salzhof iii. denarios *Tragbodoni*, filio *Cippure* — area, quam emi ab *Heinrico Wakirpil* et *Cunrado*, filio *Dirolfi* et *Hercolone* de *Hocheim*, sita aput estuarium iuxta *Renum* — item area sita ex opposito chori s. *Pauli*, quam nunc faber possidet — preterea sunt due vinee, uidelicet unus jvrnalis et dimidius in *Berstrata* aput *Hentschugisheim*. Sunt quoque x. jugera terre arabilis sita continuatim in campo, qui dicitur *Nvnninmvnstervelt*, quibus ex uno latere adiacent agri sanctimonialium de *Nvnnenmunster*, ex altero filiorum *Hvnperti*. Item in campo burgensium uersus *Mogvntiam* sita sunt v. jugera consultanea ex opposito chori s. *Cyriaci*. Item illic in vicino sunt iii. jugera. Item ego et cantor comparauimus a *Sigewizza*, vidua *Friderici* de *Dvrincheim*, vi. jvrnales in campo burgensium uersus *Pefilcheim* et totidem in alio campo burgensium uersus *Nvhusam*, de quibus vi. spectant ad me. Item comparaui ab *Ernoldo* de *Hocheim* ii. jvrnales et dimidium in campo burgensium uersus *Pefilcheim*, quorum unus contiguus est agris fratris sui *Karoli* et tendit ad locum, ubi mulieres fuerunt exuste, alter et dimidius contigui sunt agris dicti *Karoli* et tendit usque ad *korzgewande*. Item in vicino situs est i. jvrnalis tendens ad *bvnam* domini episcopi. Item iii. quartalia aput jvrnales dominorum meorum de s. *Martino* iuxta crucem. Item i. jvrnalis et dimidius in strata uersus *Nvhusam* iuxta vallum contigui agris *Ruggeri*. Item in eadem strata dimidius. Item in campo *nuhusensi* emi a *Diderico Lericoph* vnum situm inter agros *Svzzelad* et *Cvnonis* de *Nvnnenmunster*. Item comparaui a *Wolframo* de *Pertrinsheim* duos sitos iuxta *hvngerburnen*. Item aput *Wallinheim* situs est unus jvrnalis. Hec vtique bona confero b. *Martino* cum omni jure et tytulo, quo ego ipsa possedi, in perpetuum possidenda, statuens de consensu *Landolfi wormaciensis* episcopi et omnium ecclesiarum conuentualium in *Worma-*

Digitized by Google

tia, quod prenominati prouentus neque procuratione alicuius legati neque exactione domini episcopi uel alicuius successorum suorum aut casu consimili sentire debent aliquatenus diminutionem. Preterea annum gratie de prebenda mea lego s. *Martino* ad conparandum post obitum meum redditus annuos, qui spectabunt ad redditus prenotatos, statuens de confratrum meorum consensu, ut in anniuersario obitus mei die fiat in choro s. *Martini* memoria mei et parentum meorum cum missa et uigiliis nouem lectionum et eodem die sacerdos, qui hoc beneficium, quod nunc instituo, tunc habuerit, i. solidum wormatiensem vnicuique dominorum, qui fuerint tunc presentes, siue sunt canonici siue vicarii, amministret. Ut autem hec mea donatio omni euo in suo robore perseueret, presenti scripto prefatus dominus *L. wormaciensis* episcopus et omnes ecclesie conuentuales sua sigilla in testimonium mei facti appenderunt.

Act. *Wormacie* a. ab i. d. M.CC.XLI, in festo s. Martini Thuronorum episcopi glor.

(Die Siegel hängen an roth und grün seidenen Schnüren in rothem Wachse gut erhalten an.) Orig.

№ 88.

1243 (Aug.). Iudices *wormatienses* vniuersis Christi fidelibus notum esse uolumus, quod *Gerhardus* s. *Magni* plebanus viris discretis presentibus coram nobis in figura iudicii sententialiter obtinuit, quod quemlibet suum parochialem parochie inobedientem et ei sacramentaria iura aput extraneos rapiendo recalcitrantem liceat per censuram ecclesiasticam ad uerum ouile et ad uiam ueritatis reuocare, hoc tamen adiecto, quod sine prouido consilio et deliberata sententia iuratorum parochie nullam possit in subditos suos excommunicationem effulminare. Decreuimus quoque et hoc et sub pena excommunicationis precepimus, dum quicumque

Digitized by Google

plebanus memorate ecclesie pro hominum emendatione et parochie promotione immo pro s. matris nostre ecclesie honore loquitur, ne iurati de eadem parochia suas sententias et sana consilia presumat in anime sue periculum ocultare. Huius rei testes sunt: prepositus de *Wilburc*, *C.* de *Wolueskelen* et *Wern.* de *Starkenberc*, *R.* de *Rutelingen*, *F.* de *Stocheim*, canonici *maioris* ecclesie *wormatiensis*, *Alkindus* uicarius ibidem, *Ber.* de *Dirmestein*, *C.* magister, *Zeizolfus*, canonici s. *Andree*, *C.* de *Stokheim* canonicus *noue domus* et a. p. pl.

Act. a. d. M.CC.XLIII, mense augusto.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 89.

1243 (13. Aug.). *S.* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus. Ad noticiam omnium cupimus peruenire, quod cum dilecti nobis *Anselmus* sculletus *pinguensis* et *Lucardis* uxor eius pia moti deuocione in honore s. *Nicolai* capellam in curia sua *Pinguie* fundauissent, eidem capelle bona sua sita in *Monstre* et *Sarmdesheim*, videlicet viii. vineas et domunculam *Pinguie* iuxta capellam sitam, in dotem pro remedio sue anime contulerunt, quam donacionem quia pia est ratam et gratam habentes in nomine patris et filii et spiritus sancti confirmamus.

Act. *Pinguie* a. d. M.CC.XLIII, idus augusti, pontif. nostri ao. xix.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 90.

1243 (Sept.). *B.* decanus, *H.* scolasticus, *B.* cantor totumque capitulum s. *Marie de gradibus maguntine.* Constare uolumus, quod nos curiam nostram, que dicitur der *Kechelechehof* in uulgari, *Sifrido* decano s. *Marie in*

Digitized by Google

campis concessimus ad perpetuum uite suc, ita, quod in quinque annis ad estimationem xv. librarum emendabit eandem ad inspectionem illorum, quos ad hoc capitulum deputabit, et deinceps ipsam in statu congruo conseruabit. Preterea ecclesie nostre xviii. marcas contulit, de quibus iii. presentias ordinauit fieri in terminis subnotatis. In festo b. Thome martiris quondam cantuariensis archiepiscopi x. solidos ecclesia nostra in choro presentibus ministrabit et cantabimus ystoriam de s. Thoma et missam de festo. Idem faciemus in festo b. Georgii martiris post festum pascale et habebunt x. solidos presentes in choro, quos etiam ecclesia nostra dabit. Tertiam presentiam facimus de x. solidis in die anniuersarii ipsius decani, que usque ad tempus debitum differetur. Testes sunt: decanus, scolasticus *maioris* ecclesie, decanus, scolasticus et cantor s. *Stephani*. Laici uero sunt: *Arnoldus* camerarius, *Ottho* sculletus, *Dudo Scude* et *Wallerus bonus*.*)

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.XLIII, mense septembri.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

---

*) Auf der Rückſeite der Urkunde ſteht von ziemlich gleichzeitiger Hand: Dominus *Stephanus* de *Benisheim*, nunc decanus s. *Petri*, promisit dominis nostris xviii. marcas colon. eo tempore, quando concesserunt et curiam, que dicitur *Kechelehtehouf*, ut inde fierent tres presentie, que in presenti littera continentur, de quibus xviii. marcis tunc temporis date fuerunt viii. capitulo s. *Stephani*, eo, quod renunciauit curie predicte, pro quibus viii. marcis soluit capitulum nostrum singulis annis de elemosina ecclesie x. solidos magunt. in anniuersario domini *Gotfridi* de *Eppenstein*, a cuius sepultura ecclesia nostra habuit curiam predictam, de reliquis x. marcis ementur reditus i. libre, qui deseruient duobus festis, s. Georgii uidelicet et s. Thome cantuariens., ita tamen, quod si magistrum *A.*, scolasticum ecclesie nostre, mori contingat ante quam decedat prefatus *Stephanus* decanus s. *Petri*, tunc post obitum ipsius decani x. solidi,

Digitized by Google

№ 91.

1243 (7. Sept.). Ego *Embrico* electus in prepositum ecclesie s. *Martini* in *Wormatia* ab hodie in antea juro et promitto, fidelitatem et indempnitatem iam dicte ecclesie mee, donationes quoque predecessorum meorum, uidelicet jus patronatus in *Herrichswisen,* custodiam *bopardiensem* et decimas in *Salziche*, cum suis attinentiis ratas habere. Item priuilegia, consuetudines et jura eiusdem ecclesie fideliter obseruare. Item bona ecclesie distracta recolligere et collecta conseruare pro posse et nosse. Hec omnia promitto bona fide sic me deus adiuuet et sanctorum ewangeliorum conditores. Promitto etiam fide data, nullam fraudem uel dolum facere eidem ecclesie mee in pensionibus et redditibus, quos ante electionem meam ab ecclesia habui, sed eos potius emendabo. Item promitto fide data, quod si venerabilis dominus *wormaciensis* episcopus iam dictam ecclesiam meam uel me uel personas ecclesie super jure prepositure uoluerit infestare, ego tam ecclesiam quam personas et jus prepositure modis omnibus pro uiribus defensabo.

Act. et dat. a. d. M.CC.XLIII, in vig. nativ. virg. glor. In ecclesia b. *Martini* in *Wormatia.*

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.)

Orig.

---

qui nunc dantur in anniuersario dicti domini de *Eppenstein*, ipsius decani anniuersario cedent. Et quidquid de prefata curia annis singulis haberi poterit, dabitur presentibus in anniuersario sepedicti domini de *Eppenstein*. Si uero memoratus *S.* decanus contingat decedere antequam prefatus scolasticus moriatur, tunc eius anniuersarius non celebrabitur quousque decesserit scolasticus prelibatus. Eo uero defuncto, dicti decani memoria habebitur, ut proxime superius est expressum.

Digitized by Google

№. 92.

1244. I. n. d. Ego *Marcwardus* sculteus, *Otto, Meingotus, Herbordus Dulcis, Vdo, Peregrinus, Embricho Kyrchberc* et ceteri scabini in *Oppenheim.* Nouerint, quod dominus *Albertus* miles de *Wolueskelen* cum illius feodi, quod ipse ac fratres sui a comite de *Rynecken* tenuerunt, ex curia fratrum *eberbacensium* dicta *Waleheim*, quartam partem ad eum spectantem cum bona uoluntate fratrum suorum, habito non tantum consensu ipsius comitis et archiepiscopi *maguntini Sifridi* secundi, a quo ipse comes idem feodum tenuit, confratribus ecclesie memorate uendidisset, quicquid ex eadem quarta parte expositum siue infeodatum aut aliquo modo occupatum foret ut absolueret compromisit. Dedit igitur filiis domini *Lemfridi* militis de *Geisbodesheim*, videlicet *Heinrico* et *Cunrado*, militibus, iiii. talenta et dimidium, quod dimidio talento renunciauerunt, quod de antedicta quarta parte in prelibata curia ab ipso in feodo tenuerunt. Ne ergo huic facto ulla possit in posterum annecti fraudulenta exceptio, presentem paginam inpressionibus sigillorum sculteti et ciuitatis duximus roborandam.

Act. a. d. M.CC.XLIV, indictione ii.

(Die Siegel hängen sehr beschädigt an.) Orig.

№. 93.

1244 (30. Juni). *C.* dei gratia prepositus, *C.* decanus totumque capitulum *maioris* ecclesie *maguntinensis.* Notum esse volumus, quod nos una cum *Burchardo* decano *de gradibus maguntin.* ad hoc a domino nostro archiepiscopo specialiter deputato, *Heinrico* de *curia s. sepulcri*, ciui *maguntino*, suisque heredibus concessimus vnam apotecam sitam iuxta monasterium b. *Martini*, contiguam apothece *Heinrici ad pendentem manum* jure hereditario

Digitized by Google

possidendam, ita uidelicet, ut in festo b. Johannis baptiste vncias iv. et in festo b. Martini vncias totidem nobis persoluat annis singulis de eadem. In cuius rei memoriam dedimus ipsi suisque heredibus presens scriptum sigilli nostri et memorati decani munimine roboratum.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XLIV, pridie kal. julii.

(Die Siegel hängen gut erhalten an seidenen Schnüren an.)

Orig.

№ 94.

1244 (15. Oct.). Consules et vniuersi ciues *wormatienses*. Omnibus innotescat, quod cum nos in duobus macellis, id est *schrannis*, *Heinrici Holheimeris*, conciuis nostri, sitis juxta forum piscium, habeamus et dudum habuerimus viii. vnceas wormat. annuatim de areis censuales, idem *Heinricus* saluo jure ciuitatis uendidit ecclesie s. *Martini* apud nos viii. vnceas wormat. singulis annis de macellis eisdem soluendas, ita, quod annuatim in festo Georgii de utroque macello medietas et in festo Remigii altera medietas debet solui ecclesie memorate. Et quoniam huius uenditionis contractum predictus *H.* coram nobis in consilio publice recognouit, nos de suo consensu hanc litteram capitulo s. *Martini* dedimus sigillo ciuitatis munitam in perpetuum testimonium et memoriam huius facti.

Act. a. d. i. M.CC.XLIV, idus octobris.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 95.

1245 (12. Mai). *Innocentius* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui monasterii in *Nunnenmunstre wormaciens.* salutem et apostolicam benedictionem etc. Eapropter dilecte in domino filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes

Digitized by Google

assensu personas uestras et monasterium, in quo diuino uacatis obsequio, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub b. Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Dat. *Lugduni* iiii. idus maii, pontif. nostri ao. ii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№. 96.

1245 (14. Mai). *Innocentius* episcopus seruus seruorum dei uenerabilibus fratribus archiepiscopo *maguntino* et suffraganeis eius et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis per *maguntinam* prouinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem etc. Specialiter autem abbatissa et conuentus monasterii s. *Marie extra muros wormatienses*, cisterciensis ordinis, tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iusticie conquerentes, vniuersitatem uestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita uidelicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris nostro possint presidio respirare. Ideoque vniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui possessiones uel res seu domos predictarum abbatisse et conuentus irreuerenter inuaserint aut ea iniuste detinuerint, que ipsis ex testamento decedentium relinquuntur seu in ipsas uel earum aliquam contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis uel interdicti presumpserint promulgare

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

uel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale, ante quod susceperunt eiusdem ordinis instituta, quas propriis sumptibus excolunt siue de nutrimentis animalium ipsarum spretis apostolice sedis priuilegiis extorquere monitione premissa, si laici fuerint, publice candelis accensis singuli uestrum in diocesibus et ecclesiis uestris excommunicationis sententia percellatis, si uero clerici uel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis abbatisse et conuentui plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares, qui pro uiolenta manuum iniectione in ipsas uel earum aliquam anathematis uinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam uenientes, ab eodem uinculo mereantur absolui.

Dat. *Lugduni* ii. idus maii, pontif. nostri ao. ii.

(Das Blei hing an roth und gelb seidener Schnur, ist aber abgeschnitten.) Orig.

№ 97.

1245 (31. Juli). Iudices s. *moguntine* sedis. Constare uolumus, quod *Alheidis* uidua in nostra constituta presencia recognouit, se habere ab ecclesia b. *Johannis* domum vnam sitam in *platea comitis*, quam *Johannes* apothecarius bone memorie legauit eidem ecclesie, ita tamen, quod ipsa *A.* quamdiu uixerit in domo illa maneat et post mortem suam absque contradictione heredum suorum ad ecclesiam b. *Johannis* domus eadem libere reuertatur. Predicta uero uidua in anniuersario *Werneri* bone memorie, filii *Johannis* prefati, iv. solidos leues pro censu annuatim persoluet et suis expensis domum illam ubi necesse fuerit emendabit.

Dat. a. d. M.CC.XLV, ii. kalendas augusti.

(Gesiegelt haben die Aussteller.)

(Copialbuch des St. Johannisstifts zu Mainz.)

Digitized by Google

№ 98.

1245 (5. Aug.). *B.* decanus, *H.* scolasticus, *A.* cantor totumque capitulum s. *Marie ad gradus moguntine.* Constare uolumus uniuersis, nos cum *Walthero* de porta piscina, ciue *moguntino*, taliter conuenisse, quod idem *Waltherus* suis expensis edificabit nobis uestibulum in sinistro latere chori nostri, pro quo dictus *W.* et *Elizabet* uxor eius, filii quoque ac filie ipsius solummodo, quos de predicta uxore nunc habet uel est habiturus, tenebunt apothecam sub dicto uestibulo ad dies duntaxat uite ipsorum pro annuo censu i. solidi mogunt. monete in festo assumptionis persoluendo. Nepotes uero seu quicunque alii successores nichil in prefata apotheca iuris habebunt, sed hiis quos supradiximus de hac uita sublatis, sepedicta apotheca ad ius et utilitatem ecclesie nostre libere reuertetur.

Act. a. d. M.CC.XLV, nonas augusti.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 99.

1245 (16. Nov.). Ego *Hertwicus* plebanus in *Olmena superiori* scripto presenti protestor, vineam quandam sitam in loco, qui wlgariter dicitur *cen Nuzen,* ab *eberbacensi* ecclesia me tenere, ita, quod dies uite mee tantum fructum eiusdem percipiam et annuatim inde vi. soluam denarios magunt. in festo b. Martini, post mortem autem meam vinea predicta, que continet iugerum et dimidium, cum omni integritate ad ecclesiam libere deuoluetur.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XLV, xvi. kal. decembr.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 100.

1246 (10. Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis protestamur, quod *Dietericus* et *Yuttha*, uxor eius, cum heredibus ipsorum in nostra renunciauerunt presencia domuncule cuidam, site in emunitate ecclesie b. *Johannis* retro domum *Gerdrudis* dicte *Engincurlin*, cum nichil iuris haberent in eadem nec possent ostendere se habere, domunculam igitur prefatam sine consensu ecclesie possedissent prefate, decanus et capitulum propter reuerenciam domini nostri archiepiscopi, cuius famulus extitit *Dietericus* prefatus, cum eo uxore et heredibus composuerunt amicabiliter pro quadam pecunie quantitate, ita, quod omni actioni cesserunt penitus et iuri, si quod in domuncula illa videbantur habere.

Act. in claustro *maioris* ecclesie *moguntine* a. d. M.CC.XLVI, in die b. Scolastice virg.

(Geſiegelt haben die Ausſteller.)

(Copialbuch des St. Johannisſtifts zu Mainz.)

№ 101.

1247 (Jan.). Notum sit, quod ego *Eberhardus*, filius *Gerhardi* dicti *Magni*, miles *wormatiensis*, accedente consensu *Judde*, uxoris mee, contuli duos jurnales vinearum preter dimidium quartale apud *Luzelheim* sitos ecclesie b. *Martini* in *Wormatia* pleno iure in perpetuum possidendos pro remedio animarum fratrum meorum defunctorum, ut perhennis ipsorum memoria ibidem singulis annis fiat more consueto. Testes sunt: *Jacobus Dirolfi, Constantinus* custos et *Jordanus* scolasticus ecclesie eiusdem, *Cvno* canonicus s. *Pauli, H. Oricchsac* et *Meinhardus*, milites.

Act. a. d. M.CC.XLVII, mense januario.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt zerbrochen an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 102.

1247 (20. Jan.). Iudices s. *moguntine* sedis. Constitutis coram nobis *A.* cantore et *C.* cellerario s. *Marie de gradibus maguntine* pro se et sua ecclesia ex una parte et abbate de *Spanheim* pro se et suo monasterio ex altera, dicti cantor et cellerarius optulerunt abbati, ut si ipse ecclesie eorum uellet refundere xvii. marcas et unum fertonem, quas dederant pro curia, que der *kakelhof* wlgariter appellatur, cuius proprietatem idem abbas dicebat ad suum monasterium pertinere, ecclesia cederet ei curiam prenominatam et ad hoc de electione et consensu abbatis terminum statuimus festum palmarum proximo nunc futurum, ut si abbas medio tempore non refudisset ecclesie pecuniam memoratam, decetero nec ipse nec suum monasterium curiam illam repetendi aliquod ius haberent.

Act. in claustro *maioris* ecclesie a. d. M.CC.XLVII, xiii. kal. februarii.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 103.

1247 (7. April). *Albertus* canonicus ecclesie s. *Pauli Wormatie* vicem gerens prepositi eiusdem ecclesie. Notum facimus vniuersis, quod *Elizabeth*, vidua *Siboldi* de *Mergestad*, et *Guntherus*, filius eius, coram nobis recognouerunt, se habere iure hereditario ab ecclesia s. *Martini Wormatie* tres jurnales apud *Mergestad* in campo versus *Petrinsheim* sitos, quorum vnus est vinea et alii duo sunt campestres, protestantes, quod de hiis tribus jurnalibus tres mensuras siliginis prefate ecclesie s. *Martini* singulis annis absolute soluere teneantur et quod iidem iurnales non debeant diuidi inter suos heredes, sed qui fuerit inter heredes antiquior, eos simul solos habebit, soluturus predictam pensionem ecclesie memorate. Huic recognitioni interfuerunt

Digitized by Google

Wilhelmus et *Cvno*, nostri concanonici, *Constantinus* custos, *Hezzelo* cellerarius, *Wernherus* canonicus et magister *Jordanus* scolasticus supradicte ecclesie s. *Martini*, *Wernherus* pistor dictus *Kegelisbergere* ciuis *Wormatie* et a. q. pl.

Act. a. d. i. M.CC.XLVII, vii. idus aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 104.

1247 (5. Sept.). Iudices s. *moguntine* sedis. In causa, que uertitur super curia, que *Cakelthof* dicitur, *Maguntie* sita, inter abbatem et conuentum de *Spanheim* ex una parte et decanum et capitulum s. *Marie ad gradus maguntine* ex altera, coram nobis lite legitime contestata, visis quoque auditis hinc et inde prepositis et inductis, prefatos decanum et capitulum diffinitiue absoluimus ab impetitione abbatis et conuentus predictorum, abbati et conuentui super prelibata curia perpetuum silentium imponentes, saluo tamen eis censu dimidie marce annuatim de predicta sibi curia persoluende.

Act. in claustro *maioris* ecclesie *maguntine* a. d. M.CC.XLVII, nonas septembris.

(Das Siegel hängt wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 105.

1247 (7. Nov.). *S.* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus vniuersis salutem in domino. Duodecim librarum redditus habere consueuerat capitulum *maguntinum* in theloneo, in moneta et in porta *Pingen*, quos eis dudum recognouimus et precipimus et uolumus in posterum absque impedimento quolibet assignari et si passi sunt quippiam detrimenti in hiis redditibus post recognicionem quam fecimus

Digitized by Google

absque nostra culpa certissime hoc euenit et merito debet eis satisfieri de subtractis.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XLVII, viii. idus nouembr.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 106.

1247 (10. Nov.). *S.* dei gratia s. *moguntine* sedis archiepiscopus *C.* preposito, *S.* custodi, totique capitulo *moguntino* salutem. Tenore presentium confitemur, quod nos ortum nostrum situm in *Maguntia,* qui dicitur *Kirsgarte,* vobis vendimus condicione huiusmodi interiecta, quod si nos vsque ad dominicam jnuocauit proximo nunc instantem uobis liii. marcas colon. denariorum dederimus, prout etiam recepimus pro eodem, ad nos redibit libere ortus idem, alioquin apud uos eius proprietas iure perpetuo remanebit.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XLVII, iv. idus nouembris.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 107.

1247 (19. Nov.). *Innocentius* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis capitulo ecclesie s. *Victoris moguntini* salutem et apostolicam benedictionem etc. hinc est, quod uestris supplicationibus inclinati presentium uobis auctoritate concedimus, ut ad prepositurum ecclesie uestre, cum eam uacare contigerit, liceat uobis aliquam ydoneam personam eligere, que tanto congruat oneri et honori, dummodo prepositura ipsa non sit de mandato nostro collata uel reseruata alii conferenda.

Dat. *Lugduni* xiii. kal. nouembris, pontif. nostri ao. iv.

(Das Blei fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 108.

1248 (April). I. n. d. a. Nos *Rudolfus* de *Ruchelingen* et *Conradus* de *Vlma,* cononici *maioris* ecclesie, *Richerus* decanus s. *Martini* et *Wernherus* militellus, suus concanonicus in ecclesia s. *Andree*, et *Jordanus* scolasticus s. *Martini Wormacie* manifestum esse volumus, quod cum super agitata diutius questione inter capitulum *maioris* ecclesie et capitulum s. *Andree* in *Wormacia*, de terminis decimationis inter *Luzilheim* et *Hocheim* et de dimidio iurnalis vinearum in orto *Altkindi* et de duobus denariis censualibus apud *Horgeheim*, tandem in nos tanquam in arbitros iuris et amicicie fuisset a partibus simpliciter compromissum, nos iurati, inuestigatis diligenter omnibus, que pro cognitione ueritatis huius cause poterant inuestigari, ipsam causam de vnanimi omnium nostrum consensu duximus per compositionem amicabilem terminandum. Statuimus itaque concorditer et per modum arbiterii iudicamus, quod omnis decima uersus *Luzilheim* ab illo iurnali, qui dicitur *svmorgen*, iuxta *Phrimam* directo tramite usque ad lapidem terminalem positum iuxta publicam stratam prope uillam *Luzilheim* et ab eodem lapide sursum usque ad tres iurnales vinearum, de quorum medio questio uertebatur, ad utram villam, scilicet an ad *Luzilheim,* an ad *Hocheim*, decimare deberet, ab hoc tempore in perpetuum ad *maiorem* ecclesiam *wormat.* pertinere debeat pleno iure, adiuncto eiusdem *maioris* ecclesie decimationi illo medio iurnali iam supra notato, et quod istis terminis taliter, ut dictum est, limitatis vtraque eciam tam *maior* quam s. *Andree* quoad decimas suas hinc inde recipiendas in perpetuum sit contenta. Nichilominus statuimus, quod *maior* ecclesia ecclesie s. *Andree* in recompensationem sui defectus iii. maldra tritici in perpetuum singulis annis in vigilia natiuitatis b. Marie persoluat et quod eadem *maior* ecclesia

Digitized by Google

dimidium iurnalem vinearum in orto *Allkindi* et duos denarios censuales apud *Horgeheim* de plano restituat ecclesie s. *Andree*, cessante omnino actione de restitutione fructuum ablatorum, volentes igitur ea, que premissa sunt, ab utroque capitulo ad plenam eorum concordiam inuiolabiliter obseruari, hoc nostrum arbitrium pena c. marcarum puri argenti uallamus et presencium testimonio, quibus appensa sunt sigilla, utriusque capituli nostris sigillis appositis roboramus.

Acta sunt hec a. ab i. d. M.CC.XLVIII, mense aprili.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 109.

C. 1249. C. *Wernherus* de *Binthirsheim* juratus requisitus, quis sit uerus possessor aduocatie in *Flersheim*, dicit quod capitulum *wormatiense* et capitulum *nouhusense* secundum proportionem, quam ipsi sciunt inter se, reus vnde sciat, dicit quod audiuerit dici ab antecessoribus suis fide dignis, quod dux quidam nomine *Kuno* dederit ecclesiis predictis eandem aduocatiam hereditario iure libere possidendam, adicit etiam, quod comes antiquus *gemini pontis* quondam vsurpauerit sibi eandem aduocatiam cum nichil iuris haberet in eadem et obligauerit eam patri senioris de *Hohinvels*, a quo dicta capitula vna cum vniuersitate eiusdem ville dictam aduocatiam pro lx. libris metens. redemerunt, quarum xx. dedit capitulum *wormaciense*, x. *nouhusense* et xxx. vniuersitas prenotata, reus quot annis dicta capitula postmodum fuerint in possessione quieta eiusdem advocatie, dicit quod viii. annis et amplius. Preterea dicit, quod comes *Gemini pontis* renunciauit omni iuri, quod sibi attribuerat in eadem aduocatia, tandem dominus de *Rifirscheit*, gener eiusdem comitis, eandem aduocatiam sibi vsurpauit, requirens ibi seruicia diuersa, ratione cuius vsurpationis dictus comes excommunicatus fuit et in excommuni-

Digitized by Google

catione mortuus, cui cum bene per mensem vnum ecclesiastica denegaretur sepultura, filius suus, qui nunc est senior comes, promisit positis fideiiussoribus, quod dicta capitula in eadem aduocatia nunquam per se uel per alios molestaret, reus qui fuerint fideiussores, dicit quod *Bertoldus* et *Godilmannus* fratres de *Metii, Vlmannus* de *Grintstat* et *Helfricus* de *Ysenburg*, milites, reus vnde sciat, dicit quod redemptionem viderit, excommunicationem audiuerit et renunciationem veraciter intellexerit, quia crux ecclesie *wormaciensis* deposita fuit ob iniurias huiusmodi sibi factas, dicit etiam quod comes *Gemini pontis* se de eadem aduocatia iterum intromisit et seniore de *Valkinstein* obligauit, qui duabus vicibus ipsam aduocatiam prefatis capitulis restituit, renuncians omni iuri, quod habere videbatur in eadem semel in claustro ecclesie *wormat.* et semel apud sepes *nouhusens.*, dicens quod postquam se de eadem intromiserit aduocatia, nunquam bonum sibi aduenerit, sed perdiderit de bonis suis xl. marcas et amplius, reus, vnde sciat, dicit quod viderit et audiuerit, reus quanto tempore dicta capitula post hanc resignationem fuerint in quieta possessione eiusdem aduocatie, dicit quod bene v. annis. C. *Wernherus* de *Flersheim*, iuratus, reus de omnibus supradictis, concordat in omnibus cum *Wernhero* prenotato, nisi quod nescit, quot annis capitula predicta eandem aduocatiam post redemptionem a comite prenotato possederint. Item quod renunciationi illius de *Valkinstein* non interfuit, dicit tamen quod ipsam renunciationem veraciter dici audierit. C. *Emercho* de *Flersheim* juratus reus concordat in omnibus cum *Wernhero* de *Vlersheim*, nisi quod nescit, si comes *Gemini pontis* renunciauerit iuri aduocatie uel si excommunicatus fuerit. Item de fideiussoribus nichil scit. C. *Cunradus* dictus *Schuzze* juratus, reus de singulis supradictis, in omnibus concordat cum *Wernhero* de *Binthirsheim* prenotato. C. *Wernherus* dictus *Grocgux* juratus

reus in omnibus concordat cum eodem *Wernhero*. C. *Bertoldus* de *Vlersheim* juratus reus in omnibus concordat cum eodem, nisi quod sibi de fideiussoribus nihil constat. C. *Kuno* de *Vlersheim* iuratus reus in omnibus concordat cum eodem *Wernhero*. C. Item *Widelieb* iuratus reus in omnibus concordat cum eodem. C. *Arnoldus* dictus *Scharsas* iuratus reus in omnibus concordat cum *Wernhero* de *Vlersheim*. C. *Hermannus* de *Vlersheim* juratus reus dicit, quod auduocacia ville predicte iure debeat esse ecclesie *wormaciensi* et *nouhusensi*, quia dux quidam nomine *Kuno* contulerit eis, sicut intellexit ab antecessoribus suis, dicit eciam, quod pater senioris comitis *Gemini pontis* vsurpauerit sibi eandem aduocatiam, a quo vexatio redempta fuit, sicut superius est expressum, quam redemptionem dicit se vidisse, quia pater suus partem denariorum dederit et capitula predicta postmodum bene xii. annis in quieta fuisse possessione, dicit etiam, quod dictus comes se iterum de eadem aduocatia intromiserit et propter hoc in excommunicatione mortuus fuit et cum ei denegaretur sepultura, filius suus nunc senior comes promisit positis fideiussoribus, quod dicta capitula in eadem aduocatia nunquam molestaret, reus de fideiussoribus, concordat cum *Wernhero* de *Binthersheim*. C. *Bertoldus* subcustos ecclesie *wormat.* iuratus reus de possessore et de collatione ducis, concordat cum *Wernhero* de *Binthirsheim*. Item reus quomodo alienata fuerit dicta aduocatia, dicit, quod comes *Gemini pontis* pater senioris, qui nunc est, se intromisit de eadem, sed quo iure dicit quod nesciat. Item dicit, quod quelibet domus rusticorum ibidem dederit eidem comiti in natiuitate domini vnum pullum et vnum modium auene, sed vtrum dederint ex aliquo iure uel ob spem defensionis, dicit quod nesciat. Dicit etiam, quod idem comes contulerit eandem aduocatiam patri senioris de *Hohinvels* iure, quo ipse habuit, qui tantas iniurias intulit hominibus ibidem, quod episcopus *Heinricus*

Digitized by Google

qui tunc fuit se de compositione intromisit, redimens eandem aduocaciam ab illo de *Hohinvels* pro lx. libris metens., sed quantum de hac pecunia dederit ecclesia *wormaciensis*, quantum *nouhusensis* et quantum villa predicta, dicit quod nesciat. Dicit etiam, quod ille de *Hohinvels* promisit positis fideiussoribus, quod se de eadem aduocacia nunquam intromitteret, fideiussores fuerunt *Bertoldus* et *Godilmannus* fratres de *Methis* et alii milites, quorum nomina est memor, reus quantum temporis capitula predicta postea fuerint in quieta possessione eiusdem aduocacie, dicit, quod fere per xl. annos postea comes *Gemini pontis*, qui nunc est, se intromisit de eadem, conferens eam illi de *Valkenstein* de facto cum de iure non posset, que collatio et quod factum est pluribus manifestum. C. *Wernherus* de *Flersheim* miles iuratus reus, in omnibus concordat cum *Wernhero* de *Binthirsheim*, nisi quod fideiussoribus predictis nescit nominare.

(Das Siegel der Wormſer Richter hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 110.

1249 (April). Consules vniuersique ciues *wormacienses*. Coram nobis in consilio recognouit *Gudelmannus*, filius *Embrichonis Bukkelini*, se habere quandam aream, in qua linei panni uenduntur, sitam in inferiori foro, quartam a capella s. *Pancratii* in extrema linea uersus *Rhenum*, sibi et suis heredibus in perpetuum hereditario iure concessam ab ecclesia s. *Martini*, de qua area idem *G.* et quicunque per totam successionem heredum suorum antiquior fuerit, soluet in censu dicte ecclesie s. *Martini* xx. denarios wormat. in festo Remigii annuatim.

Acta sunt hec a. d. i. M.CC.XLIX, mense aprili.

(Das Siegel der Stadt Worms hängt nur noch zur Hälfte an.)

Orig.

Digitized by Google

№. 111.

1249 (2. Juni). *R.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Martini Wormatie.* Nouerint vniuersi, nos *Wolberoni* militi dicto de *Bockenheim*, qui de consensu vxoris et puerorum suorum ix. vncias wormat. censuales de totali curia sua in vico lane sita, quarum medietas in natiuitate Johannis baptiste et medietas in festo Thome apostoli singulis annis soluetur, ecclesie nostre uendidit, fideliter promisisse, quod quandocunque ipse eorundem censuum recompensationem per alios census equiualentes et in loco bene certo sitos nobis assignauerit, predicta curia sua erit a nobis et a solutione prefati census libera penitus ac soluta. In cuius rei testimonium abbatissa et conuentus dominarum in *Nunneumunstir*, ad quas dominium ipsius curie pertinere dinoscitur, sigillum ecclesie sue vna cum sigillo nostre ecclesie presentibus litteris appenderunt.

Act. a. d. M.CC.XLIX, iiii. nonas junii.

(Das Siegel des Klosters hängt unbeschädigt an, das andere ist abgefallen.) Orig.

№. 112.

1249 (19. Sept.). *Innocencius* episcopus seruus seruorum dei. Vniuersis Christi fidelibus per *maguntinam, wormaciensem* et *spirensem* ciuitates et diocesim constitutis salutem etc. Cum igitur, sicut dilecti filii decanus et capitulum ecclesie s. *Mauricii maguntini* nobis significare curauerint, ecclesiam ipsam nimia uetustate consumptam de nouo edificare inceperunt opere sumptuoso, et ad consumacionem ipsius indigeant fidelium subsidiis adiuuari, vniuersitatem uestram rogamus et hortamur in domino uobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de bonis uobis a deo collatis pias elemosinas et grata ipsis ad hoc caritatis subsidia conferatis, ut per subuencionem uestram dicta possit

Digitized by Google

ecclesia consumari. Nos eciam omnibus uere penitentibus et confessis, qui predicto operi manum porrexerint caritatis, xl. dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.

Dat. *Lugduni* xiii. kal. octobris, pontif. nostri ao. vi.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 113.

1249 (27. Oct.). Iudices s. *moguntine* sedis constare volumus, quod existentibus coram nobis decano et capitulo s. *Marie moguntine ad gradus* et *Cunrado* de *Nerstein*, filio *Heinrici* dicti de *Guntheim*, idem *Cunradus* recognouit, se uineam, quam habuit retro curiam suam sitam, cuidam uinee iam dicte ecclesie s. *Marie ad gradus* ibidem prius habite contiguam, eidem ecclesie pro anime sue remedio contulisse, asserens ipsius ecclesie decanum et capitulum eandem uineam, quam sic ipse contulit, necnon prius habitam sibi ad tempora uite sue pro pensione annua concessisse, scilicet x. solidis colon. annuatim festo s. *Martini Moguntie* persoluendis, conditionibus his adiectis, ut ipso decedente uel pensioni forsitan renunciante, dicte vinee excluso quouis herede ad ecclesiam libere redeant, et si quando in solutione pensionis vsque ad octavam b. Martini negliens extiterit, nomine pene illo anno teneatur in duplo. Ceterum recognouit, quod easdem vineas nulla sui parte edificiis occupabit, nisi habita de hoc ipsius capituli licentia speciali, addicens, quod iacturam grandinis uel exercitus si euenerit secundum estimationem uirorum fide dignorum ipsum capitulum tolerabit, sane dicti decanus et capitulum supradicta omnia sic esse in nostra presentia sunt confessi. Testes sunt: *Waltherus* de *Escheburnen* canonicus *moguntinus*, *Arnoldus* decanus, *Wernherus* dictus *Kezelrinc* canonicus s. *Victoris*. Laici: *Cunradus* dic-

tus de *Astheim* ciuis *moguntinus*, *Hildibertus* de *Nerstein* et a. q. pl.

Acta sunt hec a. d. M.CC.XLVIIII, vi. kal. nouembris.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie des Liebfrauenſtifts zu Mainz hängen unbeſchädigt an.) Orig.

№ 114.

1250. Nouerint vniuersi, quod bona, que habuit in *Isinheim Cunradus ad aquilam*, ciuis *moguntinus* beate memorie, post mortem suam *Minna* relicta eiusdem et heredes sui contulerunt pro remedio animarum suarum et parentum suorum domui sororum s. *Marie Magdalene* in ciuitate *maguntina* et postmodum heredes renunciauerunt publice illis bonis, uidelicet *Fotradus* monetarius et vxor sua, *Heinricus* de *Lorcha* iudex et uxor sua, *Rudegerus* et *Bertradis* uxor sua. Hec renunciacio facta est coram *Arnoldo* camerario, *Helfrico* sculteto, *Volcmaro* iudice et *Cunrado* de *Zagilbach*, *Embricone ad speculum* et *Friderico* de *Walertheim* et multis aliis.

Act. in claustro *maioris* ecclesie *moguntine* a. d. M.CC.L.

Post hec *Methildis* priorissa, soror *Hedewigis* et *Agnes*, sorores de *domo*, uenerunt ad villam *Isenheim* et coram *Heinrico* sculteto et scabinis ipsius ville eadem bona receperunt, ut mos est loci, et vinum testimonii villanis dederunt.

(Das Siegel hängt nur noch zur Hälfte an.) Orig.

№ 115.

1250 (12. Febr.). Notum sit vniuersis, quod cum ego *Johannes* decanus *maioris* ecclesie *wormaciensis* iudicio presiderem in causa, que mota fuit aliquando inter decanos et capitula b. *Pauli*, *Martini*, abbatisse et conuentus s.

Digitized by Google

Marie in *Nunnenmvnstere* ex parte una et inter *Albertum maioris* ecclesie vicarium ex parte altera, super quodam area sita prope s. *Michaelem* inter duo molendina, studio et labore predicti *A.* in pomerium redacta, tandem *Engelscalcus* prouisor sanctimonialium in *Nvnnenmunstere* et *Herbordus* dictus *Ruber*, ciuis *wormaciensis*, de consensu parcium in hunc modum arbitrati sunt, videlicet quod memoratus *A.* et sui coheredes dabunt annuatim hereditario iure xxx. denarios wormat. iam dictis conuentibus in festo Martini, decano quippe s. *Pauli* uice conuentuum assignandos, alioquin proxima die usque ad uesperas penam duplicati census reportabunt. Ad maiorem itaque huius facti cautelam, presentem paginam mei *J.* decani ac trium conuentuum supradictorum sigillis fecimus roborari.

Act. a. d. M.CC.L, sabb. a. domin. inuocauit.

(Die Siegel hängen unbeſchädigt an.) Orig.

№ 116.

1250 (23. Juni). *Wolr.* dei gracia prepositus *wormatiensis.* Cum pium et equum sit omnibus prebendas suas de iure debitas administrare statuto tempore, ad utilitatem dominorum meorum ecclesie *wormatiensis* et honorem proprium omnes redditus prepositure nostre ibidem in frumento, censibus et vino, tradidimus in manus et potestatem *Hartmodi* prebendarii *wormatiensis* et post eum in manus alterius, cuicunque hoc capitulum ecclesie supradicte duxerit committendum, ut ipse *H.* uel alter dominis nostris ex parte nostri prebendas suas in quantum iure tenemur administret, promisimus eciam, quod de predictis redditibus nichil accipiemus uel alienabimus, presentem litteram sigillo fratris nostri electi *spirensis* et nostro tradidimus sigillatam.

Act. a. d. M.CC.L, in vig. Johannis bapt.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

Digitized by Google

№ 117.

1251 (30. März). Magister *Cunradus* scolasticus *maioris* ecclesie et *Godefridus* miles dictus de *Moro Wormatie*. Nouerint vniuersi, quod *Heinricus* decanus et capitulum s. *Pauli Wormatie* ex parte una et *Heinricus*, *Gerhardus* et *Embricho* fratres, filii *Gerhardi* quondam camerarii *Wormatie*, ex parte altera, super decima apud *Sande* sita, quam predicti fratres se jure feodali a preposito dicte ecclesie possidere pretendebant, et eandem decimam decanus et capitulum memoratum ecclesie sue propriam et ad portionem prebendarum suarum attinere contendebant, in nos simpliciter et de plano de consensu ipsorum prepositi conpromiserunt, ad penam xxx. marcarum argenti utraque partium alteri se obligans ad nostre ordinationis ratihabitionem. Nos igitur auctoritate arbitrali nobis commissa taliter arbitramur, quod predicti *Heinricus* et fratres sui dictam decimam decano et capitulo liberam restituent et ipsi in recompensacionem laborum et expensarum dictis fratribus xxv. libras hallensium persoluent. Testes sunt: *Meinhardus* canonicus *maioris* ecclesie *wormaciensis*, *Gerbodo* de *Moro* et *Johannes* de *Wattenheim*, milites, *Gozzo* de *Moro* et *Anselmus* in uico s. *Petri*, ciues *wormacienses*. In cuius facti robur presentem litteram sigillis nostris et partium dedimus communitam.*)

Act. a. d. M.CC.LI. iii. kal. aprilis.

(Von den Siegeln hängen nur noch kleine Stücke an.)

Orig.

№ 118.

1252 (25. Dec.). Ego *Wallherus* imperialis aule pincerna de *Limpurg* notum fieri cupio, quod dilecte auie

*) An demſelben Tage beſtätigt Gerhard, Probſt zu St. Paul, dieſen Schiedsſpruch. (Copialbuch des Paulsſtifts zu Worms.)

Digitized by Google

mee *Irmindrudi* cum bona voluntate, licentiaui vendere bona in *Buetinheim* et in *Sande*, que hereditario iure debebam possedisse.

Act. ao. ab incarn. dom. M.CC.LII, indict. xi, in natiuit. dom. in castro *Limpurg*.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an der Umschrift sehr verletzt an.) Orig.

№ 119.

1253. *A*. camerarius, scultetus, judices et vniuersum consilium *moguntinum* notum facimus, quod uenientes coram nobis tres fratres uterini, *Reinoldus, Wolfinus* et *Reinoldus* junior, renunciauerunt omni actioni et iuri, quod hactenus habebant uel in posterum habere possent contra ecclesiam *eberbacensem* super iv. vnciis soluendis de bonis sitis in *Budenheim,* quas iam resignauerant in manus cuiusdam nobilis dicti *Ringrauii,* a quo dictas vncias iure feodi se duxerant possedisse. Prefatis quoque fratribus pro bono pacis dicta ecclesia contulit i. marcam. In huius rei testimonium sigillum ciuitatis nostre duximus appendendum.

Act. a. d. M.CC.LIII.

(Das Siegel ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 120.

1253 (28 Jan.). *Wernherus* prepositus, *S*. decanus, *H*. scolasticus, *R*. cantor et totum capitulum ecclesie s. *Petri moguntini* vniuersis in Christo fidelibus paginam hanc uisuris. Ad subscripta luminaria concinnanda tenetur custos ecclesie s. *Petri moguntini*. In festo purificationis b. Marie dabit cuilibet fratri capitulari tunc existenti in choro candelam de una libra. Item scolaribus canonicis et vicariis candelam de dimidia libra, ceteris uero scolaribus dabuntur candele, quarum viii. fiunt de una libra. Item cuilibet canonico tenenti

Digitized by Google

domum transmittentur in vigilia due candele de una libra. Preposito x. libre existenti in ciuitate. Quatuor officiatis, scilicet campanario, pistori, carpentario et pincerne, et uxoribus eorum mittet cuilibet eorum in hospicium candelam de quarta, canonicis hospicia tenentibus mittentur duo lumina de una libra in hospicia eorum. Eodem die, quando reliquie portantur in capsula, precedent duo pueri cum duobus cereis ardentibus et idem cerei consummata processione ponentur iuxta capsulam usque ad finem misse. Item singulis diebus siue festiuis siue ferialibus ardebunt due candele de duabus libris ad cornua altaris in matutinis, missa et uesperis. Item singulis diebus et noctibus incessenter ardebunt quatuor lampades, tres coram altari s. ***Petri***, quarta in capella b. ***Andree***, quinta uero noctibus tamen ardebit coram altari s. ***crucis***. Item singulis noctibus stabit ante pulpitum cantoris ardens candela per totas matutinas de dimidia libra. Item in parasceue per illas tres noctes ponuntur quindecim candele, quarum quelibet constabit de dimidia libra. Item cereus paschalis constabit de xx. libris cere et ille ardebit ab incensione sua donec maior missa sequentis diei sit completa, ardebit etiam idem cereus festiuis diebus in matutinis, missa et uesperis usque in octavam pentecostes et per totam septimanam paschalem et septimanam pentecostalem. Cerei uero duo, qui portantur ad baptismum in pascha et pentecostes, constabunt de quatuor libris. Item in omnibus festiuitatibus, in quibus fit precompulsatio, ponentur in gradibus super candelabra tres candele de tribus libris et ardebunt ad matutinas et ad uesperas et due de una libra super altare, preter illas duas, que stant ad cornu altaris, que quatuor ardebunt ad matutinas, ad missam et ad uesperas. In qualibet precompulsatione ad publicam missam portabunt duo scolares ministri duas candelas de una libra, singulis uero diebus aliis una candela de dimidia libra. Hec autem, que predicta sunt de compulsationibus, intelliguntur de prepul-

Digitized by Google

sationibus ordinariis, in festiuitatibus autem circumcisionis domini, inuentionis et exaltationis s. crucis, apostolorum s. Michaelis, Stephani, Laurentii, Nycolai et b. Katerine et s. Marie Magdalene, ardebunt due candele de una libra super altare, preter illas, que ardebunt ad cornu altaris. Item in parasceue ad sepulchrum domini ponetur candela de dimidia libra et ardebit die noctuque, quamdiu stabit sepulchrum. Si autem illa non suffecerit, substituetur et alia. In utroque etiam choro seruient singulis noctibus due rote et tercia aliquanto maior in pulpito seruiet, in quo lectiones leguntur. Hec autem omnia, que predicta sunt, constituit *Wern.* prepositus et capitulum de consensu *Gerardi* custodiam tunc tenentis, sub illorum canonicorum testimonio, quorum nomina sunt subscripta. *Stephani* decani, *Hermanni* scolastici, *Richardi* cantoris, *Walbruni, Perhtoldi Duringi, Gerardi* custodis, *Rvkeri,* magistri *Conradi* de *Wormatia, Hartmvdi* cellerarii, *Wilhelmi* de *Duno,* magistri *Wilhelmi, Bertoldi, Johannis Lvgelini* et *Cristiani.*

Acta sunt hec a. d. M.CC.LIII, v. kal. februarii.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 121.

1253 (9. Mai). *Gerhardus* dei gratia *maguntine* sedis archiepiscopus. Recognoscimus et firmiter promittimus, quod nos libras xii. maguntine monete ratione anni huius eis debitas de theloneis *pinguensibus*, et moneta ac iii. marcas denariorum colon. ratione vini eorum de *Lonstein* usque ad festum Remigii proximum absque protractione qualibet persoluemus.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LIII, vii. idus may.

(Mainzer Copialbuch.)

Digitized by Google

№ 122.

1253 (19. Mai). ***Burchardus*** decanus totumque capitulum ecclesie ***wormatiensis***. Vtilitati et synodo ecclesie nostre diligencius intendere affectantes et ne largiciones fidelium nobis ob remedium animarum suarum facte per quasdam callidas subtilitates, utpote per friuolas excepciones a pensionariis sibi hactenus usurpatas minorate in ecclesia nostra deo famulantibus subtrahantur, de consensu patris nostri ***Richardi wormatiensis*** episcopi statuimus, ut quicunque canonicorum aut vicariorum pensionem a nobis habuerit, quod nulle sibi competant excepciones contra nos, nisi solum grandinis et regalis exercitus exceptiones et nisi forte occasione nostri, id est vniuersitatis non aliquarum personarum singularium occasione dampnum dictis pensionariis inferretur, omnibus aliis excepcionibus exclusis. Item et si dicti pensionarii terminis debitis pensionem suam non soluerint, ex tunc, si canonicus est, voce capituli per annum sit priuatus, si vicarius, ab officio suo ad graciam capituli sit suspensus, et tam canonicus quam vicarius pensionarius noster, qui termino statuto pensionem ecclesie debitam non soluerit, claustrum nostrum in crastino post terminum solucionis intrabit, non exiturus, quin nobis satisfaciat de pensione etc. Ut autem hoc statutum firmum permaneat, fecimus sigillo ***Richardi*** episcopi ***wormatiensis***, et nostro communiri.

Act. a. d. M.CC.LIII, xiv. kal. junii.

(Copialbuch des Domstifts Worms.)

№ 123.

1253 (22. Mai). ***Henricus*** dei gratia ***spirensis*** electus etc. Ex parte capituli ecclesie s. ***Guidonis spirensis*** et ***Wernheri,*** militis de ***Alzeia*** dicti ***Azzo,*** fuit a nobis frequentius postulatum, vt formam compositionis per modum arbitrii inter ipsos consummatam ad publicam deduceremus

Digitized by Google

noticiam et eam scripti nostri ac sigilli munimine firmaremus. Cum ergo his, que ad pacem sunt et ad commodum ecclesiarum pertinent, ex officii nostri debito intendere teneamur, dictam concordie formam, prout a magistro *Henrico* de *Nicastel*, canonico s. *Germani*, ex parte capituli arbitro electo, sane audiuimus, in publicum deferimus perpetuo valituram. Sane super decimis ecclesie in *Alhesheim* ac aliis rebus ad ecclesiam s. *Guidonis* pertinentibus a *Wernhero* predicto eidem ecclesie iam dudum ablatis, occasione cuiusdam obligationis seu fidejussionis, quam idem miles a domino *G.*, s. *Guidonis* preposito, super quodam dextrario sibi factam asseruit, ex parte prefate ecclesie et dicti militis in antefatum magistrum *H.*, *Wildericum* et *Jacobum*, milites de *Alzeia*, arbitros hinc inde electos, exstitit compromissum, qui communicato consilio formam arbitrii communiter conceptam in hunc modum protulerunt. *Wernherus* miles prelibatus pro se et heredibus suis omni juri, actioni et controversie, quam habuit vel habere videbatur contra prepositum memoratum et ecclesiam et capitulum s. *Guidonis*, simpliciter renunciabit, et eandem ecclesiam in decimis memoratis et aliis rebus suis de cetero non molestabit nec molestari a quoquam procurabit, personam antedicti prepositi et singulas prefate ecclesie personas facto nec verbo offendet, omni rancori, odio siue simultati contra illas plenarie renunciando, quod idem *W.* in presentia dictorum arbitrorum ac aliorum militum quam plurium fecit et se omnia predicta perpetuo servaturum fideliter promisit. Capitulum vero s. *Guidonis* ecclesie sepedictum omni damno, quod per dictum militem in decimis ac aliis rebus iam dudum subtractis sustinuerat, simili modo renunciabit, sepedictum *W.* vel aliquem heredum suorum super premissis nunquam impetendo, sed ipsum a sententia excommunicationis, qua eum occasione dicti damni fecerat innodari, absolvi procurabit, quod et *Philippus* cellerarius eiusdem ecclesie ex parte capituli ad hoc

Digitized by Google

procurator destinatus publice fecit et se et capitulum ad ea, que adhuc facere debet, firmiter obligavit. Vallatum fuit etiam huiusmodi arbitrium poena xxx. marcarum argenti, predictis arbitris a parte formam arbitrii non servante solvendarum, datis super hoc hinc inde fideiussoribus, ex parte videlicet ecclesie *Bertholdo* et *Gotelmanno* nobilibus dictis de *Meti*, ex parte vero *W. Jacobo* et *Wilderico* arbitris memoratis. Preterea nos ad petitionem capituli memorati, quod eum, vt procuraret absolui promisit, absoluimus a sententia excommunicationis, qua ratione delicti a predecessore et auunculo nostro *C.* bone memorie *spirensi* episcopo fuerat innodatus. Ne autem super premissis aliqua possit inposterum calumnia suboriri, petiuit vtraque pars presentem paginam tam nostro, quam prepositi, nec non omnium conuentualium ecclesiarum sigillis roborari.

Acta sunt autem hec a. d. i. M CC.LIII, xi. kal. junii, in villa *Flersheim*, in curia fratrum *theutonice domus*, presentibus predictis nobilibus de *Meti*, *Wolframo* de *Lewenstein*, sculteto de *Oppenheim*, *Gerhardo* dicto *Smuzoln* fratre *domus theutonici* et a. q. pl. Nos ergo *W.* dictus *Azzo*, *Wildericus* et *Jacobus*, quia propriis sigillis caremus, dominorum de *Meti* et *W.* de *Lewenstein*, nec non .... dapiferi de *Alzeia* sigillis sumus contenti, quorum et sculteti de *Oppenheim*, nec non domini .... *Masungi*, s. habere potero, ego *W.* sigilla appendi presentibus procurabo.

(Alte Abſchrift.)

№ 124.

1253 (22. Mai). *Gerhardus* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Vniuersis salutem in domino. Recognoscimus et fatemur, quod, sicut in priuilegiis predecessorum nostrorum *Ruthardi* ac *Sifridi* olim archiepiscoporum *maguntinorum* perspeximus contineri, xii. libre maguntine monete debentur annuatim capitulo *maguntino*

Digitized by Google

de theloneis et moneta nostra in *Pinguia*, quas eisdem per scultetum loci et alios officiatos nostros, quibus forte commiserimus, ipsa thelonea, et monetam absque omni difficultate in posterum assignari volumus et mandamus.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LIII, xi. kal. junii, pontif. nostri ao. ii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 125.

1253 (23. Juni). Omnibus presentes literas inspecturis *R.* dei gracia *wormaciensis* episcopus salutem in domino. Noueritis, quod cum inter decanos et capitula *maioris* et ecclesiarum omnium *Wormacie* ex parte una et abbatissam et conuentum dominarum de *Nunnenmunstere* in suburbio *wormaciensi* ex altera questio uerteretur, super onerum seu munerum eis simul imminentium prestacione, ueluti in procuracionibus legatorum sedis apostolice subsidiis et seruitiis quibuslibet ab eisdem ecclesiis suis superioribus communiter impendendis, expensis quoque communium necessitatum, in quibus omnibus prefate domine ante sui habitus mutacionem partem ipsas contingentem soluere et dictis capitulis ut dicebant proporcionaliter contribuere consueuerunt, capitulis eisdem pro neglectis in preterito xl. marcas argenti petentibus a dominabus et quid in futurum onus consuetum cognoscerent contributionum, eisque id efficere recusantibus, tandem hinc inde super hiis omnibus in nos fuerit compromissum. Nos uolentes dominas predictas eximere a sollicitudinibus huiusmodi, nostro et successorum nostrorum in aliis iure saluo, contribucionum munera seu etiam onera, ad quorumcumque dictis ecclesiis uel eorum capitulis aut pariter cum eisdem hactenus tenebantur capitulo *maioris* ecclesie arbitrando duximus imponenda, dominas a quolibet contributionum onere penitus absoluentes, ita, quod pro ipsis dominabus idem capitulum sibi et aliis eccle-

Digitized by Google

siis de hiis plene satisfaciat in futurum et domine decetero ad subeundum onera huiusmodi minime teneantur. De neglectis uero in preterito uolumus, ut *maioris* ecclesie capitulum predictum eis renunciet omnino. Onere uero secundariis ecclesiis pro eisdem neglectis in festo b. Martini proximo xxv. libras wormat. uel xx. hallens. pro solido quolibet soluere teneatur, cuius solucionis tunc faciende ipsis ecclesiis per dominas sufficiens cautio fideiussoria prebeatur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro, capitulorum, abbatisse et conuentus supradictorum sigillis fecimus communiri. *)

Act. et dat. *Wormacie* ix. kal. julii a. d. M.CC.LIII.

(Die Siegel hängen unbeſchädigt an.) Orig.

№ 126.

1253 (25. Juli). Frater *Hugo* s. *Sabine* presbiter, cardinalis apostolice sedis legatus, dilecto filio nobili viro *Symoni* domino de *Spanheim* salutem in domino. Cum sicut tua nobis peticio patefecit decanus et capitulum ecclesie *treuirensis*, venerabilis patris archiepiscopi *treuirensis* accedente consensu, quasdam terras, possessiones et bona alia pleno iure ad ipsum spectantia, que habebant in villa de *Sprendelingin*, cum iure patronatus et omnibus pertinentiis suis pro aliis possessionibus et terris illis vtilioribus, que in villa de *Rile* iure simili obtinebas, tecum deliberatione prouida permutarint, nos tuis precibus inclinati permutacionem ipsam sicut sine prauitate est et in lesione ipsius ecclesie non redundat, ratam et gratam habentes, illam

*) Am 25. Juni deſſelben Jahres willigen ſowohl der Decan und das Capitel des Domſtifts in Worms, als auch die Stifter Neuhauſen, St. Paul, St. Andreas und St. Martin in vorſtehenden Schiedsſpruch ein. (Copialbuch des Domſtifts in Worms.)

Digitized by Google

auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Dat. *Meti* viii. kal. augusti, pontif. dom. *Innocentii* pape iiii. ao. x.

(Das Siegel des Cardinals, an gelb und violett seidener Schnur anhängend, ist ganz zerbrochen.) Orig.

№ 127.

1253 (27. Aug.). *Bertoldus* decanus, *Hermannus* scolasticus, *Richardus* cantor et totum ecclesie s. *Petri* capitulum *moguntini.* Cum ortos illos, quos olim *Ortwino* et *Methildi*, vxori eius, hereditario iure concessimus, sitos retro monasterium nostrum, soluentes nobis in festo Symonis et Jude iii. vnceas, in festo Thome viii. vnceas, in carnipriuio viii. vnceas et in cena domini viii. vnceas nobis exhibitos ad emendum, emere non possemus, indulsimus *Gerhardo*, custodi ecclesie nostre, ut eos in nomine domini comparet, ita tamen, ut census predictos nobis inde solueret in terminis supradictis.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LIII, vi. kal. septembris.

(Copialbuch des St. Peterstifts zu Mainz.)

№ 128.

1253 (Oct.). Magister *Cunradus* scolasticus *maioris* ecclesie, *Daniel* canonicus s. *Andree*, *wormacienses.* Nouerint vniuersi, quod cum questio uerteretur inter *W.* prepositum *wormatiensem* ex una parte et dominum *Engelscalcum* prouisorem conuentus in *Nunnenmunster* ex altera, super ecclesia s. *Cecilie* in suburbio *wormat.*, cuius ius patronatus ad abbatissam et dictum conuentum dinoscitur pertinere, dicti prepositus et *Engelscalcus* super iure suo in dicta ecclesia de consensu abbatisse et conuentus memorati in nos tanquam in arbitros conpromiserunt,

Digitized by Google

ratum et firmum habentes sub pena c. marcarum, quidquid super premissis duxerimus arbitrandum. Nos igitur cognitis iuribus partis utriusque, habito prudentum uirorum consilio, prefatam ecclesiam s. *Cecilie* prefato domino *Engelscalco* sententiando arbitraliter adiudicamus, prefato preposito super eadem silentium inponentes.

Act. a. d. M.CC.LIII, mense octobris.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie des vorg. Probſtes, hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 129.

1253 (25. Oct.). *Cunradus* dictus *Meiger* vicem gerens sculteti, *Heinricus* dictus *Gipshorn* aduocatus, *Theodericus* dictus *Wirouch, Anselmus peregrinus, C. Ruckenbrot, C.* dictus *Gipshorn*, scabini et vniuersitas ciuium *pinguensium* notum esse volumus, quod *Arnoldus* canonicus s. *Stephani Maguntie,* natus quondam *Philippi* de *Trethingishusin,* coram nobis conparens de vineis suis *Pinguie* sitis taliter ordinauit, ut si que uinee in territorio *pinguensi* site ad ipsum spectantes tempore mortis sue inuente fuerint aput ipsum siue in ipsius possessione, quod hee cedant *Wernhero*, filio sororis sue *Gerdrudis*, ita tamen, quod dictus *Wernherus* nullam potestatem habeat obligandi ipsas uel alias alienandi, nisi matrimonium contrahat et pueros generet, si autem dictus *Wernherus* sine prole decedet, statuit dictus *Arnoldus,* quod eedem vinee deuoluantur ad ecclesiam b. virginis in *Eberbach*, ut singulis annis de ipsis anniuersarius suus et matris sue peragatur. Hec in nostra presentia acta esse profitemur et sigilli nostri appensione roboramus.

Act. *Pinguie* a. d. M.CC.LIII, viii. kal. nouembris, presentibus *Friderico* de *Stede, Falckardo, Folcnando* dicto ad *Renum, Heinrico* dicto *Wluerich, Sifrido* filio

Digitized by Google

Richelmi, Abelone, Balzone et aliis quam pluribus ciuibus *pinguensibus*.

(Das Siegel hängt wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 130.

1253 (2. Dec.). *R.* dei gracia *wormaciensis* episcopus etc. Sane cum conuentus sanctimonialium in *Nunnenmunstere* suburbii *Wormatie*, vbi quandoque canonice fuerant seculares, auctoritate sedis apostolice et ex prouida procuracione domini *L. wormaciensis* episcopi predecessoris nostri ibidem inductus, ad cysterciensem ordinem de consensu nostro nostrique capituli incorporatus existat et de bono in melius permutatus, ita, quod cum prius ministrarentur tantum viginti prebende dominabus in ordine b. Augustini deo in eodem loco seruientibus, nunc permutacionem dextere excelli xl. moniales et amplius de ordine cysterciensi ibidem deo et sanctis eius deseruiunt, incesserant noctibus et diebus, quia igitur crescente religiosarum numero, necessarium est crescere auxilia oportuna, quibus mediantibus onus religionis tanto facilius sustentetur, nos uolentes eisdem dominabus cura pastorali quantum possumus subuenire, donationem, quam *Agnes* abbatissa loci eiusdem fecit in subsidium sororum et fratrum deo ibidem famulancium, de parrochia s. *Cecilie* in suburbio memorato, cuius presentatio ex antiquo ad ipsam abbatissam dinoscitur pertinere, gratam et ratam habemus et eam capituli nostri accedente consensu confirmamus, ita tamen, ut capitulo *wormacienci* annona de eadem ecclesia s. *Cecilie* debita integre persoluatur. Volumus eciam, quod in predicta parrochia a domina abbatissa et conuentu predictis perpetuus ordinetur vicarius, cui singulis annis xxx. maldra siliginis et karrata uini ac oblationes elemosine testamenta et obuenciones ad sustentationem suam debeant assignari et idem vicarius ad iura katedralia nobis et nostris successoribus

Digitized by Google

episcopis et archidiaconis siue ad alia iura debita de processionibus ad eandem parrochiam in diebus rogationum tenebitur persoluenda.*)

Act. a. d. M.CC.LIII, indict. xi, iiii. nonas decembris.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 131.

1253 (20. Dec.). ***Waleramus*** dei gracia prepositus ***wormuciensis***. Nouerint vniuersi, quod nos renunciauimus omni actioni, quam habebamus contra abbatissam et conuentum in ***Nunnenmunstere*** in suburbio ***Wormacie***, occasione ecclesie s. ***Cecilie*** uidelicet uel alias undecunque contra ipsas possemus habere discordiam uel rancorem, incorporacioni dicti conuentus quantum ad ordinem cisterciensem secundum consensum capituli ***wormaliensis*** presentibus consencientes, promittimus eciam prefatum conuentum in quantum de iure et saluo honore nostro possumus, in ipsius conuentus negociis et agendis fideliter promouere.

Act. et dat. a. d. M.CC.LIII, indict. xi, xiii. kal. jan.

Testes sunt: abbas ***eberbacensis*** et abbas ***sconaugensis***, ***Burchardus*** decanus, ***Cunradus*** scolasticus et ***Jacobus*** cantor ***maioris*** ecclesie et ***Daniel*** custos s. ***Andree***. Laici: ***Jacobus*** de ***Lapide***, ***Dauid*** retro coquinera et junior ***Dauidus*** filius suus et ***Gozze*** de ***Moro***, milites, ***Cunradus Dirolfi***, ***Cunradus*** de ***arbore rosarum***, ***Heinricus Cypure***, ***Heinricus Rufus***, ***Heinricus Richeri*** et a. q. pl.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt gut erhalten an.) Orig.

---

*) Am 29. Nov. erfolgte die Einwilligung des Wormſer Domkapitels. (Das Siegel hängt wohl erhalten an.)

Digitized by Google

№ 132.

1254. *Heinricus* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Pauli Wormatie.* Serie presentium patefacimus uniuersis, quod nos permisimus, quod *Cunradus* molendinarius et *Luchardis* uxor eius et *Gernodus* eorum filius quicquid iuris in molendino nostro iuxta ecclesiam nostram sito habebant, quod ad dies uite ipsorum eis a nobis concessum fuerat, in *Heinricum* dicte *Luchardis* filium et illius heredes committerunt, ita, ut idem et ipsius heredes nobis ad omnes conditiones ad iura et pensiones teneantur, ad que predictus *C.*, uxor eius et filius nobis hactenus tenebantur. Sunt autem hec conditiones. Singulis septimanis ii. maldra tritici dictus *H.* ecclesie nostre soluet et preterea molet omne triticum pertinens ad panem nostrum cottidianum. Item si predictum molendinum igne cremabitur extraneo, nos totum molendinum preter parietem uersus rotas et preter currentia reparabimus cum expensis nostris. Si autem proprio igne perierit, ipse *H.* molendinum suis sumptibus reparabit. Item quicquid in naui, per quam riuus in ciuitatem uehitur, et per totam ripam fuerit reparandum, dummodo expensas x. solidorum wormat. non excedat, ipse *H.* suis sumptibus reparabit, quicquid autem ultra x. solidorum expense tales exegerint, ecclesia nostra soluet. Item si cursus molendini quocunque de casu fuerit inpeditus et illud inpedimentum non amplius, quam xiiii. diebus continuis durauerit uel infra, supradictus *H.* nullam a nobis remissionem sentiet pensionis. Si uero steterit inpedimentum sine culpa sua ultra dies xiiii., extunc in antea quamdiu durauerit inpedimentum nichil tenebitur nobis dare. Item supradictis *Cunrado,* uxore ipsius et filio mortuis, molendinum prefatum ad nos liberum reuertetur. Et si de medio dictus *H.* ius suum uendere uel commutare in aliam personam uoluerit, hoc tantum faciet cum consensu nostro. Item quandocunque ecclesiam contingit

Digitized by Google

resumere molendinum semper in tam bono statu ut nunc est uel meliori cum instrumentis iv. libras wormat. ualentibus nostre est ecclesie resignandum. Predictis adiecimus, quod idem *H.* aquam, que per curiam nostram prebendalem defluit, ipse nullo tempore inpediat uel detineat aut meatum, per quem effluit, debito faciat artiorem. Nolumus quoque, ut parieti citra riuum uersus ecclesiam nostram erecto stabulum adiungat uel alia struat edificia, unde dampna oriri possint ecclesie uel inmundicie sentiantur, alioquin si quicquam talium fecerit, nos ab eo usum parietis et loci pariter auferémus. Testes: *Cunradus Thierolfi, Edilwinus, Johannes Vulpecula* et *Gerwinus* molendinarius. Nos quoque presens scriptum capituli nostri et *Cunradi Thierolfi* sigillis uoluimus roborari.

Act. a. d. M.CC.LIIII.

(Nur das Siegel des Capitels hängt noch zerbrochen an.)

Orig.

№ 133.

1254 (23. Jan.). *H.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine.* Ecclesie nostre cura nobis commissa et quorumdam nostrorum canonicorum multiplicata peruersitas, qui in ecclesiasticas personas manus uiolentas frequenter iniciunt, nos inducunt, ut ad puniendos acrius solito excessus huiusmodi, quos a quibusdam nostris canonicis crebro committi uidemus, legem nobis communiter imponamus. Igitur ut metu pene et correctionis domestice mentes maleficorum cupide a tam enormi maleficio reprimantur, ac pacis et concordie inter nos et nobis seruetur tranquillitas, vnanimi consensu duximus statuendum, singuli et vniuersi fide data in manus decani nostri hoc firmantes, ut si quis ex nobis deinceps in clericum sacros ordines habentem manus iniecerit uiolentas, aggrediendo primus eundem grauioris culpe carcerem cum suis appendiciis sex

Digitized by Google

subeat septimanis pro vna die nullatenus relaxandis, et si grauiter affecit eundem, quod cum effusione sanguinis interpretamur, voce et consortio capituli careat per triennium continue. Si uero non grauis lesio per huiusmodi iniectionem manuum uiolentam inflicta fuerit, in hoc casu tantum per biennium voce et consortio capituli sit priuatus, tempore tamen carceris sub hac conditione moderato, vt si alteruter eorum ad curiam romanam pro absolucione sua obtinenda ire contigerit forte in prouincia neminem inueniens, qui potestatem habeat absoluendi, post reditum ipsius a curia penam carceris duobus tantummodo sustineat septimanis, statuentes eciam, ut si quis canonicorum nostrorum adhuc existens extra capitulum tale maleficium commiserit, ne leuius ceteris fratribus puniatur obtento absolutionis beneficio exsoluens continuo penam carceris, ut superius est expressum, postquam ad capitulum assumptus fuerit, statim penis aliis subiaceat prenotatis, salua tamen nichilominus circa ipsum omnibus hiis conpletis consuetudine capituli circa nouiter receptos hactenus obseruata, que vtique consuetudo nouiter receptos ad capitulum ad contradicendum aut partem faciendam in capitulo ante biennium non admittit. *)

Act. a. d. M.CC.LIV, x. kalendas februarii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 134.

1254 (11. März). *Eberhardus* miles, filius *Gerhardi magni*, et *Heinricus Richeri*, magister ciuium *wormaciensium*, protestamur, quod capitulum ecclesie s. *Martini Wormacie* redditus annuos x. maldrorum tritici pro *Ru-*

*) Am 18. Febr. deſſelben Jahres d. d. Mainz beſtätigt Erzbiſchof Gerhard von Mainz vorſtehendes Statut. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

degero de *Hargesheim* milite precio l. librarum hallensium conparauit, super bonis eiusdem *R.* uidelicet xl. iugeribus campestris agri minus vno aput *Bermersheim* situatis, horum quidem iugerum xv. sita sunt inter viii. iugera *Cunonis* militis de *Guntheim* iuxta superiorem uicum. Item iiii. iuxta *Fridericum* de *Lammesheim* tendencia ultra uiam, que dicitur *zelreweg*. Item xi. aput *heggam* iuxta ix. iugera bonorum *Gebenonis*. Item iii. tendencia per uiam, que dicitur *burcstraze*, iuxta iii. iugera relicte *Wigandi*. Item vi. super locum, qui dicitur *anewande*, iuxta pratum. De hiis utique bonis idem *Rudegerus* uel sui heredes, inter quos semper vnus duntaxat eadem tenebit bona, annuatim prefata x. maldra tritici capitulo iamdicto persoluet ac sine dampno aut periculo capituli pistori ipsius inter festiuitates s. Mario assumptionis et natiuitatis *Wormacie* presentabit. Resignauit etiam sepedictus *R.* pretaxata bona in manus capituli, ut si uel ipse uel successorum suorum aliquis cessauerit in soluendo triticum antedictum, facultatem liberam habeat capitulum ab ipsis bona alienare ac tollere memorata. Prestitit insuper *Rudegerus* cauctionem warandie super istis a festo Georgii proximo per annum et diem, *Wolframo* de *Pheternsheim*, *Bernoldo*, militibus, *Eberhardo* de *Westhouin* et *Heinrico* dicto *Busch* erga prenotatum capitulum fideiussoribus in solidum constitutis. Testes sunt: *Godefridus* et *Gerbodo*, fratres de *Moro*, *Wolframus* de *Pheternsheim*, *B.* de *Zarenheim* et *Fri. Morlin*, milites, *Heinricus Richeri*, *Johannes* frater suus, *Johannes Wlpecula*, *G. Judeus*, *Heinricus Busch*, *Eblinus Cisechin*, *Edelwinus* de *Geminoponte*, *Petrus* nuncius ciuium, *Ditericus* seruus, *H. Richeri* et a. q. pl. ciues *wormatienses*.

Act. a. d. M.CC.LIIII, in vig. Gregorii.

(Die Siegel der Aussteller sind abgeschnitten.)

Orig.

Digitized by Google

№ 135.

1254 (1. Mai). Iudices s. moguntine sedis notum facimus, quod ***Hazzeka*** vidua de ***Nerstein*** in nostra presencia constituta, ob reuerentiam et honorem b. Petri ac pro salute anime sue capitulo s. ***Petri maguntino*** contulit ortum quendam situm in ***Gunsenheim***, qui ad ipsam fuit ex morte sororis sue ***Gotewibe*** iure hereditario deuolutus, ut ex prouentibus eius lumen coram altari b. ***Martini*** in ecclesia s. ***Petri***, quod die nocteque ardeat, procuretur.

Dat. ***Maguntie*** kalendas maii a. d. M.CC.LIV.

Orig.

№ 136.

1254 (24. Mai). Nos ministeriales, judices, consules ceterique ciues in ***Wormatia*** notum facimus, quod cum causa inter abbatem et conuentum ecclesie s. ***Jacobi*** apud ***Magunciam*** ex vna parte uerteretur et inter ***Godefridum*** et ***Gerbodonem***, fratres, milites dictos de ***Moro***, nostros conciues ex altera, pro eo, quod l. maldra annone de uilla in ***Brizenheim*** apud ***Magunciam*** singulis annis a domino s. ***maguntine*** sedis archiepiscopo dicebant se habere et feodali jure occupari ab ipsis nec hoc attendentes, quod ecclesia s. ***Jacobi*** ipsam uillam pariter cum redditibus occupabat longo tempore possessione pacifica et quieta, ipsos abbatem et conuentum in multis indebite aggrauabant, sed tandem compositionis forma perpetue stabilitatis in hoc negotio est concepta, ita, quod ipsi fratres xxx. marcis colon. denariorum duabus vicibus ab ecclesia perciperent memorata, ut negocii huius in posterum questio nunquam moueretur, quas marcas abbatem et conuentum predictis fratribus tenore presencium dedisse fatemur, preterea ipsi milites manu communicata super hiis bonis in ***Brizenheim***, que ecclesie attinere dicuntur, renunciantes, nec ipsi eorumque heredes

Digitized by Google

ecclesiam s. *Jacobi* ac ipsum *maguntinum* archiepiscopum in posterum aggrauarent.

Act. a. d. M.CC.LIV, ix. kalendas junii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 137.

1254 (5. Juni). I. n. s. e. i. t. a. Decani et capitula omnium ecclesiarum *wormaciensium*. Notum fieri uolumus, quod *Hezzelo*, olim cantor ecclesie s. *Martini Wormacie* nunc defunctus, pro remedio anime sue ac parentum suorum testamentum de bonis suis ordinauit in hunc modum. Legauit idem *H.* cantor b. *Martino* patrono suo bona subnotata, dotans specialiter per hec bona capellam s. *Marie Magdalene*, que est in ecclesia s. *Martini*, statuens, quod quicumque fuerit senior et propinquior clericus in sua et *Hezzelonis* nunc cantoris eiusdem ecclesie cognatione, vel laicus senior ac propinquior, si desit clericus, confert hos reditus honesto sacerdoti, qui ratione dictorum prouentuum decano ecclesie s. *Martini* obedienciam faciet ad faciendum ea, que sunt decencia et ecclesie utilia et chorum s. *Martini* more uicario frequentabit et cotidie per totum circulum anni preterquam in summis festiuitatibus missam de b. Maria uirgine celebrabit, semper post lectum ewangelium ad altare s. *Benedicti* incipiendam, in qualibet autem secunda feria missam pro defunctis cantabit. Sunt autem hec bona et situs eorum. In vico s. *Petri* de areis *Godefridi Longi* et *Volzonis*, fratris sui, soluitur libra wormat. in festo Remigii annuatim. Item de area *Alberti*, generi *Heinrici Rufi*, dantur vii. vncie et dimidia in eodem termino. Item de area *Gozmari*, que fuit *Anshelmi* iuxta riuum, iiii. vncie in eodem termino. Item de area *Phrundelini* x. solidi in festo Remigii. Item *Heinricus* de *Hoidelberc* de area contigua cimiterio s. *Vdalrici* soluit x.

Digitized by Google

solidos in festo Remigii. Item iuxta capellam s. *Pancratii* sita est area, de qua soluit soror *Brunonis* v. vncias in festo Remigii. Item in foro feni dantur de quatuor areis contiguis xiiii. vncie. Insuper de eisdem areis x. cappones in festo Martini soluuntur. Item de area *Conradi Crudelbiz* iuxta ecclesiam s. *Pauli* iv. vncie dantur in festo Remigii et Georgii soluende. Item ix. vncie in festo Remigii, quas dabit *Bonifant Judeus* de area domus sue iuxta portam s. *Martini*. Item dimidia nauis in passagio *Rheni*, quam emit supradictus cantor ab ecclesia *schonaugensi*. Item quarta pars nauis, quam emit a *Rudewino* de *Flamburne*. Item siti sunt in campo burgensium xii. jurnales campestris agri ab omni censu liberi. Item apud *Osthouen* duo jurnales vinearum siti in *Libenberc*. Item legauit prefatus cantor annum gracie de prebenda sua, ut inde *H.* subdiaconus nunc cantor emat bona, que cum aliis predictis bonis percipiet sacerdos, cui beneficium fuerit hoc collatum, statuens, ut idem sacerdos lumen nocturnum ante altare s. *Marie Magdalene* procuret et in anniuersario suo de nocte post vesperas quartale optimi vini, quod uenditur conuentui s. *Martini*, propinet. Et quia uoluit sepedictus cantor, ea, que premissa sunt, inuiolabiliter obseruari, talem penam adiecit, quod si capitulum s. *Martini* eandem vicariam commutauerit in canoniam vel heredes suos circa institucionem sacerdotis ad ipsum beneficium impediuerit, ipso facto hec vniuersa bona ad heredes suos proximos reuertentur. Verum cum non sine magno dispendio *Hezzelonis* nunc cantoris ordinatio prefati testamenti propter coheredum et aliorum amicorum resistenciam perducta sit ad effectum, ad preces eiusdem *H.* et amicorum suorum de consensu capituli s. *Martini* sic extitit ordinatum, quod *Hezzelo* junior subdiaconus, filius sororis prefati *H.* nunc cantoris, medietatem omnium bonorum seu prouentuum ad predictam vicariam pertinencium, siue fuerit presens siue absens, tem-

Digitized by Google

poribus uite sue ad usus suos recipiat, reliquam uero medietatem ministrabit sacerdoti, qui ibidem secundum ordinationem testamenti choro, decano et altari predicto sit obligatus.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LIV, nonas junii.

(Von den Siegeln der Aussteller hängen nur die drei ersten in rothem Wachse noch an.) Orig.

№ 138.

1254 (9. Juli). Ne ea, que geruntur etc. Hinc est, quod nos *Wernherus* de *Bolandia* imperialis aule dapifer recognoscimus, quod fratres de *Byrchee*, amici nostri specialissimi, cysterciensis ordinis, ac vniuersitas rusticorum in *Isenheym*, super controuersia et dissensione, que uertebatur inter ipsos occasione quarundem pascuarum ac vnius semite per agros ipsorum transeuntis, in quibus eos infestabant, finaliter sopienda, ex unanimi consilio conuenerunt in unum, eandem discordiam decidentes tali modo, quod predicti fratres ii. jugera et i. quartale pratorum ac insuper quandam viam in *Kregenburnen* dederunt ipsis in cambio, ne deinceps presumerent eos in semita prefata et pascuis molestare. Ipsa autem vniuersitas rusticorum renunciauit omni juri, quod habuisse dinoscebantur in semita et pascuis prelibatis, coram nobis promittentes, quod hanc compositionem pro bono pacis factam inconwlsam obseruabunt, ipsam pro se uel suos nullo modo uiolentes. Testes sunt: frater *Fridericus* magister et procurator curie in *Byrchee*, huius concambii et compositionis pius actor, *Henricus, Mengoz, Walterus Gallicus, Wernherus, Hildeboldus*, fratres curie prelibate, *Henricus* scultetus, *Henricus* filius *Macharii*, *Macharius, Baldemarus, Bucherus, Nybelungus, Wolframus, Wernherus, Wernherus Scven, Emercho, Eberardus, Heroldus, Emercho* aduocatus, *Wernherus* preco in *Isenheym* et a. q. pl.

Digitized by Google

Acta sunt hec apud *Isenheym* in media quadragesima (19. März) a. d. i. M.CC.LIV. Vt autem hec compositio inuiolabilis permaneat, presentem litteram sigillis abbatis de *Erbach* et nostro fecimus roborari.

Dat. in *Gylenheym* a. d. M.CC.LIV, in die septem fratrum, vii. jdus julii, indictione xii.

(Die Siegel hängen wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 139.

1254 (10. Aug.). *Heinricus* dei gracia *spirensis* electus, imperialis aule cancellarius, vniuersis Christi fidelibus per *spirensem* diocesim constitutis salutem in domino. Quoniam etc. cum igitur conuentualis ecclesia s. *Pauli* in *Wormatia* ex antiqua exustione, similiter et parochia s. *Ruperti* eidem ecclesie contigua adeo sunt collapse, quod eas a fundamentis neccessario opportet innouari, nec ad earum reparationem proprie possint suppetere facultates, nisi Christi fidelium elemosinis adiuuentur, vniuersitatem vestram monemus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis pias ad id elemosinas et grata caritatis subsidia erogare curetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis gaudia peruenire possitis. Nos enim omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictas ecclesias manum porrexerint adiutricem, xl. dies de iniuncta penitentia annum venialium, peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine iniectione manuum violenta misericorditer relaxamus, omnibus insuper archipresbiteris, pastoribus, vicariis et vniuersis ecclesiarum rectoribus in nostra diocesi constitutis precipimus, vt memoratarum ecclesiarum nuncios, cum ad eos venerint, fidelium ele-

Digitized by Google

mosinas petituri, benigne ipsos recipiant et honeste pertractent.

Dat. a. d. M.CC.LIV, in die b. Laurentii.

(Copialbuch der Rupprechtskirche zu Worms.)

№ 140.

1254 (17. Sept.). Frater *H.* de ordine fratrum minorum dei gracia *curonensis* episcopus etc. Cum igitur sicut ex parte filiarum pauperum *sororum penitentium*, ordinis s. Marie Magdalene, in *Wormacia* sub monachali vita degencium nostris fuit auribus intimatum, eedem facultates non habeant, de quibus sustentare valeant vitam suam, vniuersitatem vestram rogandam duximus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis collatis adeo pias elemosinas conferatis, vt per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis gaudia peruenire possitis, nos autem omnibus, qui per se vel per alios ad ipsarum monasterium pro earum sustentacione pias elemosinas et grata subsidia duxerint deportanda, xl. dies de iniuncta sibi penitencia accedente consensu *R. wormatiensis* episcopi relaxamus.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LIV, xv. kal. octobris.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 141.

1255 (Oct.). *Guerhardus* dei gracia prepositus s. *Pauli* etc. Nos ad peticionem abbatis et conuentus in *Horembach*, ordinis s. Benedicti, metensis dyocesis, collationem ecclesie in *Ostowen*, nostri archidiaconatus, wormatiensis dyocesis, factam a prefato abbate dicto conuentui, ad ipsius sustentacionem et hospitalitatem ibidem sectandam, ratam et gratam habemus, volentes, vt fructus dicte ecclesie in emendationem prebendarum fratrum cedant et in paupe-

Digitized by Google

rum hospitalitatem, ita tamen, ut in dicta ecclesia talis ordinetur prebenda, per quam persona ydonea ibidem competenter ualeat sustentari et domino nostro episcopo et nobis in nostris iuribus responderi.

Dat. a. d. M.CC.LV, mense octobri.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgeschnitten.) Orig.

№ 142.

1256. Nouerint vniuersi, quod nos ***Eberhardus*** comes et ***Adelheydis***, vxor nostra, contulimus conuentui dominarum in ***Rosendal****) omnia bona, decimam et redditus, quos habemus in ***Hilnsheym*** et dedimus eis presentes literas nostro sigillo munitas.

A. d. M.CC.LVI.

(Copialbuch des Klosters Rosenthal.)

№ 143.

1256 (20. Jan.). ***Conradus comes Irsutus*** dilectis in Christo abbatie et conuentui in ***Syon*** salutem. Concedimus vobis et conferimus illa xxx. iugera agrorum in ***Armsheym***, que ***Wicnandus*** miles de ***Budesheym*** in feodo tenuit a nobis dum adhuc viueret, et volumus, vt ea habeatis jure perpetuo.

Dat. in ***Stoltzenberg*** a. d. M.CC.LVI, xiii. kal. februarii.

(Copialbuch des Klosters Rosenthal.)

№ 144.

1256 (20. Jan.). Nos ***Arnoldus*** decanus et capitulum ecclesie s. ***Victoris maguntinensis*** protestamur, quod cum super decima in ***Mumbach***, cuius tres partes ad cus-

---

*) Das Kloster Rosenthal bei Gölheim in Rheinbayern.

Digitized by Google

todiam ecclesie s. *Petri maguntinensis* et quarta pars eius ad nostram ecclesiam pertinet, inter nos et ipsos ac nostros pensionarios lites et discordie multociens exorte fuissent, nos tandem propter bonum pacis, de eorum et nostra unanimi uoluntate ac consensu domini *Wernheri* eorum prepositi, ad cuius collationem dicta custodia pertinet, ordinauimus in hunc modum, quod dicti decanus et capitulum de nostra quarta parte decime predicte, quam custos eorum perpetuo pro vi. maltris siliginis maguntine mensure in pensione obtinebit, eadem vi. maldra annis singulis nobis soluent nomine pensionis pro eodem, de quibus ipsi ad eundem suum custodem, qui pro tempore fuerit, respectum habebunt, ita, ut, quando pro eo soluerint, ipsos reddat indempnes. In huius rei memoriam *Wernheri* prepositi ecclesie s. *Petri*, *B.* decani ac capituli eiusdem ecclesie et nostro sigillis presentes litteras duximus muniendas.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LVI, mense januarii in die s. mart. Fabiani et Sebastiani.

(Nur das Siegel der Ausſteller hängt noch beſchädigt an.)

Orig.

№ 145.

1256 (30. April). *Burchardus* decanus et capitulum *maioris* ecclesie *wormaciensis* decano et capitulo s. *Andree wormatiensi* salutem. Cum dominus *Adeluolcus* scolasticus *spirensis*, uester prepositus, noster concanonicus, ob tenuitatem prebendarum uestrarum multimodam ecclesiam parrochialem s. *Magni wurmatiensis*, cuius jus patronatus ad ipsum spectabat, vobis contulerit in vestrarum augmentationem prebendarum ista mediante determinatione, vt uos de cetero in ea pastorem ydoneum eligatis et archidiacono presentetis instituendum et quicquid ultra conpetentem prebendam pastoris eiusdem remanebit, illud uos habeatis in vestrarum perpetuum subsidium prebendarum, jure

Digitized by Google

nichilominus kathedrali et archidiaconali saluo et integro permanente, nos considerata uestra necessitate ad ipsius uestri prepositi et vestre petitionis instantiam prescriptam ordinacionem gratam habentes eidem adhibemus nostrum consensum.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LVI, in vigilia b. Philippi et Jacobi apost.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№. 146.

1256 (23. Sept.). Iudices s. *maguntine* sedis protestamur, quod soror *Guda*, filia *Gerdrudis* dicte *Vnglouben*, in lecto egritudinis posita bona sua dicta *Immenhusen* in agris et pratis uniuersa, sita in villa *Gensen*, ecclesie b. *virginis ad gradus* contulit ac in manus *G.* scolastici, *C.* cantoris, magistri *Giselberti* et *Gelfradi* canonici dicte ecclesie tradidit et resignauit, presentibus *Walthero*, *Godelmanno*, canonicis s. *Marie*, *Godeboldo* et *Heinrico* dicto *ad Kacubam*, militibus justiciariis ciuitatis *maguntine*, sub hac forma, vt quamdiu dominus ei concesserit esse in hac uita, ipsa soror eorundem bonorum tantum habeat usumfructum, post mortem vero ipsius redditus ipsorum bonorum deseruiant sacerdoti ad altare in propria ecclesia cottidie celebranti, qui tamen ad deseruiendum in choro sicut ceteri vicarii ipsius ecclesie sit astrictus, *Heindenricho* clerico ad tale ministerium exequendum nominatim a dicta matrona deputato.

A. d. M.CC.LVI, sabb. prox. p. diem s. Mauritii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeſchnitten.) Orig.

№. 147.

1256 (27. Sept). I. n. d. a. Ego magister *Henricus* de *Lammisheim* canonicus ecclesie s. *Andree wor-*

Digitized by Google

matiensis etc. ob hoc propter remedium anime mee ac parentum meorum in presencia fratrum meorum ac consensu eorundem meum ordino testamentum. Volo enim et iubeo, vt de bonis meis aqud *Lammisheim* et *Herlesheim* sitis post mortem meam tres prebende constituantur, quarum quelibet equaliter habeat tam in vino quam in frumento seu aliis quibuscunque, quantum de eisdem bonis annualim poterit peruenire, quas prebendas locari volo tribus sacerdotibus, qui et eorum successores choro ecclesie b. *Andree* in *Wormacia* perpetuo sint astricti, decano et capitulo per obedientiam sint subiecti, quos eciam ad danda tria oueleia cum vmmo volo esse perpetuo eidem ecclesie obligatos, ita, quod vnus eorum, qui prior fuerit in introitu seu in exsecucione huiusmodi prebende in anniuersario patris mei *Arnoldi* et matris mee *Frederunis* in festo b. Benedicti primum oueleium, alter in anniuersario fratrum meorum *Wolframi* et *Erlewini* scilicet in vigilia b. *Bartholomei* secundum oueleium, tercius tercium in anniuersario meo dicte ecclesie amministrent. Cum autem ipsas prebendas vacare contigerit, volo, vt eedem prebende per decanum s. *Andree* et per propinquiorem mihi de cognatis meis, si fuerit, vel per seniorem de capitulo in introitu, si cognatus non fuerit, vno cum decano locentur, ee autem prebende sacerdotibus tantum dari debent, qui sicut dictum est, choro, decano et capitulo sint obligati, que simul inter se ordinabunt, vt in capella s. *Katherine* apud s. *Andream* et in altari s. *Stephani* per vnum illorum de domina nostra missa cottidie habeatur et per reliquos duos in capella dicta misse celebrentur et in qualibet istarum missarum agant memoriam anime mee, patris et matris fratrumque meorum predictorum et post missam dicent officium domine nostre in capella memorata, dictique tres sacerdotes ad dandum lumen perpetuum in sepedicta capella et burendum perhenniter sint astricti, in qua eciam me peto sepeliri. Ceterum ne de impietate naturali

Digitized by Google

quantum ad fratres meos possim redargui, lego pueris eorum de rebus meis mobilibus c. libras hallensium, lego eciam ancille mee *Werndrudi* domum meam sitam ante portam s. *Andree* et annum gratie prebende mee. Vt eciam bona in *Lammisheim* in meliori cultura permaneant, volo, quod predicti tres sacerdotes per communem colonum de suis expensis perpetuo excolant, et si qua fuerint pecora in eisdem reperta ad agriculturam valencia, ad estimacionem communem eisdem sacerdotibus relinquantur. Insuper *E.* decanum et *W.* militellum et *C.* custodem meos concanonicos manufideles constituens ad ordinandum omnia, prout ipsis exposui viua voce. In cuius rei testimonium presens literam *maioris* ecclesie, *nuhusensis*, s. *Pauli*, s. *Martini*, ecclesiarum *wormatiensium*, et capituli s. *Andree*, *E.* magistri, *C.* scolastici *wormatiensis* et manufidelium meorum predictorum sigillorum munimine duxi roborandam.

Act. a. d. M.CC.LVI, in festo s. mart. Cosme et Damiani. Testes sunt: *E.* decanus *wormatiensis*, *W.* militellus, *C.* custos et *Karolus*, *C. barbennis*, *G.* de *Mouchenheim*, *W. Hollmundus*, canonici s. *Andree*, *et O.* prebendarius s. *Katherine*, *Drabodo* et *Arnoldus*, sui fratres, prepositus de *Peturusheim* et *Henricus Cyppura*, *Wernherus* decanus, *Hezelo* cantor, *Marquardus* custos ecclesie s. *Martini*, frater *Wolmarus* et frater *Richerus* de ordine predicatorum, *Wernherus* retro monetam, *Gerbodo Cyppo* et frater eius *Hugo*, ciues *wormacienses*.

(Copialbuch des Andreasstifts zu Worms.)
Orig.

№ 148.

1256 (8. Nov.). Nos *Gerhardus* dictus *aduocatus* de *Pinguia* recognoscimus, quod quia domino abbati et conuentui *eberbacensis* monasterii multas iniurias et dampna diuersa intulimus multis modis contra iusticiam et sine causa,

Digitized by Google

nos pro anime nostre salute, in conpensationem et restaurum dampnorum huiusmodi, quasdam possessiones et domunculas nostras in *Pinguia* sitas cum censibus earum, videlicet ii. solidis colon. et iv. vnciis mogunt. et ii. denariis et xix. caponibus, de bona uoluntate domine *Gertrudis* vxoris nostre, eidem monasterio contulimus et pro nostrorum et vxoris nostre remedio peccatorum, sub huiusmodi tamen forma, ut nobis quamdiu uixerimus ab hominibus habitantibus in domibus supradictis census memoratus totaliter sub nomine ecclesie, cui proprietatem dictarum possessionum resignauimus coram multis, annis singulis presentetur, mortuis autem nobis, ecclesia libere et quiete percipiet in perpetuum ipsum censum. Specificari itaque fecimus singulas possessiones cum censibus suis in hac carta, quam assignauimus eidem monasterio, sigilli nostri munimine roboratam in euidenciam huius facti. Curia scilicet *Persekerne* soluit xx. den. et ii. capones, domuncula eidem curie contigua iiii. den. et i. caponem, item domuncula quondam *Eigilwardi* militis i. solidum, item due, quas inhabitant due mulieres, videlicet *Schoneurowa* et altera dicta *Diethmerin* x. capones, possessiones piscatoris, qui uocatur *Durrehoubith,* xx. den. et iiii. capones, item domuncula *Alheidis sine naso* vi. den., *Hertwinus* sacciferus xx. den. et ii. capones, heredes *Anselmi* quondam sculteti *pinguensis* de possessionibus *Cloppeschildi* ii. solidos colonienses.

Act. a. d. M.CC.LVI, vi. idus nouembris, presentibus *Gerhardo* sculteto, *Cunrado Gipeshorn*, *Volkardo*, *Theoderico Wirouch, Cunrado* filio *Dimonis,* schabinis, *Berlewino* et *Burchardo,* militibus et a. q. pl. ciuibus de *Pinguia* fidedignis.

(Das Siegel iſt herausgeſchnitten.)

Orig.

Digitized by Google

№ 149.

1257 (3. Febr.). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Notum facimus, quod nos decanum et capitulum ecclesie s. *Johannis maguntinensis* a peticione seu exactione, que de bonis eorum sitis in villa nostra *superiori Olmene* per officiatos nostros aliquotiens expetebatur ab ipsis, liberos omnino esse uolumus in posterum et solutos, presertim cum bone memorie domini *Sifridus* et *Cristianus* archiepiscopi, predecessores nostri, similem eis graciam liberaliter impenderint.

Dat. *Maguncie* iii. nonas febr. a. d. M.CC.LVII.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 150.

1257 (4. April). *Wernherus* de *Bolandia* imperialis aule dapifer etc. hinc est, quod nos in remissionem peccatorum nostrorum jus patronatus ecclesie in *Winoldesheim* cum omni iure, quo ipsum ius possedimus, accedente consensu filiorum et omnium heredum nostrorum, canonicis et fratribus *maioris* ecclesie *wormatiensis* contulimus perpetualiter possedendum, ita, quod ipsi canonici in eadem ecclesia in *Winoldesheim* certum locent vicarium et quidquid super prebenda eiusdem vicarii residuum fuerit, ipsi sibi retineant in suarum subsidium prebendarum. Insuper contulimus eisdem canonicis jus illud, quod in curia et in bonis ipsorum apud *Eppelnsheim* nomine cuiusdam aduocacie nobis usurpauimus, homines tamen pertinentes ad curiam nobis reseruamus, ita tamen, quod omnia placita nostra cum eisdem hominibus extra curiam in *Eppelnsheim* pertinencia ad canonicos *wormatienses* faciamus. Testes sunt: *Gerhardus* prepositus s. *Pauli*, *Heinricus* decanus et *Wilhelmus* canonicus eiusdem ecclesie, *Ludowicus* de

Digitized by Google

Falkenstein, Heinricus de *Wizzen, Heinricus* de *Flamborn, Gerlacus* dictus *Mus, Conradus* dictus *Schrefere, Bertholdus* de *Kriechsheim*, milites, item *Conradus* dictus *Dyrolff*, ciuis *wormaliensis* et a. q. pl. In huius rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine confirmamus.*)

Act. *Wormacie* pridie non. aprilis a. d. M.CC.LVII.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 151.

1257 (7. Mai). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus*, ... parrochianus s. *Quintini* et *Berwolfus*, ciuis *moguntinensis*, nomine capelle s. *Gereonis Maguncie* domum et aream sitam inter cupharios *Maguntie*, quas olim bone memorie *Adelheidis* mater dicti *Berwelfi* primo et principaliter onerauit, ad solucionem annuam xxx. librarum olei ad luminare altaris s. *Andree* in ecclesia b. *Marie* predicte, deinde *Ortlibus*, filius eiusdem *A.*, ipsas maiori onere aucmentauit, uidelicet ad solucionem xxx. librarum olei ad altare s. *crucis* in capella s. *Gereonis* predicta, postmodum uero relicta ipsius *Ort.*, *Agnes* uidelicet, ipsas eciam ampliori onere onerauit, videlicet ad solucionem xxx. librarum olei ante altare s. *Katherine* in parrochia s. *Quintini* prescripta, *Jacobo Tornatori*, ciui *moguntino*, et suis heredibus concesserunt in perpetuum iure hereditario possidendas, uidelicet sub hac forma, quod ipse uel sui heredes primo et principaliter ad luminare dicte ecclesie s.

---

*) 1259 (28. April) bestätigt Probst Gerlach zu St. Paul in Worms, als Erzpriester, obige Schenkung. (Das.)

1260 (14. März). Gleiche Bestätigung des Pabstes Alexander IV. dd. *Anagnie* pontif. ao. vi. (Das.)

Digitized by Google

Marie suum oleum, deinde capelle s. *Gereonis* suum, prostreme uero parrochie s. *Quintini* suum oleum annuatim singulis septimanis, ita, ut dictis luminaribus oleum non deficiat, sine qualibet difficultate persoluent. Si uero dicta domus incendio uel quocunque alio casu deficeret uel eciam deperiret, quod ad plenum solui non posset quantitas olei pretaxata, luminari prefate ecclesie s. *Marie* suum oleum primo et principaliter est soluendum, licet alia loca prefata in solucione sue olei forsitan paterentur defectum, ad quorum solucionem dictus ciuis nomine suo et heredum suorum se in nostra presencia obligauit.

Act. *Moguntie* a. d. M.CC.LVII, nonas maii.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 152.

1257 (13. Juli). *Cvnradus* dei gracia olim *olmacensis* episcopus etc. Cum igitur, sicut decanus et capitulum ecclesie s. *Stephani maguntinensis* nobis insinuare curarunt, prout eciam fide cognoscitur oculata, structura ipsius ecclesie nimia uetustate comsumpta iam pro multa parte corruerit, residua simiiem comminante ruinam nec ad reparationem ipsius proprie sibi subpetant facultates, vniuersitatem uestram monendam duximus in remissionem uobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis a deo uobis collatis elemosinas uestras et grata karitatis subsidia erogetis eisdem, vt per subuentionem uestram ecclesia ipsa ualeat reparari. Nos enim omnibus uobis uere penitentibus et confessis, qui ad reparationem prefate ecclesie manum porrexeritis adiutricem, ex ratihabitione uoluntaria domini *Gerhardi* archiepiscopi *moguntini*, xl. dies uenialium et unam carenam offensas patrum et matrum sine iniectione manuu muiolenta, peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, misericor-

Digitized by Google

diter relaxamus, presentibus usque ad consummacionem operis ualituris.

Dat. a. d. M.CC.LVII, iii. idus jvlii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 153.

1257 (18. Sept.). Nouerint vniuersi, quod a decano et capitulo s. *Johannis moguntinensis* decretum est, quod curia, quam nunc inhabitat decanus, in perpetuum attineat decanie, huic decreto diffinito, decanus *Conradus, Conradus* cantor, *Fridericus* senior, *Salomon* custos, *Fridericus* junior, magister *Gerwinus*, magister *Conradus*, *Johannes* sacerdos, canonici ejusdem ecclesie.

Act. a. d. M.CC.LVII, in crast. Lamperti, et soluet ex ea xviii. solidos colon. pro censu.

(Copialbuch des St. Johannisstifts zu Mainz.)

№ 154.

1257 (17. Dec.). *G.* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. judicibus sedis nostre salutem in domino. Etsi ad instanciam inportunam habitatorum ville nostre *Olmene* scripserimus uobis nuper, quod de bonis ecclesiarum uellemus nobis procuraciones exolui, que *herberge* uulgariter appellantur, quia tamen decanus et capitulum ecclesie s. *Stephani maguntinensis* per literas predecessorum nostrorum et nostras fidem nobis sufficientem fecerunt, quod ad huiusmodi onera non tenentur, nos eis libertatis huiusmodi graciam tenere uolumus inconuulsam et per vos in eadem gracia confoueri.

Dat. *Maguncie* xvi. kal. januarii a. d. M.CC.LVII.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 155.

1258 (28. März). I. n. d. a. Ego ***Gerdrudis***, soror ***Dauidis***, militis ***wormaciensis*** retro coquinam, dicta ***Sabatissa***, dispono testamento meo alias confecto ac sigillis felicis recordationis ***R. wormatiensis*** episcopi ac omnium ecclesiarum conuentualium ***wormatiensium*** roborato aliqua superaddere, ut per hec anime mee ac animabus parentum meorum salus augeatur. Do itaque super altare s. ***Bartholomei***, quod est in ecclesia s. ***Martini Wormacie*** et in manus ***Johannis***, qui in presenciarum vicariam ad ipsum altare a me dudum ordinatam obtinet, census xxi. solidorum wormat. denariorum et v. capponum sub hac forma, quod quicunque ipsam vicariam pro tempore obtineat in amiuersario meo vicario de s. ***Katerina*** de hiis denariis v. solidos wormat. et vicario de s. ***Benedicto*** v. solidos wormat. necnon vicario de s. ***Maria Magdalena*** tantundem persoluet, vi. autem solidi wormat. denariorum, qui supersunt, et v. cappones vicario de s. ***Bartholomeo*** remanebunt et vnusquisque horum sacerdotum iiii. in anniuersario meo et xxx. diebus subsequentibus memoriam mei ac parentum meorum faciet, missam pro defunctis cottidie celebrando. Census vero predicti hoc modo soluuntur. ***Heinricus Rasor*** dictus de ***Frunkenuort*** soluit de area domus sue in foro inferiori viii. vncias wormat. et dimidium et iii. cappones. Item ***Heinricus*** vicinus suus soluit de area domus sue liiii. denarios wormat. et i. capponem. Item ***Gunbertus*** piscator dat de area domus sue xxviii. denarios wormat. et i. capponem. Hos siquidem census conparaui a ***Conrado*** dicto ***Span***, genero ***Heinrici Richeri***, ciuis wormatiensis, et soluitur medietas in festo Georgii, reliqua vero medietas cum capponibus in festo b. Remigii. Do preterea et resigno in manus prefati ***Jo.*** ac super altare s. ***Bartholomei*** census v. vnciarum wormat. et iii. cappones, qui de area domus ***Wigeri*** car-

Digitized by Google

pentarii persoluunter et volo, ut singulis annis in anniuersario meo medietas de predictis v. vnciis fratribus *predicatoribus* et reliqua medietas fratribus *minoribus* de manu domini *Johannis* uel alterius, qui pro tempore ad antedictum altare s. *Bartholomei* vicarius fuerit, ministrentur, vt et ipsi memoriam mei faciant et parentum meorum, tres autem cappones vicario de s. *Bartholomeo,* ut de aliis v. capponibus supradictum est, remanebunt. Committo autem in animas decani et cantoris s. *Martini wormat.,* quod non permittant prenominatos census vendicione seu commutatione uel quolibet alio modo alienari. *)

Dat. et act. a. d. M.CC.LVIII, in annunc. s. Marie virg. glor.

(Die Siegel ſämmtlicher Wormſer Kirchen hängen unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 156.

1258 (25. Mai). Uenerabilibus viris *W.* preposito, *Jo.* decano totique capitulo ecclesie *moguntine* **Heinricus** dei gratia decanus et capitulum *metense* cum orationum munere seruitium et honorem. Quum de bonis nostris in *Odernheim apud montem,* qui dicitur s. *Petri,* vestre diocesis, debitus nobis fructus seu vtilitas ob locorum distanciam hactenus non prouenit, nec spes existet, quod posset in antea prouenire, nos bona ipsa cum vniuersis iuribus,

*) 1259 (29. Nov.) beurkundet der Biſchof Eberhard von Worms die Schenkung, welche die obg. Ortrude, Wittwe, der Martinskirche zu Worms über ihren Hof daſelbſt gemacht hat. Zeugen: *Berlewino, Merbodone* et *Meinhardo,* canonicis *maioris* ecclesie *Wormacie, Wern.* decano, *M.* custode, *Cvnrado,* canonicis s. *Martini Wormacie* et *H. Richeri, Wern. Amelle, H. Indiscreto, Gudelmanno Amelle* et q. pl. a. tam clericis quam laycis *wormaciensibus.* (Das Siegel hängt beſchädigt an.)

Digitized by Google

pertinentiis eorum et appendiciis, multis super hoc prehabitis consiliis, de consensu vnanimi vobis vendimus pro mxl. libris metensis monete, et transferimus in vos et ecclesiam vestram bona predicta cum vniuersis juribus, pertinentiis et appendiciis eorundem, ipsa bona cum omnibus juribus et pertinenciis suis a vobis et successoribus vestris pleno iure perpetuo possidenda. Et ut hec stabilitate perpetua perseuerent, presentes litteras vobis damus sigilli nostri munimine roboratas.

Act. et dat. *Metis* a. d. M.CC.LVIII, viii. kal. junii.

(Mainzer Copialbuch).

№ 157.

1258 (24. Juni). *Eberhardus* decanus et capitulum ecclesie s. *Andree wormaciensis* etc. Cognoscant vniuersi, quod *Egelmannus* pistor et *Guda*, vxor eius, *Ludewico* molendinario nostro ii. libras hallensium annualis census, super curia *Mvmhardi*, sita iuxta curiam *Heinrici* dicti de *fine*, uendiderunt, saluo tamen iure nostri census, videlicet libram wormat., que nobis debetur singulis annis curia de eadem in festo b. Margarete. Obligauerunt eciam iidem *E.* et *G.* duas areas sitas in vitreo Cifo obligacione, que wlgariter dicitur *underpanth*, dicto *Ludewico*, que inquam aree dinoscuntur nobis esse censuales in xiiii. denariis wormat. et ii. cappunibus. Huic uendicioni interfuerunt *Wernherus* de *Flersheim*, *Eberhardus* pistor et *Heinricus* de *Pedernesheim*, ciues *wormatienses*.

Act. a. d. M.CC.LVII, in die b. Johannis bapt. *Wormacie* in claustro nostro.

(Das Siegel der Aussteller hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 158.

1238 (1. Juli). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus dilectis preposito totique conuentui canonicorum regularium ecclesie s. *Marie* in *Swabeheim*, nostre dyocesis, salutem in domino etc. Cum igitur nobilis vir *Simon* comes de *Spanheim* ius patronatus ecclesie de *Hackenheym* vobis et ecclesie vestre tradiderit, nos vestris supplicationibus grato concurrentes assensu donationem ipsam ratam habemus et gratam, de speciali vobis gratia indulgentes, capituli nostri ad hoc accedente consensu, vt ecclesiam ipsam cum primum eam vacare contigerit, in vsus proprios retinere ac eam officiare possitis per ydoneum presbiterem secularem, per vos loci archidiacono presentandum, qui de prouentibus ipsius ecclesie congruam recipiat porcionem, vnde et commode sustentati et subire valeat onera, que incumbunt, vosque residuum ipsorum prouentuum communibus vestris vsibus perpetuo licite applicetis.

Dat. *Maguncie* kal. julii a. d. M.CC.LVIII.

(Copialbuch des Klosters Pfaffenschwabenheim.)

№ 159.

1238 (13. Oct.). Iudices s. *moguntine* sedis. Constitutis coram nobis *H.* decano et capitulo s. *Marie ad gradus maguntine* ex una parte et *Godesmanno* decano s. *Stephani*, *Godefrido* dicto ad *gygantem* fratre suo et *Adeleide* sorore sua, relicta *Eckenboldi*, ciuis *moguntini*, ex altera, dicti decanus et sui coheredes recognouerunt coram nobis, quod domus ex opposito capelle s. *Vlrici* sita esset propria ecclesie b. *virginis ad gradus*, et cum ipsa olim esset ruinosa adeo, quod uix ullus uel modicus usus inde ecclesie prouenire potuisset, mater eorum ex concessione capituli ecclesie s. *Marie* predicte dictam domum meliorauit, reedificauit sub hac forma, vt ipsa usum

Digitized by Google

ipsius domus haberet ad vitam suam, et post mortem suam pueri sui tantum in proximo gradu successione nepotum et alia qualibet in linea descendenti ac heredum aliorum undecunque exclusa, eadem domo ad vitam suam uterentur et v. solidos moguntinos de ipsa domo ab eo, qui usum dicte domus pro tempore haberet ad expediendum lumen, quod in introitu claustri de ipsa ecclesia tempore matutino haberi solet et debet ipsi ecclesie soluerentur, vnde matre eorum dudum defuncta dicti *G.* decanus et *G.* ad *gigantem* ac *Adeleidis*, soror ipsorum, inter proximos heredes superstites recognouerunt in figura judicii coram nobis, quod ipsa domina *Adeleydis* et post mortem eius dictus *G.* ciuis si superuixerit habere debebunt usumfructum in domo supradicta et v. solidos moguntinos soluere ecclesie b. *uirginis* supradicte singulis annis in festo s. Johannis baptiste, ipse siquidem decanus usuifructui eiusdem domus pro persona sua renunciat et renunciauerat dudum ante. Post mortem uero predictorum domine *Adeleydis* et *G.* fratris sui, ususfructus ad proprietatem ipsius domus, que dicte ecclesie pertinet, redibit, exclusa qualibet heredum successione, dicta domo ab ipsa ecclesia pleno iure extunc inantea possidenda.

Act. a. d. M.CC.LVIII, iii. idus octobris.

(Das Siegel der Aussteller ist abgeschnitten.) Orig.

№ 160.

1258 (6. Nov.). *E.* dei gracia *wormaciensis* electus profitemur, quod nos *S.* comiti de *Spanheim* super allodium nostrum, quod pro remedio anime sue ecclesie nostre contulit et quod a nobis in feodo recepit, videlicet curiam in *Sprendelingen* cum omnibus adtinentiis, ccccc. marcas denariorum colon. concessimus, tali adiecto pacto, quod quandocunque idem comes uel sui heredes pignus redimere

Digitized by Google

voluerint, nos ipsis oblata solutione dabimus ad redimendum et quandocumque ante tempus b. Martini redemerint, ipsum pignus fructus eiusdem anni, qui de eisdem bonis in *Sprendelingen* prouenerint, dabimus cum pignore comiti supradicto.

Dat. *Wormatie* a. d. M.CC.LVIII, viii. idus nouembris.

(Das Siegel hängt sehr beschädigt an.) Orig.

№ 161.

C. 1259. Ego *H.* custos*) assignaui domino *Heinrico* de *Alsinze*, qui gerit uices officii mei duobus annis, quibus sum licenciatus in omnem euentum, ista omnia, que sunt subscripta. Casulas nigras tres, rufam vnam, duos calices, duas purpuras parvas, vnam, que fuit Cyriaci, vnam, que habet foramen, duo vexilla, cappam, effart tria, albos x, nouem humeralia, nouem manutergia consuta, item quatuor non bona, item velum de quinque manutergiis consutis, camisiam unam, duodecim tapecia, quinque purpuras, que ponuntur circa altare. Bibliam magnam, omelias duas, passionale magnum et paruum, librum rotundum, librum cum solea, librum longum, spalteria tria, collectaneum album et nigrum, librum vite, antiphonaria vsualia duo, gradualia usualia tria, omeliam irsutam paruam, librum de sancta Albana, collectionem cum crucifixo, dialogum, librum sancti Martini, plenarium, missales duos, antiquum missalem, item missalem moguntinum, agendas duas, collectionem cum aureis litteris, quaternum de rogacionibus, peluim magnam et paruam, stolas duas, dalmaticam albam, subtile blanium, candebra stagnea tria, quinque longa, quatuor cuprea, cruces sex, duos pedes, antiquam dalmaticam, manutergium, cum quo tenetur calis in funere. (Ohne Datum.)

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.) Orig.

*) Zu St. Victor in Mainz.

Digitized by Google

№ 162.

C. 1259. Nos *G.* decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris moguntinensis* protestamur, quod cum propter certa et manifesta personarum et rerum nostrarum pericula et alias causas diuersas, ex quibus non potest in nostra ecclesia ordo uel honestas debite obseruari, de proborum uirorum consilio concordauerimus, ut eadem nostra ecclesia infra muros *moguntinos* transferatur et ad hoc archiepiscopi et capituli *moguntini* ac quarundam aliarum personarum consensum necessarium habeamus, *L.* cantorem, *Gerlacum*, *Johannem*, *H.* custodem et *Heinricum*, nostros concanonicos, procuratores nostros constituimus, eis plenum mandatum ad petendum consensum huiusmodi et ad tractandum idem negocium ubicunque uiderint expedire, ratum habituri, quicquid ipsi super predictis nostro nomine duxerint ordinandum. Ne autem in loco, ad quem transferri speramus residentie, diffusio et dissolutio timeatur, in manus prioris *fratrum predicatorum* et fratris *Cunradi* lectoris *fratrum minorum*, presente domino nostro preposito, fide data loco iuramenti singuli promisimus, quod in translacione nostra post nos conuentum religionis approbate in nostra ecclesia relinquemus et pro residentia facienda in loco, ad quem nos transire continget et officinis construendis ibidem et simpliciter de aliis ordinandis, que ad honorem dei et corroborationem ecclesiastice discipline spectare noscuntur, eorum mandatum studebimus obseruare. Si autem aream nostram in monte uendi continget et in contractu uendicionis nos forte contigerit discordare, ut ad concordiam facilius reuocemur, nos in taxatione pecunie predictorum fratrum, quorum in hoc fidem elegimus, sequemur sine contradictione arbitrium et mandatum. (Ohne Datum.)

(Das Siegel hängt wohl erhalten an.) Orig.

Digitized by Google

№ 163.

C. **1259**. Nos *G.* decanus totumque capitulum ecclesie *s. Victoris moguntinensis* confitemur, quod nunc de nouo promisimus, quod nos negocium translacionis ecclesie nostre, in quam sponte consensimus, promouebimus et promisimus, quod quicquid de ipsa translacione et de obtinendo loco infra muros *moguntinos* et de omnibus condicionibus iam appositis uel eciam apponendis *L.* cantor, *Gerlacus, Johannes, H.* custos et *Heinricus* de *Ingelenheim*, quos ad hoc procuratores elegimus, ordinauerint uel fecerint, nos ratum et firmum habebimus. (Ohne Datum.)

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 164.

1259. *Ebirhardus* dei gracia *wormaciensis* electus, *Burchardus* decanus et capitulum *maioris* ecclesie ibidem notum esse uolumus, quod cum *Anshelmus*, filius quondam *Gerhardi* dicti *Vnmaze*, militis *wormaciensis*, et filii fratris sui dimidietatem decime prouenientis de loco, qui vocatur *in prato*, sito extra muros *wormacienses* in terminis parrochie s. *Ruperti* ciuitatis eiusdem, quam idem *Anshelmus* et filii fratris sui a preposito ecclesie nostre titulo feodi retinebant, commutauerunt capitulo ecclesie s. *Pauli wormatiensis* pro redditibus annuis v. maldrorum siliginis, que dictus *Anshelmus* et filii fratris sui prefate ecclesie s. *Pauli* de bonis ipsorum in uilla *Phephlincheim* sitis annuatim soluere tenebantur, ita, ut nunc deinceps dicta ecclesia de prefato loco, qui uocatur *in prato*, decimam totam cum prius medietatem haberet alteram, tenet et percipiat, et loco medietatis commutate dictus *Anshelmus* et filii fratris sui predictorum v. maldrorum redditus annuos de solutione ipsorum ammodo apud prefatam ecclesiam absoluti a

Digitized by Google

memorato preposito ecclesie nostre et suis successoribus ipsi et eorum successores, qui predicta bona tenuerint, recipiant iure et nomine feodali, nos prelibati capituli super eo precibus inclinati commutationem antedictam admittimus eamque gratam habentes et ratam consensum nostrum inpendimus ad eandem.

Act. a. d. M.CC.LIX.

(Die Siegel der Ausſteller ſind abgefallen.) Orig.

№ 165.

1259 (20. Jan.). Nos *L.* cantor, *Gerlacus*, *Johannes*, *Ciriacus*, *H.* custos, *Cunradus*, *Heinricus* de *Alsenza*, *Herbodus*, *Volzo*, *Wernherus* et *Heinricus*, canonici ecclesie s. *Victoris moguntinensis*, confitemur, quod nos consensimus in translationem ecclesie nostre et promisimus, quod ad consummacionem ipsius translationis adhibebimus opem et operam efficacem, corporaliter eciam prestitimus iuramentum, quod quantum de iure poterimus opponemus nos omnibus, qui huius translacionis negocium in quacunque sui parte temere presumpserint impedire.

Act. a. d. M.CC.LIX, xiii. kalendas februarii.

Nos *H.* custos, *H.* de *Alsenza*, *Herbordus*, *Wernherus* et *Heinricus*, quia sigilla propria non habemus, sigillis iam appensis contenti sumus. Ego *Volzo* contentus sum sigillo patris mei.*)

(Die Siegel hängen unverſehrt an.) Orig.

---

*) 1259 (9. Juni). *Wernherus* prepositus, *Johannes* decanus, *Symon* custos, *Ludewicus* scolasticus, *Eberhardus* cantor, totumque capitulum *maioris* ecclesie *maguntinensis* translationi huiusmodi adhibemus consensum. Dat. *Maguntie* (Das Siegel fehlt.)

An demſelben Tag willigt auch Probſt L. des St. Victorſtifts ein. Dat. *Maguntie*. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

№ 166.

1259 (22. März). Uiro religioso et in Christo dilecto abbati s. *Albani* in *Moguncia Ch.* dei gratia cantor totumque capitulum ecclesie *metensis* sinceram in domino caritatem. Nouerit vestra discretio, quod nos bona nostra sita in *Odernheim* iuxta *montem* s. *Petri,* secundum formam super hoc prius conceptam, ecclesie et capitulo *moguntino* vendidimus et eandem venditionem consummauimus, omne dominium, quod nos in eisdem bonis habuimus, nomine ecclesie nostre in manus et potestatem capituli et ecclesie *moguntine* transferentes. Damus itaque vobis plenariam potestatem, ut ad predictam villam personaliter accedentes iam dictum capitulum uel aliquem uel aliquos nomine ipsorum in corporalem mittatis possessionem et in publico cum omni iure et attinentiis eorundem bonorum, vices nostras in hoc supplentes, eisdem integraliter assignetis.

Dat. a. d. M.CC.LIX, xi. kalendas aprilis.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 167.

1259 (30. Mai). *G.* dei gracia abbas et conuentus in *Selsa,* ordinis s. Benedicti, *argentinensis* diocesis, protestamur, quod nos ob necessitates ecclesie nostre vendidimus per procuratores nostros, *Huigonem* decanum et *Heinricum,* decano et capitulo *maioris* ecclesie *wormatiensis* areas nostras sitas in ciuitate *wormatiensi* apud capellam s. *Siluestri,* soluentes annis singulis xxx. solidos minus ii. denariorum, pro xix. marcis argenti puri, quas et nobis recognoscimus persolutos. In cuius facti robur presens scriptum ipsis tradidimus sigillo *wormatiensis* electi, nostri quoque et conuentus nostri munimine consignatum.

Act. *Wormacie* a. d. M.CC.LIX, iii. kal. junii.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

Digitized by Google

№ 168.

1259 (21. Juni). *Gerardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Cum bone memorie quondam *Inselmus*, scoltetus noster *pinguensis*, abbati et conuentui monasterii *eberbacensis* vineam apud *Pinguiam* sitam donauerit propter deum, nos donacionem ipsam gratam et ratam habentes ac nostro munimine roborantes, ex speciali gratia et fauore prefatos abbatem et conuentum ab omni exactione seu precariis nobis seu officiatis nostris soluendis a uinea antedicta et prorsus ab omni jure ciuili quantum ad ipsam uineam reddimus in perpetuum absolutos, liberos et immunes sub presentium testimonio litterarum, nostri sigilli munimine signatarum.*)

Act. *Maguntie* xi. kal. julii, a. d. M.CC.LIX.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 169.

1259 (24. Juni). *Alexander* episcopus seruus seruorum dei uniuersis etc. Cupientes, ut ecclesia monasterii s. *Agnetis* prope *Maguntiam* congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam in festo sancte predicte et dedicatione ipsius ecclesie causa deuotionis accesserint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et b. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, centum dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus.

Dat. *Anagnie* viii. kal. julii, pontif. nostri ao. v.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

---

*) 1260 (23. Jan.) act. in *Erinuels*, gibt Erzbischof Werner von Mainz eine ganz gleiche Bestätigung. (Das Siegel hängt an gelb, grün, roth und schwarz seidener Schnur unbeschädigt an.)

Digitized by Google

№ 170.

1259 (Aug.). *E.* dei gratia *wormatiensis* electus etc. Nouerint, quod *Burchardus* decanus *wormatiensis* ecclesie zelo fidei ac deuotionis ductus legauit capitulo *wormatiensi* et per ipsum ecclesie curiam suam in *Hepenheim*, quam de propria sua comparauit pecunia, in remedium animarum patris ac matris sue et anime proprie salutem, ut eorum parentum scilicet suorum anniuersarius in ipsa ecclesia in festo b. Pantaleonis memoriter habeatur, necnon etiam depositionis sue dies annuus, cum de hoc seculo migrauerit, in eadem ecclesia perhenniter obseruetur. Dictam quoque curiam idem decanus in manibus capituli resignauit, eamque a capitulo in signum dominii ecclesie per suam resignationem acquilite sibi reconcessam suscepit pro i. libra cere, annuatim in vigilia natiuitatis domini persoluende, nomine annue pensionis. Idem quoque decanus constituit dari obsequim unum in eadem ecclesia de curia sua, quam inhabitat, que dicitur *Naip*, singulis annis cum aduenerit anniuersarii sui dies.

Act. a. d. M.CC.LIX, mense augusto.

(Das an roth ſeidener Schnur anhängende Siegel des Biſchofs, ſowie das an gelb ſeidener Schnur hängende Siegel des vorg. Decans iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 171.

1260. *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus etc. Sane cum in ecclesia s. *Pauli wormaciensi* propter defectum prebendarum, quarum administratio ad officium prepositorum ibidem dinoscitur pertinere, ob ipsorum prepositorum in amministrando negligentia a canonicis eiusdem ecclesie diuina sint sepius intermissa, nos huic malo remedium obponere cupientes, sapientum uirorum usi consilio necnon domini *Gerhardi* fratris nostri, nunc in eadem

Digitized by Google

ecclesia prepositi, accedente consensu, statuimus, ut predicte ecclesie decanus et capitulum quam primum in ipsa ecclesia uacante prepositura deinceps redditus prepositure percipiant uniuersos, quos eorum applicando prebendis per officiales proprios colligi procurent. Uerum in reconpensacionem reddituum predictorum statuimus, ut quem dicte ecclesie canonici in suum duxerint prepositum eligendum, simul eciam in canonicum recipiant, prebendam ei, si qua tunc in ipsa ecclesia uacat, assignando et fructus ei prebende duplices ministrando, excepta duntaxat portione, que statutis temporibus solis tantum presentibus ministratur. Decernentes, ut hiis contentus prepositus ab omni amministracione siue prebendarum siue propinationis omnino maneat absolutus, preter libram unam wormatiensium, que pistori dicte ecclesie ab archipresbiteris ipsius prepositi dari consueuit annuatim. Hanc itaque nostre constitutionis ordinationem tam perpetuo robore stabilimus, ut quilibet prepositus in dicta ecclesia decetero eligendus in electione sua ad obseruacionem eius corporali iuramento prestito se astringat. Presentem litteram nostro, predicti fratris nostri, ipsius ecclesie prepositi, et capituli ibidem sigillis placuit communiri.

Act. a. d. M.CC.LX.

(Nur das biſchöfliche Siegel hängt noch an, und zwar wohl erhalten in rothem Wachſe.) Orig.

№ 172.

1260 (10. März). *Johannes* decanus, *S.* custos, *Lud.* scolasticus, *E.* cantor totumque capitulum *maioris* eccclesie, *B.* s. *Albani* et *G.* s. *Jacobi*, monasteriorum abbates, *B.* s. *Petri*, *G.* s. *Stephani*, *G.* s. *Victoris*, *H.* s. *Marie in campis*, *H.* s. *Marie ad gradus*, *H.* s. *Mauricii*, *C.* s. *Johannis* et *G.* s. *Gingolfi*, ecclesiarum *maguntinarum* decani et capitula etc. Cum nos ad

releuanda grauia onera debitorum, quibus oppressa est ecclesia *maguntina*, mater nostra, ex debito compassionis affectu de communi et maturo consilio dederimus precarias de singulis ecclesiis *maguntinis* et nos abbates loco precarie dederimus certam pecunie quantitatem, nos ex communi uoto sic duximus ordinandum, ut prebenda proximo uacatura in singulis ecclesiis loco precarie cedat ementi temporibus uite sue, firmiter nos mutuo constringentes, quod si forte per quemcunque aliquam ecclesiarum contra ordinacionem huiusmodi super tali prebenda impeti contingeret uel grauari, nos omnes illi impetenti de communi consilio opponentes ad defendendum illam ecclesiam contribuemus expensas, sed ecclesia sic grauata suis defendet laboribus causam illam. Et quia iam multis temporibus sicut et nunc ecclesie *maguntine* precariis huiusmodi pluries grauiter sunt afflicte, nos loco iuramenti fidem dedimus vniuersi et singuli de certa scientia et de uoluntate ac consensu expresso domini nostri *Wernheri* electi *maguntini* in manus decani *maguntini*, quod durantibus istis precariis uel earum aliquam in quacumque ecclesia nullo umquam tempore precarias conferemus uel eciam equipollens et omnibus in contrarium laborantibus nos totis uiribus opponemus.

Act. vi. idus marcii a. d. M.CC.LX.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

№ 173.

1260 (17. März). *Henricus* decanus et capitulum s. *Marie ad gradus moguntine* constare cupimus, *Heinricum* et vxorem suam, ciues *moguntinos*, ius, quod *Bertradis* mulier habuit in area contigua aree alte domus sita in *Selhouen*, nostre ecclesie annuo censu in xl. denariis mogunt. obligata, apud *Bertradim* de nostro consensu comparasse ac nos predictis *H.* et *B.* eandem aream pro

summa eiusdem census possidendam iure hereditario concessisse, in die b. Martini xx. denarios et in festo b. Walburgis tantundem annis singulis persoluendis.

Act. a. d. M.CC.LX, in die b. Gerdrudis.

(Das Siegel der Mainzer Richter ist abgefallen, das der Aussteller hängt wenig beschädigt an.) Orig.

№ 174.

1260 (3. Juni). *Maioris, nuhusensis,* s. *Pauli,* s. *Andree* et s. *Martini* ecclesiarum decani et capituli. Quoniam etc. nos vnaniniter promisimus et promissionem nostram corporali firmauimus iuramento, vt laycali violentie vel cuilibet alteri potestati, que in preiudicium seu lesionem aut oppressionem iurium nostrorum, consuetudinum, libertatum se erigere presumpserit violenter, pari et vnanimi consilio et iuuamine resistamus, jura nostra, consuetudines honestas et communes libertates conseruando et vsque ad satisfactionis competentis exhibitionem, si in hiis impulsati fuerimus, communibus expensis et laboribus pro iuribus defendendo. Volumus eciam, vt in vigilia b. Thome hec presens littera in quolibet capitulo per annos singulos recitetur, ne fratrum vel canonicorum quispiam se possit per ignoranciam excusare et si quis in capitulum de nouo receptus fuerit, hoc sciat et juramento consimili ad obseruationem predictorum specialiter obligetur.

Act. a. d. M.CC.LX, iii. nonas junii.

(Copialbuch des Andreasstifts zu Worms.)

№ 175.

1261 (Jan.). *Wernherus* senior dapifer de *Alzeia*, *Philippus* et *Gerhardus*, filii eiusdem. Nouerint, quod nos pleno accedente consensu heredum nostrorum titulo uenditionis dedimus decano et capitulo ecclesie *worma-*

Digitized by Google

tiensis partem nostram decime in *Bleidinsheim*, cuius pars altera ad ipsos spectare dinoscitur, libere et pacifice possidendam. Nos *Wern.* senior et *Ph.* junior sigilla nostra presentibus appendimus, quibus ego *Ger.* contentus sum eo, quod sigillum proprium non habeam, sigillum prepositi in *Flainheim* nichilominus apponentes.

Act. a. d. M.CC.LXI, mense januario.

(Nur das mittelste unbeschädigte Siegel hängt noch an.)

Orig.

№ 176.

1261 (14. Jan.). Decanus et capitulum s. *Pauli wormaciensis* etc. Nouerint vniuersi, quod nos iv. iugera campestria, quorum duo sita sunt in *handal*, vnum in *burgerereine* et vnum in *steingewande* in campo *Horgeheim*, *Diterico* de *Horgeheim* dicto *in uico* pro iii. maldris siliginis et iii. solidis wormat. denariorum ad pensionem annuam infra assumptionem et natiuitatem b. virginis persoluendam concessimus hereditario iure, ita, ut post mortem eius unus duntaxat heredum suorum, quem ipse ad hoc deputauerit, dicta bona de nobis habeat, qui ex eis prefatam pensionem integram nobis soluat, neque ullo modo in diuisionem cum reliquis coheredibus eius cadat, quocunque autem anno dicta pensio nobis soluta non fuerit, memorata bona ad ecclesiam nostram libera redibunt.

Act. a. d. M.CC.LXI, in crast. octave Epiphanie.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 177.

1261 (1. Febr.). Ego *Wolframus* de *Petdirnisheim* miles *wormaliensis* profiteor, quod *Anshelmus* et *Agnes*, relicta fratris sui, pro filiis fratris sui, quorum idem *Anshelmus* tutor est, resignauerunt bona filiorum eorundem

Digitized by Google

fratris sui sita in *Peffelincheim* capitulo ecclesie s. *Pauli* tenenda nomine pignoris, ut dum filii fratris sui predicti ad annos discretionis peruenerint, ratam habeant commutacionem decime in prato, quam dictus *Anshelmus* fecit capitulo supradicto. Ad habundanciorem quoque cautelam prefatus *Anshelmus* super ratihabitione eadem se fideiussorem dicto capitulo insuper obligauit. In cuius rei testimonium presentem litteram, quia proprium sigillum non habeo, sigillo capituli et sigillo *Godefridi* militis de *Moro* placuit sigillari.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXI, in vig. purif. virg. glor.

(Das erſte Siegel hängt ſehr beſchädigt an, das zweite fehlt ganz.)

Orig.

№ 178.

1261 (3. Febr.). Ego *Godfridus* cantor ecclesie s. *Stephani maguntinensis* recognoscimus, quod domum nostram cum curia et aliis attinentiis eius in *Hechesheim* sitam, iii. jugera agrorum et ix. quartalia vinearum, quas *Heinricus* habuit et resignauit nobis propter suam neglientiam, que utique bona nos et bone memorie *Heinricus* frater noster, canonicus s. *Victoris maguntini*, ecclesie s. *Marie in campis* legauimus eis post nostrum obitum obtinenda de consensu decani et capituli eiusdem ecclesie s. *Marie* concessi *Sifrido* et *Cristine*, vxori sue, de *Hechesheim* et pueris suis tantum possidenda et fideliter excolenda, de quibus michi quamdiu vixero, deinde uero prefatis decano et capitulo vii. vncias maguntine monete et iv. cappones in festo b. Martini ipsi et pueri sui annuatim sine qualibet difficultate persoluent et si non soluerint singulis annis, ipsi quamdiu uixerint et pueri sui post mortem eorundem sine refusione alicuius emende quam fecerunt colendi huiusmodi concessio exspirauit et nos et capitulum post

Digitized by Google

mortem nostram cui uoluerit locabit. Huic concessioni interfuerunt: *Richolfus* custos s. *Marie in campis, Dauid, Godefridus sub arbore* et *Gerlibus* de *Hechesheim*. Est autem situs agrorum talis: ii. jugera in *Hegirn* per fundum, i. jugerum in *heydeberge*, et situs vinearum hic est: in *Kirchberge* v. quartalia, in medio terminorum illorum de *Batenheim* et de *Hechesheim*, qui dicuntur *Marke*, i. jugerum vinee.

Act. a. d. M.CC.LXI, iii. non. febr.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgeschnitten.) Orig.

№ 179.

1261 (8. Febr.). Nos *Wernherus* et *Phylippus*, fratres de *Bolandia*, promittimus pro nobis et nostris heredibus vniuersis, quod in curte illa *Odernheim*, et suis attinentiis, iure videlicet patronatus, decimis et redditibus aliis, ac juribus pertinentibus ad ipsam, quam decanus et capitulum *moguntinum* a *metensi* capitulo compararunt, nullo unquam tempore impediemus dictos . . . decanum et capitulum *moguntinum* sed permittemus eos libere vti illis. Nec artabimus ipsos ad hoc, quod ipsi decimas et redditus suos concedant nostris hominibus uel familiaribus, sed libere locabunt illa quibuscumque uolunt, prout eis magis uidebitur expedire.

Act. *Moguntie* vi. idus februarii, a. d. M.CC.LXI.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 180.

1261 (13. März). Nos decanus s. *Pauli wormatiensis, H. Cypuri* scultetus in *Nunnenmonster, Heinricus* molendinarius dominorum s. *Pauli* constare cupimus, quod cum multo tempore controuersia uerteretur inter dominos s. *Pauli*, monasterium dominarum in *Nunnenmonster* et

Digitized by Google

dominarum *de orto* s. *Marie* siue omnes molendinarios, qui ad societatem eorum pertinere uidentur, super iuribus et consuetudinibus molendinarum, tandem eadem causa, consencientibus omnibus partibus, in nos tanquam arbitros extitit conpromissa, quare nos eandem controuersiam taliter diffinimus. Statuimus itaque, quod si domini molendinorum vnum uel plura habeant molendina, quibus personaliter presint uel aliquis molendinator ex parte eorum habeat vnum uel plura molendina, ad conuocacionem iudicii uel magistratus vnum tantum nuncium siue magistrum pro se transmittet. Item statuimus, quod quandocunque uel quocienscunque alueus ripe inundauerit, ita, quod retentacula aque fuerint fracta, uel ex alia causa quodlibet molendinum mittet vnum seruum uel plures, iuxta preceptum magistri in superiori molendino dominorum s. *Pauli,* ad aquam recolligendam et ad retentacula reficienda, quod preceptum qui adimplere neglexerit xx. hallenses pro pena persoluet, qui autem infra primam et terciam uocatus ad iudicium in claustrum s. *Pauli* uenire neglexerit, similiter x. hallenses ipsa die splendente sole pro pena persoluet et si non fecerit die sequenti magistro supradicto x. hallenses persoluet. Item statuimus, quod nunquam ad iudicium diebus dominicis uel festiuis uenire presumant. Item de illis denariis, qui pro pena cadunt, nemo ad alios vsus conuertat, nisi quod reficiat nauem cum dimidia parte denariorum, in utilitatem et refectionem ripe partem alteram conuertendo. Qui autem hec statuta contradixerit uel obseruare non curauerit, libram hallensium pro pena persoluet. Vt hec firma permaneant, presentes litteras nostris sigillis unacumque cum sigillo officialis curie *wormatiensis* fecimus roborari.

Act. a. d. M.CC.LXI, in crast. Gregorii pape.

(Die Siegel hängen unverſehrt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 181.

1261 (15. März). I. n. d. a. Frater *Wernerus* dictus abbas in *Euerbach* recognoscimus, quod *Anselmus* olim scultetus *pinguensis* inter cetera bona, que fecit ecclesie nostre *euerbacensi*, cuius sincerus amicus, tutor et quasi pater exstitit specialis, communicata manu *Lucardis*, olim vxoris sue, vineam unam magnam sitam apud *Pinguiam* pro salute anime utriusque eidem nostre ecclesie pure contulit propter deum, hoc premissa ordinacione, videlicet ut post amborum ipsorum obitum pro huiusmodi beneficio singulis annis anniuersarium eorundem vi. idus octobris, secundum ordinis nostri consuetudinem, in nostra ecclesia faciamus, et de fructibus vinee memorate predicto die nos, nostrique successores usque in perpetuum pulcrum seruicium in triticio, albo pane, franco vino et bonis piscibus in consolationem et refectionem singulis ac uniuersis conuentus nostri fratribus ministremus. Ne autem tam pia ordinatio inedia temporum aut negligencia hominum pretereat uel cassetur, uolumus, ut si forte dicta anministratio singulis annis non fieret, heredes legitimi ipsorum *Anselmi* et *Lucardis* predictam vineam possint repetere et suis usibus mancipare.

Act. *Pinguie* a. d. M.CC.LXI, idus marcii.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

№ 182.

1261 (28. März). *Wernherus* dei gracia s. *magun-tine* sedis archiepiscopus etc. Cum igitur, sicut priorissa et conuentus sororum penitentium s. *Marie Magdalene* in subvrbio *wormaciense* nobis exponere curauerunt, eedem ecclesiam et claustrum cum officinis suis vsibus oportunis edificare ceperunt opere sumptuoso et ad consummacionem ipsius operis ac sustentacionem ipsarum proprie sibi non

Digitized by Google

suppetant facultates, vniuersitatem vestram rogamus et monemus in remissionem vobis peccaminum inivngentes, quatenus de bonis adeo vobis collatis pias eis elemosinas et grata karitatis subsidia erogetis, vt per subuencionem vestram opus inceptum consummari valeat et alias earum indigencie prouideri vosque per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne felicitatis gaudia peruenire possitis, nos enim omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad id manum porrexerint adivtricem vel qui ecclesiam ipsarum sitam in monte s. *Andree* extra muros *wormacienses* visitauerint, xl. dies de inivncta sibi penitencia relaxamus, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXI, v. kal. aprilis.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 183.

1261 (2. Mai). *Eberhardus* dei gracia *constanciensis* episcopus etc. Cum igitur conuentualis ecclesia s. *Pauli* in *Wormacia* ex antiqua exustione similiter et parrochia s. *Rupperti* eidem ecclesie contigua adeo sint collapse, quod eas a fundamentis necessario oporteat innouari, ad quarum reparationem proprie sibi non suppetunt facultates, nisi fidelium Christi elemosinis adiuuentur, vniuersitatem vestram rogamus et monemus in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis uobis a deo collatis pias ad id elemosinas et grata caritatis erogare subsidia curetis, vt per hoc et alia bona que feceritis ad eterne claritatis gaudia peruenire possitis, nos enim omnibus vere penitentibus, qui ad predictas ecclesias manum porrexerint adiutricem, xl. dies de iniuncta penitentia annum venialium, peccata oblita, vota

Digitized by

racta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine iniectione manuum violenta relaxamus.

Dat. a. d. M.CC.LXI, in crast. Plilippi et Jacobi apost.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 184.

1261 (25. Mai). *Walramus* dei gracia prepositus *wormatiensis* profitemur, quod *Heinricus Cipura* ciuis *wormatiensis*, procurator noui hospitalis ante nouam portam *Wormacie*, pro se et *Cunrado Dirolpho*, eiusdem hospitalis vna secum procuratore, dixit in figura nostri iudicii, *Simone* clerico nostro vice nostri judicio presidente, quod idem hospitale teneretur singulis annis in xv. libris olei parrochie s. *Magni* dandis in festo purificationis b. virginis et hoc pro quadam domo, quam *Albertus Wizgwergere* vendidit iam dicto hospitali, qui prius tantum olei et eodem die antedicte parrochie amministrauit eciam singulis annis. Testes sunt: *Eberhardus* decanus s. *Andree wormat.* et *Gerbordus* plebanus s. *Magni.* Laici: *Heinricus Rex*, *Wernherus Cerdo*, sepedicte parrochie iurati, *Arnoldus*, *Druthwinus Flegel*, ciues *wormacienses* et a. q. pl.

Act. a. d. M.CC.LXI, in festo b. Vrbani mart.

(Das Siegel des Ausstellers ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 185.

1261 (Juni). *Eberhardus* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* manifestum esse volumus, quod nos conuentui *dominarum penitentium* in monte ante portam s. *Andree* vnius jvrnalis agri in eodem monte siti ad proprietatem ecclesie nostre spectantis commutacionem fecimus pro vno jvrnali et dimidio vinearum, qui siti

Digitized by Google

sunt aput *manschende*, de quibus debetur i. hallens. in censu *Volzoni* de ripa, ciui *wormat.*, quem nos dabimus annuatim, nobisque dicte jam sorores viam facient ad agros nostros et vineas in monte predicto sitas ivxta eundem jvrnalem, quem conuentui commutauimus jam predicto. Pro decima vero ipsius jvrnalis dabunt sorores annuatim xviii. denarios wormat. monete ei, qui et aliam decimam recipere consueuit ibidem. Insuper peciam quandam jam determinatam suis finibus et viam ivxta parietem earum dormitorium contingentem et ad nos pertinentem memorato conuentui dominarum concessimus pro annuo censu xviii. denariis wormat. ita, quod quando nobis persoluerint iii. libras hallensium ad predictum censum ipse conuentus non tenebitur persoluendum.

Act. a. d. M.CC.LXI, mense jvnio.

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an.)

Orig.

№ 186.

1261 (16. Juni). Iudices s. *moguntine* sedis. Constitutis coram nobis *Gerbodone Lineario* et *Guda*, vxore eius, ciuibus *moguntinis*, recognouerunt, se omnia bona sua tam mobilia quam immobilia, exceptis aputheca et dimidia domo, quam inhabitant, quibus suos pueros heredauerunt, in salutem suarum animarum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* contulisse et eadem bona coram *Rudolfo* iusticiario ciuitatis *maguntinensis* iuxta consuetudinem ciuitatis sub bannis debitis resignasse et ipsi ecclesie tradidisse, presentibus testibus, videlicet *Cunrado* milite de *Astheim*, *Wernhero* pellifice. *Wernhero* winscrodere, *Conrado* piscatore dicto *Sturkele*, *Arnoldo* winscrodere, *Heinrico* aputhecario, *Billungo* in curia s. *Galli*, *Eberhardo* dicto *Blasi sueno* iuxta portam piscium, *Ortwino Lineario* et a. q. pl. ciuibus *maguntinis*, quam tradicio-

Digitized by Google

nem coram nobis renouauerunt denuo sub hac forma, ut quandocunque vnum ipsorum decedere contigerit, alter superstes ipsis bonis utatur pacifice et quiete. Ipsis quoque ambobus defunctis, omnia bona eorundem preter duo predicta ecclesie integre remanebunt et dies anniuersarii utriusque annis singulis cum presenciis ex ipsis bonis comparatis iuxta consuetudinem sepedicte ecclesie peragetur, iidem eciam sepulturam elegerunt in ecclesia memorata.

Act. *Maguncie* a. d. M.CC.LXI, in die b. Aurei et Justine.

(Die Siegel der Mainzer Richter und des Liebfrauenstifts daselbst hängen beschädigt an.) Orig.

№ 187.

1261 (Dec.). *Waleramus* dei gracia prepositus *wormatiensis* protestamur, quod nos *Wernhero* parrochiano, canonico *wormaciensi*, familiari nostro, meritis suis et instantia prouocati, partem siue spacium curie nostre prepositure scilicet *wormat.* attinentis in longitudine et latitudine a fenestra proxima domus nostre a parte munitionis ciuitatis curie sue contigue usque ad aliam domum nostram directe huic oppositam vie et curie sue contiguam et coniunctam, accedente consensu *E. wormat.* episcopi necnon decani et capituli *wormat.*, assignauimus habendam, dedimus ad opus ampliationis curie sue, que nimis arta siue stricta ad exercendas in ea utilitates et commoda uidebatur.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXI, mense decembri.

(Die Siegel des vorg. Bischofs und Capitels sind abgefallen.) Orig.

№ 188.

1262. Nos *Eberhardus* decanus et capitulum s. *Andree wormat.* protestamur, quod *Luza*, relicta quondam *Heinrici* de *Habenheim*, et frater *Gerlacus*, ordinis

Digitized by Google

fratrum predicatorum, eius filius, plenum super hoc sui prioris habens consensum, vendiderunt aream nobis censualem in dimidia ama vini iuxta sorores in monte s. *Andree*, ordinis s. *Marie Magdalene*, sitam, quam dicta *L.* inhabitat, totam cum suis attinenciis, saluo tamen iure nostro quoad censum et parrochie quoad decimam persoluendam, abinde dictis sororibus pro xxiv. librarum hallensium, quarum xi. libras eisdem soluerunt in presenti, reliquas libras xiii. ipsi fratri *Ger.* uel eius procuratori ipsius *G.* uel sui conuentus nomine post dicte *L.* obitum soluture, tali tamen pacto, quod ipsa *L.* dictam aream in vita sua possideat et vtilitates eius et redditus, qui nunc sibi ex ipsa soluuntur, percipiat, que post eius obitum cum suis iuribus ad dictarum sororum domum deuoluetur. Quod si interim dicte aree edificia incendio uel ruina seu quocunque casu dissipata uel mutata fuerint, dampnum omne ipsis sororibus reputabitur.

Act. a. d. M.CC.LXII.

(Copialbuch des Bergklosters zu Worms.)

№ 189.

1262 (14. März). *E.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormaciensis*. Ne transeant etc. hinc est, quod vniuersis constare uolumus, quod *Siuridus* de *Flamersheim* coram nobis comparens in manus nostras resignauit aream suam cum domo sitam in foro superiori *Nidungo* pellipario contiguam, in hunc modum, quod eam iure hereditario concederemus decano et ecclesie s. *Martini wormat.* in remedium anime sue, sic tamen, quod dictus *Siuridus* quamdiu uixerit dictam domum possideat et ecclesie nostre in festo Remigii v. presentet dena-

Digitized by Google

rios annuatim, quos post mortem eius dabit ecclesia memorata.

Dat. a. d. M.CC.LXII, pridie idus marcii.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

№ 190.

1262 (5. April). *Adeluolcus* decanus totumque *spirensis* ecclesie capitulum vniuersis liquere cupimus, quod nos macellum situm *Wormacie* in foro inferiori, quod ad ecclesiam nostram spectabat, cum omni vtilitate ac prouentibus macelli eiusdem *Erboni*, canonico ecclesie s. *Martini wormac.*, pro viii. libris hallensium vendidimus.

Dat. *Spire* a. d. M.CC.LXII, nonas aprilis.

(Das Siegel des Domkapitels zu Speyer ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 191.

1262 (14. April). Iudices s. *moguntine* sedis. Cum in causa, quam sindicus ecclesie s. *Johannis mogunt.* mouebat contra *Jacobum* militem de *Ebersheim*, super v. maldris siliginis de bonis eiusdem militis in *Ebersheim* sitis, ipsi ecclesie ad officium decanatus eius annuatim soluendis, post litem coram nobis contestatam et ausum esset in negocio et foret secunda feria proxima post octauam pasche ad diffinitivam sententiam procedendum, idem miles ad cor... is in sexta feria septimane paschalis in nostra presencia constitutus, presentibus *C.* decano et canonicis eiusdem ecclesie s. *Johannis*, fide data in nostris manibus promisit, quod de bonis suis in *Ebersheim* sitis, que in judicio ibidem coram sculteto et scabinis tradet dominis prefate ecclesie et iuxta consuetudinem uille eiusdem cum sollemnitate debita resignabit, cum quibus bonis ipsi domini denuo heredabunt eundem et ipse eadem bona recipiet ab

Digitized by Google

eisdem, idem miles uel post obitum eius successores sui seu heredes v. maldra siliginis decano ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, annuatim persoluent sine difficultate qualibet in omnem euentum, exceptione grandinis, sterilitatis seu impedimento quolibet alio non obstante et eandem siliginem infra assumptionem et natiuitatem b. virginis presentabunt ante domum ipsius decani in *Mogunciam* sub ipsius *Jacobi* uel successorum suorum periculo et expensis. Si uero idem *Jacobus* in bonis aliis equiualentibus prefatos dominos s. *Johannis* certificandos duxerit, in quibus eque securi sint de pensione predicta annuatim soluenda, ipsi domini pro bonis predictis eadem acceptabunt.

Act. in claustro ecclesie *moguntine* sexta feria prenotata a. d. M.CC.LXII.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 192.

1262 (Mai). *Maior* et s. *Andree* ecclesiarum *wormat.* decani et capitula profitemur, quod nos *B.* scolastici, *Friderici* et *Conradi* de *Stockheim*, fratrum canonicorum *wormat.*, precibus inclinati in permutationem talem considerata huiusmodi ecclesiarum nostrarum utilitate consensimus, quod area *Wernheri* parrochiani, canonici *wormat.*, sita in vico *Claiskoip* et area *Erperti* prebendarii *wormat.* in eodem uico sita, que soluunt annis singulis iv. vncias denariorum wormat., in jus et dominium ecclesie s. *Andree* cum ipso censu sunt translate, et uersa uice tres aree, orto curie claustralis, quam dicti fratres inhabitant, contigue, que soluunt annis singulis v. solidos et iv. denarios wormat., translate sunt in ius et dominium curie antefate, ita, quod similiter iv. vncie wormat. denariorum de ipsis areis annis singulis *maiori* ecclesie persoluantur. Cum itaque xvi. denarii residui sint super v. solidos et iv. dena-

Digitized by Google

rios, qui de tribus illis areis ecclesie s. *Andree* solui consueuerunt, nos decanus et capitulum s. *Andree* ii. denarios, qui nobis de *Hoicheim* a *maiore* ecclesia soluebantur, et xiiii. de orreo dictorum fratrum ante portam s. *Andree* sito defalcamus, ut sic ipsi dictas iv. vncias *maiori* ecclesie de dicta area persoluere teneantur.

Act. a. d. M.CC.LXII, mense maio.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 193.

1262 (15. Juli). Iudices s. *moguntine* sedis. Cum ex parte ecclesiarum s. *Albani* et s. *Marie in campis moguntine* vniuersitates villarum de *Hexheim*, *Wisznawe*, *Lubinheim* et *Viltzpach* coram nobis tracte fuissent in causam super eo, quod eedem vniuersitates pecora earundem ecclesiarum ad communia ipsorum pascua accedere prohibebant, pro ipsis ecclesiis fuit propositum, quod ab eo tempore, cuius non extat memoria, erant in quasi possessione juris pellendi pecora ad pascua supradicta et hoc offerebant se in continenti probaturos, petentes se prius restitui utpote spoliatos, cumque ex parte ipsarum vniuersitatum quedam fuissent in contrarium allegata, nos statuimus, ut usque ad certum terminum pecora ipsarum ad ipsa loca irent sicut antea consueuerant et medio tempore tractatus amicabilis haberetur. Sed quoniam vniuersitates predicte non exspectato termino constituto dictas ecclesias propter hoc captis eorum pignoribus dampnificare temere presumpserunt, ad querelam earum excommunicationis sententiam monicione premissa tulimus in easdem, tandem quia dicte vniuersitates cum ecclesiis memoratis taliter conuenerunt, quod pecora earum irent sine prohibicione sicut ierant tempore mote litis et quod pignora que debiberant restituerent sine dampno, ad supplicationem dictarum ecclesiarum ipsas vniuersitates

absoluimus a sententia memorata et decetero ipsis ecclesiis a predictis vniuersitatibus fieri vim vetamus.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXII, idus julii.

(Copialbuch des Liebfrauenſtifts im Felde zu Mainz.)

№ 194.

1262 (28. Aug.). *Otto* de *Brusella* dei gratia prepositus ecclesie s. *Guidonis spirensis* decano et capitulo ibidem sinceram in domino charitatem. Pia ductus deuotione *Cunradus* de *Steinach* predecessor noster, prepositus ecclesie vestre, jus patronatus ecclesie in *Alhesheim*, *wormat.* diocesis, quod ad ipsum ratione prepositure pertinebat, vobis contulit ob reuerentiam omnipotentis dei et b. Johannis euangeliste patroni vestri, sic, vt de prouentibus eiusdem ecclesie statueretur per vos de suo consilio prebenda sacerdotalis et vicarialis ad suam et omnium successorum suorum collationem perpetuo pertinentem. Quam quidem donationem predecessoris nostri piam considerantes et honestam, ipsam, habito super hoc maturo consilio, gratam per omnia tenemus et ratam, ita, vt prebenda vel prebende, si plures de prouentibus eiusdem ecclesie institute fuerint, de nostro consilio in ecclesia s. *Guidonis* prefata ad nostram et successorum nostrorum libere pertineant collationem, per nos tantum sacerdotibus conferende, qui sub obedientia decani choro deseruiant secundum quod est debitum et consuetum. In huius facti robur presentem schedulam nostro sigillo dedimus communitam.*)

Dat. a. d. M.CC.LXII, v kal. septembris.

(Alte Abſchrift.)

---

*) Am 29. Aug. deſſelben Jahres beſtätigt der Biſchof Eberhard von Worms vorſtehende Schenkung. (Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Ebenſo an dem nämlichen Tage Gerhard Probſt des Paulſtifts daſelbſt. (Alte Abſchrift.)

Digitized by Google

№ 195.

1262 (20. Dec.). *Wernherus* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Martini wormaciensis.* Cum secundum ewangelium etc. inde est, quod cum prepositi ecclesie nostre de amministracione prebendarum nostrarum statutis temporibus facienda hactenus fuerint negligentes et ex hoc acciderit, ipsos prepositos ecclesie et personis non solum de vno anno, verum eciam de pluribus existere debitores, aliquos de confratribus nostris medio tempore antequam neglectum et debitum a nostris prepositis soluereturpro quo tamen dum vixerant seruierunt, decedere contingebat, fratribus inter se dessencientibus et frequentem mouentibus in capitulo questionem, quid de neglecto huiusmodi et aliis neglectis quibuscunque decedentis, que ab ecclesia dinoscebatur habere, jure posset fieri pociori, tandem digne et incommutabiliter duximus statuendum, quod de huiusmodi neglectis ante omnia decedentis debita si aliunde haberi nequeant persoluantur, si uero nullis debitis oneretur, pro uoluntate ipsius decedentis vel suorum manufidelium ad vsus ecclesie nostre neglecta huiusmodi conuertentur, vt sic ecclesia nostra et persone pro remedio anime decedentis huiuscemodi subsidiis et releuacionibus adiuuentur. Adicimus eciam, quod quilibet concanonicorum nostrorum veniens de nouo ad percipiendam suam prebendam, ipsam sibi pro tempore volumus ministrari.

Act. a. d. M.CC.LXII, in vig. b. Thome apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 196.

1263 (April). Frater *Ebelinus* dictus abbas *Schonaugie* et conuentus ibidem notum sit omnibus, quod *Adelheidis,* relicta *Heinrici* dicti de *moneta,* curtim

Digitized by Google

suam sitam in *Pefflinkeim* cum agris, pratis ac omnibus aliis ipsius attinenciis, nobis pro sue et predicti mariti sui animarum remedio contulit, que bona ad hoc specialiter deputauit, ut de ipsorum prouentibus conuentui domus nostre per custodem, qui ibidem pro tempore fuerit, duo seruicia annis singulis procurentur, vnum in anniuersario ipsius *A.*, reliquum in anniuersario mariti sui prefati et ad quodlibet illorum duorum seruiciorum tantum de pane albo, vino et piscibus ministretur, quantum pro v. libris et v. solidis hallensium poterit comparari etc. *)

Dat. a. d. M.CC.LXIII, mense aprili.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.) Orig.

№ 197.

1263 (21. Aug.). *Ludewicus* decanus, *Eberwinus* archipresbiter, canonicus *maioris* ecclesie, *Bertoldus* s. *Petri* et *Waltherus* s. *Stephani*, decani *maguntini*. Cum nobilis uir dominus *Ph.* de *Hoenrels* in forma compositionis, quam inierunt cum ipso ecclesie *moguntine*, una cum filiis suis *Philippo* et *Dilemanno*, pro se et aliis filiis et posteritate sua, omnes curtes, que wlgariter *fronhoue* dicuntur, et bona eis attinentia, decimas et quelibet bona, que appellantur *frieigen*, nichilominus bona ipsis curtibus ac bona *frieigen* attinentia, que per publicationem, emptionem, donationem seu alias iam ad ecclesias redierunt, libera esse debere recognosceret manifeste et dimitteret absoluta ab omni exactione et quolibet onere seruitutis, nominatim s. *Albani* curias superiorem et inferiorem in *Badenheim*, *maioris* ecclesie bona, que habet in *Bibelnheim*, *Nordenstat* et

*) Von derſelben Hand, mit blaßerer Tinte, iſt am Schluſſe beigefügt: „anniuersarium *Adelheidis* celebrabitur nonas septembris, anniuersarium autem *H.* mariti sui iiii. idus decembris.“

Digitized by Google

Bishovesheim, prepositi *maioris* bona in *Ebersheim* et *Badenheim*, s. *Petri* curtem et bona, que habet in *Castele*, s. *Stephani fronhoue* cum bonis attinentibus in *Nacheim*, *Rudensheim* et *Borne*, s. *Victoris* in monte s. *Victoris* et *Lubenheim*, s. *Marie ad gradus* decimam et bona in *Nordenstat*, *Lubenheim* et *Mumenheim* necnon bonis sitis in *Badenheim*, que olim *Burchardus* decanus s. *Marie in gradibus* sue ecclesie et bonis ibidem sitis, que *Cunradus* decanus s. *Johannis* sue ecclesie post eorum obitum legauerunt, renunciasset, seruiciis, que in dictis bonis s. *Johannis* competunt, sibi saluis ac nichilominus incidente dubio de iuribus ac libertatibus quorundam aliorum bonorum ecclesiarum, uidelicet curtium seu bonorum, que ecclesia s. *Albani* in *Ebersheim*, *Mumenheim* et *Bertoldisheim*, s. *Jacobi* in *Ebersheim* et *Armesheim*, s. *Johannis* in *Mumenheim* uel alie quelibet ecclesie habent et asserunt tanquam propria libera esse debere nostre indagationi et declarationi, idem dominus de *Hoenvels* taliter commisisset, ut, que diceremus libera esse debere, libera ab ipso et sua posteritate essent ab omni onere seruitutis, nos de singulis uillis, in quibus bona sunt sita, homines fidedigniores ad presentiam nostram uocauimus, per quos poteramus et debebamus super hiis plenius edoci ac eorum iuramento recepto dicta ipsorum conscripsimus sub hiis uerbis.

Mengotus de *Ebersheim* juratus et rogatus dicit, quod curia s. *Albani* in *Ebersheim* dicitur wlgariter *fronhove* et est et habet plebiscitum et quod bona attinentia, tam ibi quam in *Harwisheim* sita, libera sunt et *frieigen* et soluunt meliora capita et decimam s. *Albano*. Rogatus, si dominus de *Hoenvels* sit aduocatus super ipsam curiam uel bona uel aliquam partem bonorum alterutrius uille, dicit, quod non, item rogatus, si alias aliquid iuris habeat uel habere debeat in curiam uel in bona, dicit, quod non. Item rogatus si aliquod ius habeat *herbergie*, dicit, quod non, dicit eciam, quod nec iudex est, nec iurisdictionem habet in curiam, homi-

Digitized by Google

nes uel in bona, sed solum in strata. *Dithe* juratus et rogatus, dicit idem, quod *Mengotus*. *Arnoldus* miles de *Badenheim* de omnibus concordat cum *Mengoto*. *Baldemarus* de *Ebersheim* consentit per omnia cum testibus suprascriptis. *Petrus* de *Ebersheim* dicit, quod predicta curia in *Ebersheim* dicitur *fronhove* et est et habet plebiscitum et quod bona tam in *Harwesheim*, quam in *Ebersheim* sita eidem curie attinencia, libera sunt et *frieigen* et quod dominus de *Hoenvels* nec sit aduocatus super ipsam curiam, bona uel aliquam partem bonorum nec ius habeat *herbergie*, nec aduocatus nec iudex sit, nec iurisdictionem habeat in curiam, homines uel in bona, sed solummodo in strata, et in aliis omnibus consentit cum testibus precedentibus. *Heinricus* de *Ebersheim*, *Petrus Clur* de *Harwesheim*, *Conradus* de *Harwesheim*, *Folzo*, *Hertwicus* de *Harwesheim* consentiunt cum suis contestibus suprascriptis. *Waltherus* dicit, quod curia s. *Albani* in *Mumenheim* est *fronhove* et bona pertinencia sunt proprietas et in nullo seruicio tenentur domino de *Hoenvels*, nec habet ius aduocacie in ipsis, nec ius precarie, tamen ipse ex antiquo, non tamen de iure, recepit de ea viii. maltra siliginis et viii. solidos denariorum mogunt. et dicit, quod dapifer de *Alzeia* sit aduocatus illius curie. *Johannes* plebanus in *Mumenheim*, *Arnoldus*, *Arnoldus* miles, *Wernherus* dictus de *Ingelnheim*, *Arnoldus* de *Mumenheim*, *Volpertus*, *Heinricus Suze*, *Cunradus*, *Johannes* de *Scerstein* dicunt idem, quod predictus *Waltherus*. — Dicta de *Bertoldisheim*. *Johannes* miles dicit, quod bona illa, que habet ecclesia s. *Albani* in *Bertoldisheim*, habuit xx. annis, non dant censum nec dederunt unquam, nec pertinent ad aliquod plebiscitum et dicit, quod eo tempore, quo ea habuit, nunquam dedit aliquam exactionem, que *Bedde* dicitur, licet bonis eisdem imposita fuerint et sepius requisita et quod dicitur, quod quedam nobilis matrona dederit illa bona ecclesie

Digitized by Google

s. *Albani.* Rogatus, si aliquod ius aduocati habeat dominus de *Hoenvels* in bonis eisdem, dicit, quod non. *Bertoldus* de *Bertoluisheim* consentit cum *Johanne.* *Heinricus* de *Bertoluisheim* dictus *Kalzchel* dicit, quod audiuit ex relatione peregrini, qui habuit bona predicta ab ecclesia s. *Albani* xx. annis, quod ipsa bona essent liberum predium et affirmat, quod eadem bona nullum debent soluere censum nec pertinent in aliquod plebiscitum, dicit eciam, quod dominus de *Hoenvels* per uiolentiam preter iusticiam, sicut uerius credit, recepit ab eo annuatim vi. maltra siliginis et vi. solidos, et dicit, quod non scit dominum de *Hoenvels* aliquod ius aduocacie habere in ipsis bonis. *Helwicus* de *Bertoldisheim* aridus, *Rudolfus* de *Bertoldisheim, Theodericus* de *Bertoldisheim* dicunt idem. — Dicta de bonis s. *Johannis* in *Mumenheim.* Intendit probare sindicus ecclesie s. *Johannis,* quod bona ipsius ecclesie sita in *Mumenheim,* que emerunt apud *Wallherum* militem, libera sunt, exceptis xii. iugeribus, que non soluunt plus nisi iii. minas siliginis et ix. denarios leues domino de *Hoenuels* et ad nulla onera uel seruicia tenentur eidem, *Wallherus* miles iuratus et requisitus dicit, quod predicta bona, que ipsi ecclesie uendidit, habuit a camerario *moguntino* in feodo et cum manu camerarii dedit ea super altare s. *Johannis* pro liberis et libera sunt et nunquam dedit de ipsis exactionem aliquam, exceptis xii. iugeribus, de quibus requisite fuerunt iii. mine et ix. denarios leues, sed ipse nunquam dedit, nec habet ibi ius precarie nec *herbergie* dominus de *Hoenvels,* nec dant censum. *Johannes* plebanus de *Mumenheim, Arnoldus* de *Mumenheim* consentiunt cum *Wallhero* milite. *Arnoldus* dicit, quod nesciat, si dicta bona sint libera, in aliis consentit cum teste priore. *Wernherus* dictus de *Igelnheim* dicit, quod nichil constet ei de iure predictorum bonorum. *Arnoldus* de *Mumenheim, Volpertus, Heinricus* dictus *Suze, Cunradus* de *Mumenheim, Johannes* de *Serstein* con-

Digitized by Google

cordant cum prioribus testibus. Custos s. ***Johannis*** dicit, quod ipse interfuit, uidit et audiuit in uilla ***Mumenheim,*** quod ***Waltherus*** predictus bona s. ***Johannis*** in ***Mumenheim,*** que apud ipsum emerunt pro liberis, ipsi ecclesie in strata publica iuxta ecclesiam sine omni contradictione resignauit eisdem, presentibus ***Goznaro*** bone memorie decano s. ***Johannis,*** magistro ***H.*** nunc scolastico s. ***Petri*** tunc cantore s. ***Johannis, Cunrado*** de ***Humel*** tunc canonico ibidem, magistro ***Friderico*** seniore, ***Berwelfo*** milite, ***Cunrado*** de ***Moche*** et aliis multis militibus et uillanis ibidem, credit etiam, quod nunc decanus s. ***Petri*** interfuit et ipse et alii domini sui, qui secum aderant, dederunt super hiis uinum, quod dicitur ***Boddewin,*** in horreo s. ***Johannis*** predicti, dicit eciam, quod ecclesia s. ***Johannis*** fuit multis annis in quieta possessione bonorum ipsorum, ita, quod nunquam ab ipsis exactionis nomine fuit aliquid requisitum, exceptis xii. iugeribus, de quibus soluuntur domino de ***Hoenvels*** iii. mine siliginis et ix. denarios leues nomine exactionis, tamen ista sicut audiuit ab ore ***Waltheri*** non tenentur dare de iure et dicit, quod bona eadem non dant censum nec tenentur ad aliquod seruicium. ***Friedericus*** canonicus s. ***Johannis*** dicit, quod non bene meminit, quod interfuit resignationi predictorum bonorum, sed ab ipso ***Walthero*** milite audiuit sepius, quod bona ipsa non darent nisi iii. minas et ix. denarios leues et illa darent de xii. iugeribus et hoc esset iniustum. Hoc idem dixerunt omnes coloni, quos ecclesia s. ***Johannis*** habebat hucusque et dicit, quod preter illa xii. iugera bona alia sint libera, si dent censum alium hoc ignorat, dicit eciam, quod non intellexit, quod dominus de ***Hoenvels*** habeat ius aduocatie in bonis eisdem nec tenentur ad seruicia ulteriora. Dominus ***Arnoldus*** camerarius ***moguntinus*** dicit, quod bona in ***Mumenheim*** habebat in feodo a preposito s. ***Johannis*** predicti, quibus bonis postmodum infeodauit ***Waltherum*** militem supradictum, qui ea

Digitized by Google

uendidit ecclesie s. *Johannis* predicte et dedit una cum manu sua pro liberis super altare s. *Johannis*, omnium fratrum suorum accedente consensu. — Dicta dominorum s. *Stephani.* Intendit probare capitulum s. *Stephani moguntini,* quod una huba cum attinente molendino pertineat cum omni iure ad curiam ipsorum *fronhove,* quam habent in *Nacheim* et quod rediuit ad illam per publicationem uel per emptionem. *Wolframus* aduocatus de *Nacheim* juratus et rogatus dicit, quod dicta huba et molendinum ex antiquo attinebant curie *fronhove* in *Nacheim*, sed quia iure hereditario quandoque locata fuerat extra curiam, imposita fuit ei precaria, dicit eciam, quod per emptionem factam per capitulum s. *Gereonis colcniens.,* ad quos curia tunc spectabat, rediuit ad curiam et dicit, quod antequam redierint, soluerunt curie censum. *Arnoldus amme hogerwege* consentit cum *Wolframo, Heinricus Strekebein, Cunradus Barth*, *Embricho* filius *Strekebein* consentiunt cum aliis.

Examinatis itaque et diligenter discussis attestationibus testium prescriptorum, quia sufficienter et dilucide probatum inuenimus, quod curtes seu bona ecclesie s. *Albani* in *Ebersheim, Mumenheim* et *Bertoldisheim,* et s. *Johannis* in *Mumenheim,* exceptis tantum xii. iugeribus sitis ibidem, de quibus iii. mine siliginis et ix. denarios leues nomine precarie annuatim soluuntur, libera sunt, nulli penitus obnoxia seruituti, et quod huba cum molendino attinente curie *fronhove* s. *Stephani* in *Nacheim* per publicationem ad curiam rediuit eandem, nos bona eadem et similiter bona s. *Jacobi* in *Ebersheim* et *Armesheim,* secundum quod in priuilegiis eiusdem ecclesie fuit ostensum, esse libera et ab ipso domino de *Hoenvels* et posteritate sua absque omni exactione et quolibet genere seruitutis libera esse debere in nomine domini declaramus.

Digitized by Google

Act. in claustro ecclesie *moguntine* iii. fer. prox. p. assumt. b. Marie uirginis a. d. M.CC.LXIII.

(Das Siegel iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 198.

1263 (14. Sept.). *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus. Quoniam etc. ad noticiam igitur vniuersorum cupimus peruenire, quod *Willehelmus*, custos ecclesie *wormat.*, in nostra presencia constitutus parrochiam ecclesie s. *Johannis* in *Wormacia*, jus patronatus eiusdem et quidquid iuris racione prelature sue videlicet custodie ad ipsum et successores ipsius quoad ipsum pertinebat, decano et capitulo ecclesie *wormat.* in perpetuum possidenda et in augmentacionem prebendarum suarum conuertenda consensu nostro et auctoritate interuenientibus pure et simpliciter exnunc, cum primum ea uacare contigerit, cum omni iure contulit propter deum sibi et suis successoribus in emunitate cimiterii supradicte ecclesie s. *Johannis*, secundum approbatam et hactenus obseruatam consuetudinem, decano et capitulo predictis presentem literam sigillo nostro ac dicti *Wilhelmi* custodis sigillo dedimus communitam.*)

Act. et dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXIII, in exalt. s. crucis.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 199.

1263 (16. Sept.). *B.* decanus totumque capitulum ecclesie *wormat.* vniuersis salutem. Quum *Wilhelmus* cus-

---

*) Am 29. Sept. beſtätigt der Archidiacon Walram, Probſt der Wormſer Domkirche, obige Collation. (Daſ.)

1268 (31. Mai). Gleiche Beſtätigung des Pabſtes Clemens IV. dd. Viterbii, pontif. ao. iv. (Daſ.)

Digitized by Google

tos ecclesie nostre, ad quem ius patronatus parrochie s. *Johannis* in *Wormacia* ratione prelature sue videlicet custodie pertinebat, idem jus patronatus et ipsam parrochiam s. *Johannis* nobis et ecclesie nostre contulit, nos beneficii accepti nolentes ingrati existere, damus eidem *W.* et successoribus suis custodibus potestatem conferendi duas dimidias prebendas, quas nunc tenent *Symon* sacerdos et *Wernherus* de *Menkemere*, quandocunque eas uacare contigerit in futurum, item jus patronatus ecclesie in *Vrtenheim, wormat.* diocesis, cuius pastorie presentacio ad nos spectabat, item remittimus eidem et suis successoribus custodibus iv. libras wormat., quas in coena domini persoluere, et ix. maldra siliginis, que tribus anni temporibus, videlicet in assumptione s. Marie iii. maldra et in natiuitate s. Marie iii. et in festo s. Clementis iii. maldra occasione prelature sue uidelicet custodie nobis nomine seruiciorum annis singulis soluere tenebamur, ac eundem *W.* et quoslibet successores ipsius custodes a premissis denariorum et ix. maldrorum seruiciis reddimus absolutos. Vt autem premissa firma permaneant, presentes literas sigillo episcopi *wormatiensis* prenotati in signum consensus eiusdem ac ecclesie nostre sigillo dedimus consignatas.

Act. et dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXIII, xvi. kal. octobris.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms).

№ 200.

1263 (23. Sept.). Bonitate diuina *Theodericus* episcopus *vironensis* vniuersis etc. Hinc est, quod cum nos abbatis et conuentus in *Otterburg* fratrisque *Henrici* tunc curie eorum magistri *wormat.* precibus inclinati, in eadem curia capellam et altare in honore b. virginis Marie, b. Nycolai confessoris atque s. Katerine virginis ac martiris dominica post festum b. Mauricii proxima dedicauerimus,

Digitized by Google

omnibus uere penitentibus, qui per primos continuos octo dies, deinde per tres octauas immediate subsequentes, posthec in memoriis mensualibus per primi anni circulum, demum uero in anniuersario dedicationis eiusdem ac in predictorum festiuitatibus patronorum locum annuatim uisitauerint antedictum, xl. dierum indulgentiam, accedente consensu *E. wormat.* episcopi, misericorditer elargimur.

Dat. ibidem, eodem die a. d. M.CC.LXIII, pontif. nostri ao. xvii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an roth und gelb seidener Schnur unbeschädigt an.) Orig.

№ 201.

1264 (Jan.). Nos *Ludwicus* cantor ecclesie s. *Victoris, Gerlacus, Henricus* de *Alsentzen* et *Herbordus*, eiusdem ecclesie canonici etc. Notum sit, quod nos auctoritate arbitraria a nostro capitulo in nos communiter compromissa curiam in sinistro latere ecclesie nostre sitam, quam plebanus de *Lorcha* nostre contulit ecclesie, vt in anniuersario duorum fratrum suorum, *Arnoldi* videlicet et *Wigandi*, vi. solidi denariorum colon. pro presencia singulis annis ex ea soluantur, concessimus *Voltzoni*, nostro concanonico, ad dies vite sue dumtaxat possidendam, tali pacto mediante. Idem *Voltzo* dabit singulis annis in anniuersario dictorum fratrum plebani de *Lorcha* ex ipsa curia vi. solidos predictos, item curiam suam, que erat *Ruggeri* predicatoris, dedit ecclesie nostre post mortem suam pro curia claustrali, ita tamen, quod capitulum pro ipsius *Voltzonis* anniuersario celebrando de censu eiusdem curie presenciam ordinabit, post mortem vero dicti *Voltzonis* ambe curie prenominate libere ad nostram ecclesiam reuertentur. Ceterum statuimus, *Voltzone* consentiente, quod usque ad festum s. Martini proxime nunc futurum per suam

Digitized by Google

pecuniam redditus i. marcam denariorum soluentes infra miliare sitos comparabit, quam nostra ecclesia singulis annis in festo premisso titulo proprietatis percipiet pleno iure. Si uero sepedictus *Vol.* in emptione reddituum soluencium marcam prefatam usque ad terminum prelibatum negligens extiterit vel tantam pecuniam, per quam dicti redditus valeant comparari, in erario nostro non reposuerit, extunc in crastino Martini sui fideiussores, *Henricus* de *Alsentz* et *Herbordus*, nostri concanonici, moniti a duobus eciam nostris concanonicis intrabunt simul vnum hospicium tamdiu more fideiussorio satisfacturi, donec premissa per *Voltzonem* plene et rite compleantur. Si vero alterum dictorum fideiussorum cedere vel decedere medio tempore contigerit, superstes sine monitione tamdiu satisfaciet more premisso, quousque alter ydoneus fideiussor substituatur. In cuius facti testimonium presentem contractum nostris sigillis fecimus communiri, petentes, ut *L.* nostri prepositi et nostre ecclesie dominorum quoque judicum delegatorum s. *moguntine* sedis sigilla nichilominus apponantur.

Act. a. d. M.CC.LXIV, mense januario.

(Copialbuch des Victorstifts zu Mainz.)

№ 202.

1264 (14. März). Frater *G.* prior prouincialis fratrum *heremitarum*, ordinis s. Augustini, per Alemanniam priori ceterisque dominis existentibus in monte s. *Jacobi,* ordinis s. Benedicti etc. Exigente uestra deuocione, qua deum et ordinem nostrum specialiter pre aliis ordinibus diligitis uobis, uicissitudinem cupientes rependere salutarem omnium missarum, oracionum, vigiliarum, jeiuniorum, predicacionum aliorumque bonorum, que per nostros fratres in ordine fuerint, plenariam uobis tribuimus participacionem.

Dat. *Moguncie* a. d. M.CC.LXIV, ii. idus marcii.

(Das Siegel ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Digitized by Google

№ 203.

1264 (29. Aug.). Nos *Godefridus* senior de *Eppenstein*, *Elisa* collateralis sua et *Godefridus* junior, filius eorundem, profitemur, quod cum *W.* decanus et capitulum ecclesie s. *Stephani mogunt.* predium et prouentus ecclesie sue in villa sua *Burne* cum aliarum uillarum attinencium decimis, mancipiis, siluis, terris cultis et incultis ac iuribus vniuersis, iure presentandi ad ipsam ecclesiam, dum eam pro tempore uacare contigerit, duntaxat excepto, mihi *Godefrido* seniori et *Elise* collaterali mee in solidum donec uixerimus et mihi *Godefrido* juniori, si me patre et matre mea prescriptis defunctis superstitem esse continget, alioquin *E.* filio meo laico seniori, si predictis meis genitoribus superstitibus migrauero ab hac luce, duximus concedenda, sub condicionibus hiis subscriptis, quod uidelicet de bonis ipsis per nos usualis maguntine monete in festo Epiphanie domini viii. libre et ii. plaustrate circulorum pro ligatura uasorum suorum eis *Maguncie* super litus *Reni* persoluantur in medio mensis julii annuatim ac solucionem ipsius pecunie et circulorum decreuerint sic uallandam, ut si in terminis prenotatis ipsis a nobis, que premissa sunt, non fuerint persoluta, extunc infra quatuordecim dies bona eadem ipsis et ecclesie sue uacent libera et soluta. Nos solucionem prefate pecunie ac circulorum et condicionem adiectam obseruare promittimus, obligantes nos ad id harum nostrarum testimonio litterarum. Limites quoque bonorum ipsorum, homines pertinentes eisdem ac iura conseruabimus et toto posse fouabimus ac distracta recuperabimus nostris laboribus, periculis et expensis, adiuti ad hoc a capitulo memorato quo ad censuram ecclesiasticam ope et opera diligenti. In ipsos eciam homines nullam exactionem faciemus indebitam uel insuetam et si infeodauimus bonorum ipsorum ullam partem, illam absoluemus de manibus detento-

Digitized by Google

rum. Cellerarium insuper seu alium officiatum uel alium nuncium ecclesie supradicte in predio ipso *Burne* faciemus presidere annis singulis plebicito ad eius requisitionem, siquid in bonis ipsis uel hominibus emendacione dignum inuentum fuerit uel distortum, in statum debitum reformantes.

Act. a. d. M.CC.LXIV, in decoll. b. Johannis.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№ 204.

1264 (10. Nov.). Ego *Philippus* dapifer de *Alzeia* et *Gerhardus* frater meus protestamur, quod cum *Cunradus* dictus *Moydo*, filius quondam *Cunradi Moydonis* militis de *Nerstheim*, pro se et pro filiis fratris sui querimoniam moueret contra fratres *eberbacenses*, supra curia ipsorum in *Dinheim* pro iiii. vnciis denariorum censualium, denuo proborum virorum industria et ordinacio interuenit, per quos huiusmodi querimonia est sopita penitus, sic videlicet, quod predictus *Cunradus Moydo* et filii fratris sui nec aliqui eorum heredes, super solucione prehabitarum iiii. vncearum annuatim prout requirebant pro censu soluendarum, dictos fratres deinceps nullatenus inpetent aut molestent, sed ipsos in hac parte omni libertate et commodo perenniter gaudere promittant.

Acta sunt hec mediantibus viris honestis, quorum nomina subsequntur: dominus *Cunradus* prior, *Cunradus* magister operis, *Wittegowo*, *Wer.* sindicus, sacerdotes et monachi, magister *Arnoldus*, *Cunradus* et *Marquardus*, conuersi de *Eberbach*, *Petrus* de *Winolsheim*, *Arnoldus* de *Dinheim*, milites, *Grecingus*, scabini *oppenheimenses*, *Ar.* dictus *camerarius*, *Fr.* aduocatus, *Emecho* de *Dechesheim*, *Arnoldus* frater *Sygelonis*, milites de *Nerstheim* et a. q. pl.

Digitized by Google

Dat. et act. *Oppinheim* a. d. M.CC.LXIV, in vig. b. Martini.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 205.

1264 (29. Nov.). *E.* dei gracia *wormaciensis* episcopus vniuersis etc. Noueritis, quod cum decanus et capitulum ecclesie nostre hospitali extra muros *wormacienses* vi. iugera vinearum in loco, qui dicitur *Nuwesat,* contulerint, et *Willehelmus*, custos eiusdem ecclesie nostre, dampnum ad duas amas vini ex collacione tali ratione decime sue, quam in predicto loco habere dinoscitur, secundum iuramentum rusticorum s. *Michahelis* extra iam dictos muros *wormacienses*, singulis annis incurrerit, de nostro, decani et capituli predictorum et ipsius custodis consensu taliter extitit ordinatum, quod de prefato hospitali custodi prenotato et suis successoribus singulis annis in restaurum dampni memorati dabuntur due ame vini communis, prout de decima in prefato loco et eciam in loco, qui dicitur *Kadeloch*, haberi consueuit.

Dat. a. d. M.CC.LXIV, iii. kalendas decembris.

(Das Siegel des Bischofs ist abgefallen, das des vorg. Custos hängt noch zum Theile an.) Orig.

№ 206.

1265. *Sifridus* dei gratia prepositus, *Ludowicus* decanus, totumque capitulum ecclesie *moguntine* etc. Constare igitur volumus, quod *Agnes* femina religiosa, relicta quondam *Wernheri* de *Schornsheim* militis, et pueri sui, videlicet *Dudo* clericus et *Landrudis* filia sua, vniuersa bona sua inmobilia, que habent in *Olmene inferiori*, scilicet in pratis ii. iugera et dimidium, in vineis i. iugerum francum, in agris vero in vno campo li. jugera et in alio

Digitized by Google

campo xlii. iugera, de quibus bonis census huiusmodi soluitur annuatim, scilicet domino nostro archiepiscopo in festo b. Martini ii. vncie et xii. denarii moguntini et tantum in pascha, item in festo b. Martini domino archiepiscopo, quod dicitur *dischwin*, xxviii. denarii et obulus maguntini, domino preposito *maguntino* in ipso festo b. Martini xxx. denarii moguntini minus iii. obulis et in pascha tantum, ecclesie in *Olmene* ii. libre olei in ieiunio et ii. denarii moguntini ad s. *Nycomedum* et precaria domino nostro archiepiscopo semel in anno nouerit introducta. Item bona sua in *Olmene superiori*, que *Arnoldus* et *Hartlibus*, fratres dicti *Sallici*, per decennium obtinebunt, et infra assumptionem et natiuitatem b. Marie nobis annuatim persoluent de ipsis xx. maltra siliginis maguntine mensure suis expensis *Maguntie* presentanda, de quibus inquam bonis census huiusmodi solui debent domino nostro archiepiscopo ii. vncie et dimidia et ii. denarii moguntini et capitulo s. *Victoris* xi. denarii et i. obulus maguntinus, quos census coloni expedient, qui pro tempore coluerint bona ipsa. Item de eisdem bonis ii. cappones, quos soluet *Conradus* de *Olsheim*. Item bona sua in *Schornsheim*, que habebit tribus (?) miles iure hereditario, qui de hiis xx. maldra siliginis predicte moguntine mensure nobis annuatim persoluet, in ipsa villa *Schornsheim* presentanda. Item bona sua in *Badinheim*, de quibus *Guda* vidua et heredes eius, qui ea iure hereditario possidebunt, x. maltra siliginis moguntine mensure annis singulis nobis soluent infra natiuitatis et assumptionis b. virginis duo festa, et ea suis expensis *Moguntie* presentabunt, animarum suarum consulentes saluti, ecclesie nostre perpetuo in capitulo nostro communicata manu publice contulerunt, acceptatis nobis de omnibus bonis predictis annis singulis cxx. maltra siliginis maguntine mensure et iii. saccis auene nomine pensionis, quam pensionem ipsis infra natiuitatem b. Marie virginis persoluemus. Eadem

Digitized by Google

etiam *Agnes* puerique sui predicti pro animarum suarum suffragio prouide et salubriter statuerunt, quod postquam ab hac luce migrauerint, in cuiuslibet anniuersario xx. maldra siliginis nomine pitancie debent distribui et de pensione prehabita defalcari. Percipient etiam ab ecclesia nostra sepulturam et omnia ecclesiastica sacramenta, in quacumque parrochia haberint mansionem. Specialiter autem contulerunt nobis et ecclesie nostre curiam suam in *inferiori Olmene* sitam cum horreo, caminata lapidea, orto cellario et pomerio, ut in recompensationem talium possessionum prouideamus ipsis infra biennium in ciuitate *maguntina* de honesta et eis commoda mansione prout nos decet et ipsos ad vite eorum tempora possidenda et in hiis duobus annis tantum dimidiam marcam anno quolibet demus ipsis, postquam autem omnes tres sublati fuerint de medio, quos in confraternitatem nostram et in communionem omnium benefactorum nostrorum tam in vita quam in morte recepimus, ecclesia nostra a prestatione premisse pensionis erit libera et soluta. In euidentiam igitur omnium premissorum presentes litteras nostri et judicum ecclesie notre sigillorum munimine fecimus communiri a. d. M.CC.LXV.

(Mainzer Copialbuch).

№ 207.

1265 (28. Juni). *C.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* recognoscimus, quod nos de communi consilio et consensu decimam annone in campis ville *Hechedesheim* ecclesie nostre capitulo pertinentem decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine*, ad quos maior decima pertinere noscitur, perpetuo locauimus, pro huiusmodi annua pensione annis singulis, non obstante iactura grandinis uel exercitus si euenerint, dabunt nobis xxx. maldra siliginis maguntine men-

Digitized by Google

sure et pro vinicopio xx. denarios moguntinos, annonam autem assignabunt nobis infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis super ecclesie nostre granarium in monte s. *Victoris* aut *Moguncia* in curiam quamcunque ecclesie nostre cellerarius infra iam dicta duo festa b. Marie virginis ad hoc eis nominauerit, suis laboribus et expensis. Si uero iam dictus cellerarius infra festa eadem locum certum ipsis aut eorum cellerario non deputauerit, in quo dictam pensionem nobis assignari uelimus, extunc eam in ecclesie ipsorum granario recipere tenebimur nostris laboribus et expensis. Nos decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.* confitemur, prenotata omnia inter nos ac predictos decanum et capitulum ecclesie s. *Victoris*, sicut presens scriptum continet, esse acta.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXV, in vig. b. apost. Petri et Pauli.

(Die Siegel der Ausſteller und der Mainzer Richter hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 208.

1265 (17. Juli). *Conradus* decanus et capitulum s. *Johannis magunt.* constare uolumus, quod nos domum quandam attinentem nostre ecclesie, que in wlgari *ad nouum lobium* appellatur, *Reinhero* institori et vxori sue *Goste* concesseramus ad perpetuum uite sue, ita, quod eandem domum ad v. marcas emendare debebant et x. solidos maguntinos dare in censu, v. in festo b. Johannis baptiste et v. in natiuitate domini annuatim. Postmodum quia in emendacione domus illius addiderunt alias v. marcas, promisimus eis memoriam in anniuersario eorum ab ecclesia nostra, cum decesserint ab hac uita, summa prioris census nichilominus remanente. Postmodum uero ad instanciam proborum uirorum unanimiter in hoc consensimus, quod *Elizabeth,* vxor

Digitized by Google

eiusdem *Reinheri,* quam nunc habet, domum eandem sub censu prefato, si ipsa dictum *Reinherum* suum maritum superuixerit, uite sue temporibus obtinebit et nichilominus eorum pueri, quos nunc habent, scilicet *Reinherus, Wernherus, Heinricus Adelheidis, Elizabeth* et *Gerdrudis,* post obitum ipsorum domum eandem quolibet anno v. solidis denariorum magunt. superadditis censui memorato uite ipsorum temporibus si uoluerint obtinebunt, domo eadem in ea bonitate ad minus, qua iam consistit, in posterum perdurante, ita, quod ipsam altius non extollant. Hoc eciam sane prouiso, quod a festo b. Martini in antea nec ipse *Reinherus* nec vxor sua siue prenotati pueri eorundem uel alii qualescunque nomine eorum inhabitantes, ipsam domum in ea forum aliquid vini, cereuisie, ouorum, caseorum, salsuciorum aut alterius cuiuscunque generis aliquatenus exercebunt nec inhonesta aliqua exercebuntur ibidem et non solum hoc in domo predicta, sed eciam in uniuersis domibus a capella s. *Michahelis* usque ad curiam dictam ad *Ruzworm* in area, que *Lichhof* wlgariter dicitur, constructis uel eciam construendis perpetuo obseruabunt. Ceterum post obitum predictorum *Reinheri* et *Elizabeth,* vxoris sue, ac ipsorum puerorum prescriptorum memorata domus ad nostram ecclesiam redibit nec heredes ipsorum in ea sibi iuris aliquod usurpabunt.

Act. a. d. M.CC.LXV, xvi. kalendas augusti.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an, das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 209.

1265 (16. Sept.). *H.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.* constare uolumus, quod nos curiam nostram sitam ex opposito curie, que wlgariter *Cygenere* dicitur, quam *Folgnandus* plebanus de *Bekelnheim* ob honorem b. Marie et in remedium salutis

Digitized by Google

anime sue nostre ecclesie contulit, ad ipsius *F.* plebani preces concessimus *Cristine* et filie eius *Elizabeth*, post dicti plebani obitum, uite ipsarum duntaxat temporibus possidendam pro annuo censu, videlicet iv. solidorum colon. denariorum in festo b. Martini annis singulis soluendorum. Eedem eciam, quicquid emendandum in dicta curia fuerit, suis expensis et sumptibus emendabunt, hoc adiecto, ut quandocunque prefate due persone, scilicet *Cristina* et filia eius *Elizabeth*, de uite medio fuerint sublate, ut predicta curia, excluso quouis heredum ipsarum, ad nostram redeat ecclesiam disponenda pro nostre arbitrio uoluntatis. Item eciam plebanus prenominatos iv. solidos colon. et quidquid de dicta curia post obitum ipsarum personarum amplius prouenire poterit, in beneficium consolacionis fratrum ecclesie nostre in suo anniuersario in memoriam obitus sui ipsis fratribus presentibus distribuendos nomine presentie ordinauit.

Act. *Moguntie* fer. iv. prox. p. exaltacionem s. crucis, a. d. M.CC.LXV.

(Die Siegel der Mainzer Richter sowie des Liebfrauenstifts daselbst hängen beschädigt an.) Orig.

№ 210.

1265 (Oct.) Nos *Philippus* de *Minzenberg* et *Wernerus* de *Valkenstein*, fratres, profitemur, quod nos ob reuerenciam virginis gloriose et in remedium animarum nostrarum abbatem et conuentum monasterii *eberbacensis* a solutione dimidie ame vini, quam nostri officiati nobis debere dicebant de bonis quondam *Hartmudi* denasati in *Dinheim* ex obitu dicti *Hartmudi* ad ipsos deuolutis et ab eisdem abbate et conuentu aliquociens exegerunt, liberos in perpetuum esse volumus, mandantes et districte precipientes vniuersis nostris officiatis, qui nunc sunt uel pro tempore fuerint, ne prefatos abbatem et conuentum super

Digitized by Google

solucione dicti vini presumant in posterum aliquatenus impetere.

Dat. a. d. M.CC.LXV, mense octobris. Testes sunt: *Wernerus ringrauius* cognatus noster, *Petrus* de *Winoltsheim* miles et *Johannes* noster dispensator.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 211.

1265 (8. Oct.). Nos *Ludowicus* de *Ysinburg* constare cupimus, quod dominis *maioris* ecclesie *moguntine* quartam partem decime vini, quam in *Pigwia* habuimus, pro cxx. marcis vendidimus colon. denariorum, quibus *Gerlaci* nostri fratris patentes litteras huic vendicioni consentaneas in manus magistri *Eberwini* de *Cronenberg* loco capituli ante natales domini promisimus presentare, quod si non fecerimus nos *Ludowicus* cum duobus militibus, *Reynhardus* de *Hagenauwe*, qui super eo fideiussit, etiam cum duobus militibus, *Franko* de *Morle*, *Roricus* et *Conradus* dictus *Knebel*, si a dominis capituli ammoniti fuerimus, ciuitatem Frankenford intrabimus, fideiussorie commesturi, inde non exeuntes, donec dictis nostris dominis has litteras presentemus, super quo eciam in testimonium ipsis has damus litteras sigillorum nostri et *Reinhardi* de *Hagenauwe* munimine consignitas. *)

Acta sunt hec apud *Frankenford* a. d. M.CC.LXV, in crast. Sergii et Bachi mart.

(Mainzer Copialbuch.)

---

*) Am 10. Oct. deſſelben Jahres gibt der Vater des obg. Ludwig von Iſenburg, nämlich Heinrich von Iſenburg, ſeine Einwilligung zu vorſtehendem Verkauf. (Mainzer Copialbuch.)

An demſelben Tage beſtätigt Erzbiſchof Wernher von Mainz, als Lehnsherr, dieſen Kauf. (Daſ.)

Digitized by Google

№. 212.

1266 (Febr.). Nos *Eberhardus* camerarius, *Hermannus* scoltetus, iudices, consilium et vniuersi ciues *maguntini* constare cupimus, quod cum *Henricus* dictus *Paris* de *Triburio* medietatem curie, que dicitur *zum Flozze*, *Maguntie* site, sibi attinentem, decano atque capitulo *maioris* ecclesie *Maguntie* pro quadam summa pecunie uendidisset, et ipse *Henricus*, communicata manu sue vxoris, eam secundum ius et consuetudinem *maguntine ciuitatis* ipsis dominis et ecclesie coram iudicio resignasset, postmodum iidem domini eandem curie medietatem ipsi *Henrico* et vxori sue et vni heredum suorum tantummodo successiue concesserunt iure hereditario perpetuo possidendam, ita, quod ipsi et singuli heredes ipsorum successiue, qui pro tempore curiam eandem obtinuerunt, annis singulis in messe infra assumptionem et natiuitatem b. virginis vi. maldra siliginis et vii. tritici, maguntine mensure, ipsis dominis et ecclesie *maguntine* de eadem nomine census soluant. Quandocumque autem hoc facere neglexerint, post exhibitionem eiusdem curie ad tres quindenas coram seculari iudicio ab ipsis dominis *maguntinis* publice factam, si necdum ipsis census debitus persolutus fuerit, ipsa curia ad eos ex tunc et ad ecclesiam *maguntinam,* omni contradictione remota, redibit libera et soluta. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum ciuitatis *maguntine* duximus apponendum.

Act. a. d. M.CC.LXVI, mense februarii.

(Mainzer Copialbuch.)

№. 213.

1266 (11. Febr.). Nos *Philippus* senior de *Falkinstein*, *Phi.* et *Wern.*, nati eiusdem, recognoscimus, quod cum quartam partem totius decime in *Pigwia* vna cum

Digitized by Google

patruelibus nostris de *Bollandia* hactenus tenuerimus ab ecclesia *maguntina* titulo feodali, capitulum ipsius ecclesie *moguntine* mediam partem eiusdem quarte partis, que nobis cedebat, cum percepcione duarum karradarum vini, vnius franci et alterius hunici, quas hactenus percepimus de totali quarta parte eiusdem decime, a nobis redemit pro certa pecunie quantitate, nosque cedimus ipsi capitulo omne ius nostrum in feodo memorato, promittentes renunciare eidem et consensum domini nostri archiepiscopi super cessione nostra huiusmodi impetrare. Promittimus etiam ipsi capitulo prestare warandiam ipsius decime et percepcionis ipsarum duarum karradarum, preterea quia partem nostram ad certos annos obligauimus cuidam ciui *pigwensi*, promittimus etiam eandem partem nostram infra hinc et festum pasche proximum ab ipso ciue penitus liberare, ita, quod in messibus et in autumpno proxime affuturo fructus ipsius partis nostre integre capitulum recipiet memoratum. In euidentiam igitur omnium premissorum presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari.*)

A. d. M.CC.LXVI, iii. idus februarii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 214.

1266 (26. Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis protestamur, quod decanus et capitulum ecclesie s. *Johannis mogunt.* apud *Balzonem* de *Ebbersheim* v. iugera et dimidium sita in *Bercdal amme rade wege*. i. iugerum et dimidium *offe deme hundis vrgange*, iii. iugera et duale ibidem, *offe deme Rilbuhele* i. iugerum, superius in uilla *amme sezelinge* i. iugerum, *amme luzele an zaren*

*) Am 17. Febr. deſſelben Jahres gibt Erzbiſchof Wernher von Mainz ſeine Einwilligung hierzu. (Mainzer Copialbuch.)

Digitized by Google

heimere wege ii. iugera, pro vi. marcis, quam idem se recepisse ab eis in nostra presentia recognouit, emptionis titulo compararunt et dictus *B.* predicta iugera ab omni exactione libera et immunia coram nobis in figura iudicii resignauit, sicut et resignacionem huiusmodi coram iudicio seculari in *Ebbersheim* cum sollempnitate debita secundum consuetudinem uille fecisse dinoscitur, prout coram nobis publice est confessus. Ipse uero *B.* siue successores sui soluent censum annuum curie monasterii s. *Albani* et bona eadem ut fertilia maneant modo debito excolent. Siquidem si ex parte domini . . . de *Hohinvels* uel aliquorum per extorsionem precarie uel alias dampnum contigerit irrogari, hec non in ecclesiam s. *Johannis* predictam, sed in eosdem penitus redundabit. preterea sepedictus *B.* bona eadem indiuisa iure hereditario possidebit, ita, quod ipse uel heres suus senior vii. maltra siliginis claustralis mensure infra assumptionem et natiuitatem b. virginis singulis annis ante hostium ipsius ecclesie expedite sine qualibet difficultate persoluat sub suo periculo et expensis, quod si in solucione huiusmodi negligentes extiterint, prescripta bona ab ipsis ad dictam ecclesiam libere reuertentur.

Act. a. d. M.CC.LXVI, iii. kalendas marcii.

(Das Siegel der Aussteller hängt sehr beschädigt an.)

Orig.

№ 215.

1266 (13. März). *Eberhardus* dei gracia cantor *magunt.*, ecclesie s. *Marie in campis* prepositus, vniuersis cupimus esse notum, quod decanus et capitulum dicte ecclesie emerunt apud vasallum nostrum cognominatum *Fedderwisch* feodum siue pensionem xv. maldrorum siliginis annuatim in *Souernheim* de nostra decima soluendorum, verumtamen idem *Vederwiss*, ut sibi uellemus uendicionem huiusmodi indulgere, quosdam agros de sua pro-

Digitized by Google

prietate in villa *Vluersheim*, videlicet iii. jugera et medium sita *offe Cranesberg*, item ii. et dimidium sita in loco, qui vocatur *anwendere, die gent ubir den slideweg*, taxata a juratis ibidem ad valorem xx. librarum hallensium, publice resignat coram viris discretis, videlicet *Conrado* de *Lorzwile*, *Heinrico Clur*, *Gelfrado*, militibus, necnon coram vniuersitate eiusdem uille, recipiens extunc a nobis eosdem agros nomine feodi in recognitionem homagii. Preterea quidquid impedimenti ex parte fratris sui ortum fuerit, ipse tollet super eo ad condigne cautele subsidium, dans sponsores *Conradum* antedictum et *Ingebrandum*, milites, qui ad tollendum se bona fide firmiter obligarunt. Nos igitur promittimus, quod illa xv. necnon alia xx. maldra hactenus eidem capitulo assignata prouidebimus annuatim per nostros decimarios efficaciter expediri.

Act. a. d. M.CC.LXVI, in crast. b. Gregorii.

(Gesiegelt haben die Aussteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Liebfrauenstifts im Felde zu Mainz.)

№ 216.

1266 (14. März). Nos *Wernherus* et *Philippus*, fratres de *Bollandia*, recognoscimus, quod cum quartam partem tocius decime in *Pinguia* hactenus tenuerimus ab ecclesia *maguntina* titulo feodali, capitulum ipsius ecclesie *maguntine* ipsam quartam partem a nobis redemit pro certa pecunie quantitate, nosque cedimus ipsi capitulo omne ius nostrum in feodo memorato et ei renunciamus omnino, promittimus eciam ipsi capitulo prestare warandiam decime supradicte et illam dimidiam carradam vini, quam *Heinricus* dictus *Scholre* miles a nobis tenet in feodo, infra hinc et natiuitatem b. Marie virginis nunc instantem tam ab ipso *H.* quam ab eo, cui obligauit eandem, penitus liberare, ita, quod in messibus et in autumpno proximo affu-

Digitized by Google

turis fructus ipsius decime integre capitulum recipiet memoratum.

A. d. M.CC.LXVI, ii. idus marcii.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 217.

1266 (11. April). *H.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.* Nouerint vniuersi, quod nos domum nostram, sitam apud vicum iuxta domum fratrum ordinis s. *Augustini* in *Moguntia, Giselberto* et vxori eius *Irmengardi*, ciuibus *mogunt.*, ad dies uite ipsorum duntaxat, et vni seniori puerorum eorundem, quem simul genuerint, si quis post obitum utriusque predictorum superstes fuerit, pro annuo censu vi. solidorum mogunt. denariorum et i kappone certis temporibus soluendorum concessimus. Horum denariorum in festo b. Michaelis iii. soluent solidos et kapponem, reliquos uero iii. solidos pridie kalendas aprilis. Omnia eciam, que circa ipsam domum edificanda et emendanda fuerint, predicti *G.* et vxor eius *Ir.* necnon senior puer eorundem suis sumptibus edificabunt. Hiis autem tribus mortuis, sepedicta domus ad nostram redibit ecclesiam.

Act. *Moguntie* a. d. M.CC.LXVI, iii. idus aprilis.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt unverſehrt an, das der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 218.

1266 (4. Oct.). I. n. d. e. i. t. a. Ne ea, que geruntur etc. Noscant igitur, quod ego *Emircho*, magister coquine domini *Wernheri*, archiepiscopi *maguntini*, vniuersa bona mea, que in villa *Bracenheim* et eius terminis possedeo, *dominabus penitentibus* ordinis s. *Marie Mag-*

Digitized by Google

dalene et earum monasterio in *Moguntia* post obitum meum, precipue propter deum ac anime mee salutis intuitu, taliter confero, quod in perpetuam mei memoriam conuentui eiusdem monasterii singulis annis in singulis quatuor festis precipuis b. Marie virginis ii. maldra siliginis ad presenciam, item per totum aduentum in quolibet sabbato i. maldrum siliginis ad presenciam, item in natiuitate domini ii. maldra siliginis, item per totam quadragesimam quolibet sabbato i. maldrum, item in die pasche ii. maldra, item in ascensione domini ii. maldra, item in die penthecostes ii. maldra, item in die b. Marie Magdalene ii. maldra tritici et iii. maldra siliginis, item in festo b. Katherine ii. maldra siliginis, item in anniuersario meo iii. maldra tritici et iv. maldra siliginis, de bonis predictis perpetuo debeant pro solacio ministrari, ii. eciam maldra siliginis pro duabus candelis in anniuersario meo, item iv. maldra siliginis pro refectione infirmarum dominarum eciam conferentur, hec sane interposita pactione, ut quencumque id, secundum quod promissum est, non fuerit adimpletum, predicta bona ad potestatem et dominium *maioris* ecclesie *moguntine* deuoluta esse continuo censeantur. Item de bonis meis in *Selenwort* taliter eciam dispono, quod de bonis eisdem sacerdoti de ordine b. Marie Magdalene uel alteri sacerdoti, quem dominus decanus *moguntinus* instituerit in predicta domo *sororum penitentium mogunt.* ad altare s. *Katherine*, quod eciam de meis expensis ibidem construetur, celebranti x. maldra siliginis annis singulis perpetuo ministrentur, de residuo autem, quod de bonis ipsis prouenerit, per instantes quatuor annos post obitum meum predictum altare s. *Katherine* construetur et post hec ad usus necessarios eiusdem domus in *Moguntia* ipsum residuum conuertetur. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo predicti domini *S.* decani *mogunt.* vna cum appensione sigilli mei et *H.*

Digitized by Google

de *Ockenheim* sigillo, manufidelium meorum, pecii communiri.

Act. a. d. M.CC.LXVI, iiii. nonas octobris.

(Die Siegel ſind ſämmtlich abgefallen.) Orig.

№ 219.

1266 (15. Oct.). Nos *Philippus* dictus de *Hoinvels* notum esse cupimus, quod ortum necnon duas domos quondam *Wernheri,* quondam filii *Helmberti,* in *Wizenowin* sitas, domino *Volkmaro* plebano s. *Marie* in *Vdenmunstere Moguntie* dicte de *Wizonowin* pro debitis, in quibus eidem plebano tenebatur pignori, in presencia nostri dapiferi et sculteti eiusdem loci et aliorum quam plurimorum obligatas, ob specialem amorem et deuocionem et suorum cognatorum iam dicti plebani huiusmodi obligacionem gratam et ratam habentes. Licet iam dicte possessiones medietatem vix precii valuerint quam fuerint comparate, sub hac forma, vt iam dictus plebanus sub eodem censu prenominatas possessiones iure hereditario absque omni dubitacione, scrupulo et cauillacione in posterum quiescente debeat possidere. Preterea et aream sitam inter domum *Theoderici* quondam dicti abbatis et domum *Cristiani* bone memorie, quam sepefatus plebanus a *Nicholao*, filio quondam *Ernesti* militis, comparauit, ipsum videlicet plebanum quiete et pacifice uolumus absque omni contradictione, eo iure, quo emit, possidere, non obstante eo, quod nobis suggestum fuerit, nos ius in eadem area habere, cum eius contrarium ex ueredica relacione intellexerimus.

Dat. a. d. M.CC.LXVI, in vig. b. Galli conf. et abb.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt ſehr beſchädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 220.

1266 (10. Dec.). *H.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.* Nouerint vniuersi, quod nos curiam nostram dictam ad *Dilledop* sitam apud *Rachen* concessimus *Heinrico* dicto *Sleedorn*, ciui *mogunt.*, ad perpetuum vite sue duntaxat, necnon *Frumehildi*, vxori ipsius *Heinrici*, et heredibus *Frumehildis* iure hereditario possidendam, pro dimidia marca colon. denariorum in festo b. Bartholomey annis singulis persoluenda, hoc adiecto, quod duobus predictis videlicet *Heinrico* et *Frumehilde* mortuis, vnus heredum ipsius *Frumehildis*, quicunque inter ipsos heredes senior fuerit successiue, sit in iure et potestate prefate curie pro censu annuo, iidem eciam dictam curiam conseruabunt, reedificabunt et suis expensis facient meliorem.

Act. a. d. M.CC.LXVI, iv. idus decembris.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt gut erhalten an, das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 221.

1267 (27. Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod honorabiles uiri s. *Stephani* et s. *Johannis* ecclesiarum *moguntinarum* decani et capitula earumdem duo iugera ortorum sita iuxta ecclesiam b. *Petri* aput *Moguntiam*, que bone memorie *C.* decanus s. *Johannis* predicti ipsis communes pro salute sue anime noscitur contulisse *Heinrico* ortulano dicto de *Lubinheim* ac *Crisine*, uxori sue, et heredibus eorundem concesserunt iure hereditario obtinenda, de quibus viii. solidos et vi. denarios colon. ipsis ecclesiis equaliter partiendos infra b. Martini et b. Andree festa annuatim persoluent, hiis conditionibus interiectis, ipsi orti manebunt penitus indiuisi et post obitum dictorum *H.* et *C.*, uxoris sue, ad duos seniores heredes

Digitized by Google

orti huiusmodi deuoluentur et hii ab ipsis ecclesiis modo simili ipsos ortos recipient et obtinendos inantea recognoscent, necnon dictos ortos modo debito excolent ac modis debitis emendabunt, et eos inuitis dictis dominis nullatenus poterunt resignare.

Act. iii. kal. martii a. d. M.CC.LXVII.

(Die Siegel der vorg. Kirchen hängen wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 222.

1267 (17./24. April). Nos frater ***Walterus*** dictus abbas totusque conuentus montis s. ***Dysibodi*** etc. constare uolumus, quod cum ***Jacobus***, canonicus s. ***Martini wormat.***, curiam suam, quam inhabitat, cum domibus adiacentibus omni spacio et iure, quo ipse eam possedit, cum xv. vnciis denariorum wormat. in apoteca sita in inferioribus apotecis, quam ***Godebertus*** apotecarius et sui heredes hereditarie possident, singulis annis recipiendis pro remedio anime sue et omnium parentum suorum libere contulisset et coram ***Eberhardo*** episcopo ***wormaciensi*** resignasset nobis et nostre ecclesie post mortem ipsius *J.* perpetue possidenda, nos, ne tanti beneficii uideamur ingrati, ipsam curiam cum vnciis predictis ad tempora uite sue concedimus pro ii. denariatis cere in festo purificationis b. uirginis exinde singulis annis nobis persoluendis. Nos eciam promittimus et obligamus, quod in vno altari in monasterio nostro specificato missam de defunctis pro remedio ipsius et omnium parentum suorum animabus procurabimus perpetuo celebrari, exceptis diebus, quibus pro defunctis non licet celebrari et ipsius anniuersarius a nobis celebrabitur perpetuo solempniter, quo die nos et nostri confratres refectionem habebimus de ii. libris treuerens. denariorum, que dabuntur de curia dicti ***Jacobi*** annuatim. De xv. uero vnciis antedictis frater uel conuersus noster, qui in ipsa curia residens fue-

Digitized by Google

rit, post mortem domini *J.* antedicti quolibet anno in quadragesima tribus diebus in septimana cum pane, vino et allectiis pascet tredecim pauperes. Preterea promittimus, quod ipsa curia per nos et nostros successores nullatenus diebus uendi nec alienari, sed integra ecclesie nostre reseruari.

Dat. a. d. M.CC.LXVII, infra octav. pasche.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 223.

1267 (18. Mai). Nos *Agnes* abbatissa et conuentus sanctimonialium s. *Agnetis* supra hospitale *mogunt.* protestamur, quod nos domum nostram contiguam domui fratrum ordinis b. *Augustini* sitam sub arbore *Wernhero* et *Cunrado* ad dies vite sue concessimus pro iv. solidis et vi. denariis magunt. annuatim soluendis, quos in festiuitate s. Martini persoluent, alioquin dicta domus ad nos libere deuoluetur. Si predicti *Wernherus* et *Cunradus* necessitate compulsi eandem domum vendere voluerint, conuentui primo offerent et si conuentus emere noluerint, potestatem habeant, quibus ipsis vendere voluerint. Dictam enim domum in edificiis taliter obseruabunt, ne ruinam patiatur et ne census in ipsa minuetur, sub hoc pacto, quod post mortem eorum dicta domus predicto claustro libere cedat.

Dat. a. d. M.CC.LXVII, xv. kalendas junii.

(Copialbuch des Augustinerklosters zu Mainz.)

№ 224.

1267 (1. Sept.). *Th.* decanus totumque capitulum b. *Martini* in *Pinguia* recognoscimus, quod *Mathias* concanonicus noster iuger vnum vinee ad prebendam suam pertinentis, situm in inferiori parte vinee, que *Anselmi* sculteti olim fuit, pro altero iugere vinee, site iuxta vineam

Digitized by Google

dictam *gere*, que est filiorum *Th.* dicti *Thuris*, ciuis *pinguensis*, domino abbati et conuentui in *Eberbach* in concambio dedit, nostro et eorum consensu omnium accedente, dantes ipsis presentes litteras sigillo capituli nostri sigillatas in testimonio super eo.

Act. *Pinguie* a. d. M.CC.LXVII, kal. septembr.

(Das Siegel hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 225.

1267 (12. Nov.). *Widekindus* de *Nuwinburg* canonicus *moguntinus*, *pinguensis* ecclesie prepositus, cupimus esse notum, quod vniuersos et singulos redditus, tam in vino, frumento, capponibus et officio archipresbyteratus, de quo nobis vi. marce hactenus soluebantur, ac aliis omnibus prepositure nostre *pinguensi* attinentibus decano et capitulo *pinguensi* ad dies vite nostre pro xx. marcis denariorum colon. ad duos terminos, videlicet in festo b. Martini x. marcis et in festo b. Walpurgis x. marcis singulis annis in omnem euentum nobis exsoluendis, concessimus nomine pensionis, qui denarii nobis personaliter uel nuncio nostro, habenti super hoc litteras sub sigillo nostro, *Pinguie* presentabuntur. Idem quoque nuncius in expensis capituli in domo decani iacebit, quousque de dicta pecunia plenarie sit peragatus.

Dat. *Maguntie* in crast. Martini a. d. M.CC.LXVII.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgeschnitten.) Orig.

№ 226.

1268 (20. Febr.). *C.* decanus, *E.* scolasticus totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus* in *Maguncia* constare uolumus, quod bone memorie *Conradus* dictus de *Humil*, olim ecclesie nostre canonicus, l. marcis et ii. de-

Digitized by Google

nariorum colon., quas ad hoc in extremis mediantibus suis manufidelibus deputauit, prouide procurauit, quod ob amorem necnon honorem gloriose uirginis Marie ad unam harum antiphonarum salue regina, tota pulcra es et alma redemptoris mater, omni sabbato aut quarta feria, cum in sabbato commode fieri non poterit, post completorium decantandam unanimi consensu nos et nostros obligauimus in perpetuum successores, statuentes, ut predicte antiphone decantande hoc ordine assumantur. Primo cuiuslibet noui anni sabbato salue regina, sabbato secundo tota pulcra es et tercio alma redemptoris mater, sicque eodem ordine per totius anni circulum repetantur. Statuimus eciam, ut ebdomadarius primam inponens antiphonam super psalmos post completorium unam predictorum antiphonarum inponat, que iuxta prenotatum ordinem sue competit septimane. Ceterum ne desides sed alacres ad exhibendum huiusmodi seruicium gloriose virgini accedamus, pro lii. marcis denariorum colon., quas a supradicti *Conradi* manufidelibus post eiusdem obitum recepimus, de granario nostre elemosine dabitur ad presenciam omni sabbato siliginis maldrum unum, cuius precium inter canonicos et sacerdotes in ecclesia nostra socios diuidetur eodem modo, quo alie de festis presentie diuiduntur.

Act. a. d. M.CC.LXVIII, x. kalendas marcii.

(Die Siegel der Mainzer Richter, sowie des vorg. Capitels hängen an grün seidener Schnur unversehrt an.) Orig.

№ 227.

1268 (25. Febr.). *Wer.* decanus ecclesie s. *Martini wormat.* recognosco, quod ego xviii. maldra annone, que monachus in *Horgehem*, filius *Bertoldi* militis de *Bokkenheim*, soluit annuatim de bonis, que comparaui a quodam milite de *Dirminstein* dicto *Starce* nunc defuncto,

Digitized by Google

iiii. jugera vinearum in *Alsheim* et xii. maldra siliginis in *Rokkesheim*, iiii. jugera vinearum in *Westouen* empta pro utilitate ecclesie s. *Martini* et pro remedio mee anime. Predictorum bonorum collacionem mihi reseruaui, pure contuli et propter deum *Johanni* cognato meo sub hoc modo, quod prefatus *Johannes* pro reditibus supradictis quamdiu vixerit tamquam uicarius deseruiat ecclesie memorate, fructum vero predictarum vinearum in *Westouen* et xii. maldrorum in *Rokkesheim* mihi uolo ministrari ad terminum mee vite, postquam vero uniuerse carnis viam ingressus fuero, predictum beneficium ex addicione predictorum bonorum aucmentabitur, quorum fructum recepi ad terminum mee uite. Vt autem predictorum collacio rata maneat, presentem litteram mei sigilli et sigillo capituli, sigillo domini episcopi et sigillo omnium ecclesiarum duxi roborandam, collacione dicti beneficii decano et capitulo ecclesie mee prehabitis in perpetuum remanente.

Dat. a. d. M.CC.LXVIII, dom. inuocauit.

(Sämmtliche Siegel hängen unverſehrt an.) Orig.

№ 228.

1268 (5. März). Ivdices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Arnoldus* miles de *Mumenheim* et *Conegundis*, uxor sua, in nostra constituti presencia vna cum heredibus et amicis suis publice sunt confessi, se capitulo ecclesie s. *Marie in campis maguntine* x. maldra dure siliginis, maguntine mensure, pro summa certa pecunie uendidisse et idem *Arnoldus* et *C.*, uxor sua, pro dicta annona xx. iugera de proprietate sua circa *Mumenheim* sita, videlicet in campis uersus *Maguntinam* apud vineam, que dicitur *cloppenberg*, vi. jugera, apud viam uersus *Haruesheim* ii. jugera, que extendunt ad pontem, item apud viam, que dicitur *herstraze*, iuxta salices i. jugerum duale *zugemerke*,

Digitized by Google

apud *Fridericum* de *Flersheim* dimidium jugerum, duale apud uiam *Lorzewilre* iuxta militem dictum *Rube*, item in secundo campo uersus *Oppenheim an der holen gewande* iii. jugera ex utraque parte aqud feodum, item *an der holen gewande* iugerum et dimidium apud dominos de s. *Johanne* et *Arnoldum* militem de *Biblenheim*, apud viam, que dicitur *herstraze*, duale iuxta *Fridericum* dictum *Stellewangen*, duale apud *Berkirheim* iuxta *Johannem*, filium *Arnoldi* de *Biblenheim*, ibidem apud *Conradum Longum* duale et apud *hohemerewege* duale memorato capitulo obligarunt. Ad maiorem cautelam dictus miles et vxor sua una cum heredibus et amicis eorum promiserunt, quod predicta iugera unus heres post eorum obitum possidebit et manebunt ex tunc perpetuum indiuisa. Preterea antedictam annonam infra assumpcionem et natiuitatem b. virginis singulis annis ad quamcumque domum dictum capitulum decreuerit *Maguntie* presentabunt sub eorum periculo, laboribus et expensis, nec non spontanee elegerunt, quod si in parte uel in toto neglexerint hec premissa, iugera prescripta cedent capitulo memorato libere et quiete. Testes sunt: *Euerhardus* prepositus prefate ecclesie, *Johannes* plebanus in *Mumenheim*, *Arnoldus* miles de *Biblensheim*, *Conradus* scoltetus, *Conradus Breuis*, *Conradus Sneringus*, *Gerhardus* filius *Wolzonis*, *Heinricus* dictus *Cloez*, *Johannes* filius *Arnoldi* de *Biblensheim*, *Fridericus* filius *Wernheri* militis de *Inglenheim* et a. q. pl.

Act. iii. nonas marcii a. d. M.CC.LXVIII.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 229.

1268 (11. März). *Richardus* dei gracia *Romanorum* rex semper augustus etc. Ad vniuersorum noticiam volumus

Digitized by Google

peruenire, quod dilectus fidelis noster *Petrus* de *Wunenberg* pro quadam curia in *Wormacia* sita in vico clericorum, quam ab imperio tenuit titulo feodali, et eandem curiam *Willehelmo* de *Frisinheim* et eius uxori vendidit pro quadam pecunie quantitate, in recompensacionem predicte curie hec infrascripta bona, que iure hereditario possidebit, nobis et imperio resignauit et ea recepita nobis feodi titulo possidenda, videlicet in villa *Flersheim* partem vinee, que wlgo dicitur *ein zenideil an der stigelin,* item ibidem ii. jugera vinearum et xxv. talenta olei vinee attinencia, item in loco, qui dicitur *Kyselinc,* in duobus locis v. jugera vinearum.

Dat. *Wormacie* xi. die marcii, indictione xii, a. d. M.CC.LXVIII, regni vero nostri ao. vii.

(Vidimus von 1276.)*)

№ 230.

1268 (23. März). *C.* decanus, *E.* scolasticus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus* in *Maguncia* recognoscimus, quod nos pro xx. marcis denariorum colon., quos a manufidelibus pie memorie domini *Arnoldi* scolastici *maguntini* recepimus, dare promisimus perpetuo et dabimus annuatim de elemosine nostre granario xx. maldra siliginis ad presentias subnotatas. Pro celebrando dicti *Arnoldi* anniuersario annis singulis cum vigiliis et missa animarum, ut est solitum, dabimus viii. maldra, item pro eiusdem septimo celebrando annis singulis v. maldra et totidem pro celebrando ipsius tricesimo annuatim, duo uero reliqua dabimus

*) Dieſes Vidimus vom 29. Nov. 1276 iſt beglaubigt durch folgende Zeugen: *Alexandro* decano ecclesie *wormat.*, *Berlewino*, *Conrado* de *Stocheim*, *Wernhero* dicto *Meinkemer*, *Arnoldo* de *Schonenburg*, canonicis ecclesie *wormat.*, magistro *Godfrido* custode ecclesie s. *Andree wormat.*, *Sigelone* de *Wattinheim* milite *wormatiense*.

Digitized by Google

annis singulis ad aucmentum presencie in festo b. Anne matris gloriose virginis Marie a bone memorie domino *Arnoldo* olim ecclesie nostre perpetuo institute. De hiis autem presentiis statuerunt manufideles predicti, ut percipientes quascunque precarias in nostra ecclesia nullo umquam tempore de ipsis aliquam percipiant porcionem. Ceterum recognoscimus, quod pro xi. marcis denariorum colon., quas eciam a manufidelibus prenotati *Arnoldi* scolastici *magunt.* recepimus, custodi nostre ecclesie existenti pro tempore dabimus annuatim circa festum natiuitatis b. Marie virginis de granario nostre elemosine viii. maldra siliginis pro tribus cereis quolibet de duabus libris, quos sepedictus scolasticus adhuc uiuens in nostra exhibere consueuerat ecclesia in subnotatis festiuitatibus exhibendis, scilicet in festo natiuitatis domini et tribus festis sequentibus, uidelicet Stephani, Johannis et Innocentium, que apud nos pro summis festiuitatibus obseruantur, item in Epiphania domini et in festo b. Secundine virginis, in purificatione et annuntiatione virginis Marie, item in die resurrectionis domini et in festo ascensionis, in die sancto pentecostes et in festo trinitatis, item in festiuitatibus b. Johannis baptiste et b. apostolorum Petri et Pauli, assumptionis et natiuitatis virginis Marie et b. Magni martiris, in festiuitate sanctorum omnium et in dedicatione nostre ecclesie generali. In predictis eciam omnibus festis ardere debent accensi cerei prenotati in matutinis et in missa, inprimis vesperis et secundis, necnon in sabbato s. pasche et in vigilia pentecostes per consecrationem baptismatis et per missam. Debent eciam iidem cerei a custode ecclesie anno quolibet septem ad minus uicibus innouari.

Act. a. d. M.CC.LXVIII, x. kalendas aprilis.

(Die Siegel der Mainzer Richter und der Ausſteller hängen an violet ſeidenen Schnüren unverſehrt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 231.

1268 (30. März). *E.* dei gracia *wormaciensis* episcopus etc. Volumus esse notum, qualiter inter nos ex parte vna et decanum et capitulum ecclesie nostre s. *Pauli wormat.* ex altera, super iure exempcionis, quod custodem, quem in ipsa ecclesia habemus, instituere racione sui officii habere contendebamus, questione suborta, talis composicio siue ordinacio prout sequitur post altercaciones et tractatus varios intercessit. Ecclesia s. *Pauli* predicta omnes census, redditus seu prouentus ad predictum officium custodie pertinentes, quos custodes hucusque consueuerunt percipere, suis applicabit vsibus et curam kamere gerens omnia ac singula, que requirit custodia et ad quorum prouisionem quoad ecclesiam s. *Pauli* custodes hactenus tenebantur, nullo respectu ad custodem habito de cetero ministrabit. Item quia sine graui dispendio et iactura defectum vnius prebende perpetuum, qui per exempcionem intentam a nobis contingeret, prebendarum paucitas in predicta ecclesia pati non poterat, super hoc consulendo ipsi ecclesie fuit taliter ordinatum, quod ecclesia predicta magistro *Petro* de *Moguntia* nunc custodi ibidem, quamdiu est in predicto constitutus officio, et omnibus suis in eodem officio successoribus annis singulis xxx. maldra siliginis wormat. mensure soluet tempore mensium nomine pensionis. Ipse autem magister custos predictus et sui successores nullo gaudentes exempcionis priuilegio de prebenda nichil percipient, quando cum fratribus aliis secundum ecclesie consuetudinem non fuerint presencialiter seruientes. Ceterum ne in presenti compositione quicquam indiscussum remanens dissensioni uel discordie prebeat processu temporis incentiuum de collacione altarium ipsius ecclesie et iure patronatus ecclesie in *Adlisbach,* que ad custodiam pertinuerunt, hucusque concordauimus in hunc modum. Ius patronatus ecclesie in *Adlisbach* predicte apud officium

Digitized by Google

custodie remanebit, auctoritas autem ordinandi et disponendi de ipsis altaribus, prout domino pro cultu diuino ampliando et ecclesie pro aucmentando personarum numero melius expedire uiderit, apud capitulum residebit. In hanc composicionem consencientes ad ipsius robur sigillum nostrum duximus presentibus apponendum, nos decanus et capitulum s. *Pauli* predictum presentem ordinacionem ratam habentes, ipsam sigillo *maioris* ecclesie et nostro decreuimus roborandam.

Act. *Wormacie* a. d. M. CC.LXVIII, fer. vi. a. dom. palmarum.

Nos *Burkardus* decanus totumque capitulum *wormat.* confitemur, nos sigillum nostrum presentibus appendisse.

(Die Siegel hängen unverſehrt an.) Orig.

№ 232.

1268 (2. April). *F.* dei gracia *wormatiensis* episcopus etc. Accesserunt ad nos *Wernherus* decanus et capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* ex parte vna et *Helfricus* de *Sulza*, *Helfricus* de *Ephelnsheim* et *Ruwelinus* de *Wormacia*, milites et consanguinei *Gerdrudis* proneptis domine *Sabbatisse wormat.* nunc defuncte ex altera, et idem milites confessi fuerunt coram nobis, quod mediante *Emechone* de *Dirminstein*, patre dicte *Gerdrudis,* nunc defuncto, accedente eiusdem consensu nostro et aliorum amicorum eiusdem *Gerdrudis,* curiam, que *ad sabbatum* nuncupatur, sitam in ciuitate *Wormacia,* de qua inter partes iam dictas quondam contencio uertebatur, coram nobis uendidisse decano et capitulo ecclesie supradicte pro liii. libris hallensium pecunie numerate, quas dictus decanus et capitulum *Helfrico* et *Helfrico*, militibus, assignarunt de consensu patris et amicorum *Ger.* supradicte, verum quia dicta *Ger.* annis nubi-

Digitized by Google

libus obstantibus dictam curiam resignare non potuit cum effectu nec eidem renunciare, pater eiusdem *Helfricus*, *Helfricus* et *Ruwelinus*, milites supradicti, se fideiussores constituerunt in solidum, quod similiter confessi sunt coram nobis, tamdiu fideiussores existentes, quousque dicto *Ger.* curie supradicte renunciet cum effectu.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXVIII, in crast. palmarum.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 233.

1268 (8. Juni). Religiosis sororibus domine abbatisse totique collegio sanctimonialium s. *Agnetis* in *Maguncia* abbatissa et collegium ancillarum Christi s. *Agnetis* extra muros vrbis *Romanorum* etc. Cum racione vnius patrone videlicet b. Agnetis conjuncti simus inuicem in domino vinculo caritatis et vos in augmentum conjunctionis firmioris receperitis nos in plenam fraternitatem, nos idem vinculum caritatis non dissoluere, sed pocius confortare volentes, in plenam fraternitatem vice versa vos recipimus, quam confirmatam vobis transmittimus per presentes, promittendo, quod in memoriam huiusmodi fraternitatis perhennem singulis annis pro vobis et omnibus fraternitate vobis conjunctis cantabimus missam vnam pro viuis cum collecta pretende domine fidelibus suis et aliam pro defunctis cum collecta, et ut predictam patronam nostram b. Agnetem corporaliter sicut spiritualiter habeamus communem, vobis partem transmittimus de cineribus corporis sui sancti et preterea de ossibus b. *Constancie* virginis, que fuit filia *Constantini*, sperantes, quod eis apud vos honor et veneracio debeant exhiberi.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXVIII, vi. idus junii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 234.

1268 (5. Juli). Frater ***Philippus*** prior totusque conuentus ***fratrum predicatorum*** domus ***wormat.*** Nouerint vniuersi, quod cum ***Vlricus*** miles, filius ***Gerhardi*** militis ***wormat.***, nobis pro remedio anime vxoris sue ***Gudele*** et sui ipsius anime maldrum tritici annuatim super bonis suis in villis ***Flamersheim*** et ***Studernheim*** sitis, quod maldrum est vnum illorum quatuordecim maldrorum, que ipse ***Vlricus*** ecclesie s. ***Martini wormat.*** et aliis conuentualibus ecclesiis contulerat, contulisset, decanus et capitulum ecclesie s. ***Martini*** predicti ad preces ipsius ***Vlrici*** et nostras nobis cum concambium fecerunt isto modo, quod dicti decanus et capitulum nos absolutos dicunt de maldro tritici, quod dicte ecclesie b. ***Martini*** annuatim soluebamus de area domus ***Boemi*** pistoris, ciuis ***wormat.*** defuncti. In cuius maldri recompensam nos predictis decano et capitulo maldrum tritici predictum, quod dictus ***Vlricus*** miles nobis dederit, precise dedimus et in eos transtulimus.

Act. a. d. M.CC.LXVIII, in crast. b. Vdalrici.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 235.

1268 (28. Aug.). ***Huno*** decanus et . . . cantor, totumque capitulum s. ***Johannis maguntinensis*** ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nos domum sitam in uico curie ***Berthochi,*** canonici s. ***Marie ad gradus moguntine*** ciuitatis eiusdem, cuius fundus ipsi ecclesie s. ***Marie*** iure proprietatis attinet, quam quidem domum ***Olla*** et ***Geza*** beckine inhabitabant et nostre contulerunt ecclesie, in cuius etiam domus possessione fuimus quiete, uendidimus decano et capitulo ecclesie s. ***Marie*** antedicte pro ix. marcis colon. denariorum, et ut magis eis sit cautum,

Digitized by Google

secundum iuris exigentiam debitam obligamus, nos eisdem decano et capitulo *s. Marie* ad prestandam warandiam, prout conuenit in contractu, secundum consuetudinem ciuitatis *maguntine* obtentam hactenus et nichilominus secundum iura canonica et ciuilia in forma contractus tituli emptionis.

Act. a. d. M.CC.LXVIII, v. kalendas septembris.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 236.

1268 (31. Aug.). Nos *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus, consules et vniuersi ciues ciuitatis eiusdem. Constare uolumus vniuersis, quod *Vlricus* miles, filius quondam *Gerhardi* dicti *Magni* militis *wormat.*, in figura judicii nostri *Eberhardi* episcopi predicti constitutus, in communi sententia duxerat requirendum, si ipse, qui non haberet legitimam neque pueros aliquos, et quia compos esset corporis ad equitandum et eundum, potestatem haberet et posset de omnibus bonis suis dando, legando et ordinando disponere queque uellet et ea dare licite cui uellet, et sentencia data fuit ab omnibus fidedignis in judicio astantibus approbata, quod dare bona sua posset licite cui uellet, dedit itaque dictus *Vlricus* eadem hora in dicto judicio *Heinrico* camerario militi et suis heredibus curiam suam in vico canum sitam prope sparas siue repagula ibidem locata, cum orto adiacente et domibus adiacentibus in omni amplitudine et longitudine, sicut sita est, libere possidendam, ita tamen, quod dictus camerarius et sui heredes dare tenentur de prenotata curia ii. maldra tritici singulis annis, tali condicione adiecta, quod quandocunque idem camerarius et sui heredes in recompensam illorum ii. maldrorum alia ii. maldra tritici annualia comparauerint et designauerint bene sita, extunc dicta curia a solucione ii. mal-

Digitized by Google

drorum prehabita libera remanebit. Testes sunt: ***Burcardus*** de ***Frisenheim, Heinricus*** dictus ***Wackirphil, Johannes*** aput nouam portam, ***Johannes*** de ***Waldenheim, Gozzo*** de ***Sulzen, Gerbudo*** frater suus, ***Wikilmannus*** dictus ***Crutsac***, ***Gerhardus*** et ***Emercho*** fratres camerarii, ***Sigelo*** de ***Waldenheim***, ***Eberhardus*** de ***Moro, Johannes*** de ***Peternsheim, Heinricus Alheri***, milites, ***Cunradus*** frater suus, ***Heinricus Richeri, Wernherus*** retro monetam, ***Heinricus Rufus, Heinricus Cippure, Wernherus*** dictus ***Ridderchen*** magister ciuium, ***Johannes Dimari, Richilmannus, Wernherus Amella, Cunradus*** scultetus, ***Gudelmannus*** comes, ***Godebertus*** judex, ***Morderanftus*** judex, ***Heinricus*** dictus ***Selzere, Petrus*** et ***Friso***, nuncii ciuium et a. q. pl. ciues ***wormatienses.***

Act. a. d. M.CC.LXVIII, in vig. b. Egidii.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 237.

1269 (14. Jan.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod decanus et capitulum ecclesie s. ***Johannis*** *moguntine* apud *Dudonem* de *Ebbirsheim* et *Hedewigim*, uxorem suam, circa xxiiii. iugera sita in hiis locis: in campo uersus *Mogunciam* iuxta ecclesiam in ***Ebbirsheim*** *an bornin wege* vii. iugera, *an winthirheimir wege* apud *Gulferum*, ciuem *moguntinum*, iugerum et dimidium, *amme vor Reine* iugerum, apud *Petrum* filium *Vde* viiii. quartalia, item in alio campo retro curiam monachorum ii. iugera et dimidium, *obir sollin bohele* inter duas uias iugerum, in *somir flore bi dir smidin* iugerum et dimidium, infra salices monachorum duale, ***offe hals winde*** iiii. iugera, an ***luzil zarinheimir wege*** iugerum et dimidium, ***offe hundis vrgange*** iugerum, pro ix. marcis et

dimidium colon. denariorum, quas iidem in nostra constituti presencia se recepisse recognouerunt, emptionis titulo compararunt et dicti *D.* et *H.* prescripta iugera cum censu ii. vnciarum, iii. minis siliginis et ix. denariorum mogunt., que loco precarie soluuntur, coram nobis resignarunt, sicut in iudicio seculari in *Ebbirsheim* cum sollempnitate debita iuxta consuetudinem uille fecisse noscuntur, prout coram nobis publice sunt confessi. Ipsi uero *D.* et *H.* et successores ipsorum censum annuum, uidelicet ii. vncias moguntin. curie monasterii s. *Albani* in *Ebbirsheim*, iii. minas siliginis et ix. denarios mogunt. domino . . . . de *Hohinvels* soluent annuatim ac bona eadem, ut fertilia maneant, modo debito excolent. Preterea sepedictus *D.* et *H.* prescripta bona indiuisa et iure hereditario possidebunt, ita, quod ipsi uel heres ipsorum senior, apud quem semper manebunt indiuisa, x. maltra siliginis claustralis mensure infra assumptionem et nativitatem b. Marie annis singulis ante ostium ipsius ecclesie expedite presentent sub ipsorum periculo et expensis. Si uero in solutione huiusmodi negligentes extiterint, prenotata bona ab ipsis ad dictam ecclesiam s. *Johannis* libere reuertentur, soluta nichilominus annua pensione. Ceterum si prefati *D.* et *H.* aut heres ipsorum senior bona ipsa ecclesie s. *Johannis* resignare uoluerint, talia qualia nunc sunt immo meliora et cum solûtione pensionis annue ac tempore debito resignabunt. Siquidem si ex parte domini . . . . de *Hohinvels* aut aliorum per extorsionem precarie uel alias dampnum irrogari contigerit, hec non in ecclesiam s. *Johannis* predictam, sed in ipsos *D.* et *H.* ac heredes ipsorum penitus redundabit.

Act. a. d. M.CC.LXIX, xix. kalendas februarii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

Digitized by Google

№ 238.

1269 (28. Febr.). Vniuersis presens scriptum inspecturis *Ebberhardus* miles dictus de *Erenburch*, filius *Gerhardi* quondam militis *wormatiensis*, *Jutta* vxor sua, *Cunradus* suus filius et *Johannes* gener suus de *Randeken* salutem et noticiam subscriptorum. Notum esse volumus, quod nos obligauimus nomine pignoris duas curias nostras sitas in ciuitate *wormaciense* in vico *walhegazen* et decimam, quam habemus in feodo ab abbate in *Horinbach* in villa *Osthoven*, decano et capitulo *wormat.*, predicto domino abbati de *Horinbach*, decano et capitulo s. *Marie ad gradus mogunt.*, magistro *domus milicie templi*, monialibus in *Mullen*, necnon omnibus incolis ville *Osthoven* et aliis bona habentibus in terminis ville eiusdem, quousque obtineamus consensum et voluntatem comitum in *Liningen*, a quibus tenemus in feodo advocaciam ville in *Osthoven*, super contractibus omnibus initis cum omnibus supradictis, prout in literis super hoc confectis plenius continetur, et literis et consensu predictorum comitum habitis, predicta pignora ab huiusmodi obligacione libera erunt et soluta.

Act. a. d. M.CC.LXIX, fer. v. prox. a. dom. letare jerusalem in quadragesima.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 239.

1269 (28. Febr.). *Ebberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus etc. Notum esse volumus, quod constituti in nostra presencia *Ebberhardus* miles dictus de *Erenburch*, filius *Gerhardi* militis quondam *wormaciensis*, *Cunradus* suus filius, recognouerunt se recepisse in pecunia numerata ccccl. libras hallensium a decano et ca-

Digitized by Google

pitulo ecclesie nostre, ab abbate de *Horinbach*, decano et capitulo s. *Marie ad gradus moguntine*, magistro *domus milicie templi*, monialibus de *Mullen*, necnon ab omnibus incolis ville *Osthoven* et ab aliis habentibus bona in terminis ville eiusdem ac de causa, ut ipsos nunquam infestent indebite in bonis et hominibus suis, sed in antiqua libertate et jure eos omnimode conseruabunt et de eis gaudere promittant, a quolibet tamen homine ville eiusdem, qui dicitur *Eintufdich*, i. maldrum auene, i. pullum, i. denarium wormat. recipient tantum semel in anno et hiis contenti omnibus juribus et consuetudinibus predicto *Ebberhardo*, *Cunrado* suo filio et eorum heredibus antiquitus obseruatis per omnia saluis, a festo vero b. Margarete usque ad festum b. Remigii et deinceps consuetudinem, qui dicitur *Einunge*, seruabunt sicut antiquitus est seruata. Promiserunt iidem *Ebberhardus*, *Cunradus* filius suus et *Johannes* gener suus de *Randeken*, quod ipsi nec aliqui eorum successores et heredes ipsam aduocaciam in *Osthoven* uel jus, quod ibidem habere videntur, suis dominis, a quibus tenent in feodo, uel alicui alteri persone resignabunt, donabunt, vendent, obligabunt, commutabunt uel aliquo alio modo alienabuut, sed ipsi et eorum heredes successores sibi ipsis predictam aduocaciam tenebunt. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro, capituli nostri necnon capituli s. *Marie ad gradus magunt.*, ciuitatis nostre *wormat.*, et predictorum *Ebberhardi*, *Cunradi* sui filii, *Johannis* sui generis de *Randeken* sigillis duximus roborandam.

Act. a. d. M.CC.LXIX, fer. v. prox. a. dom. letare jerusalem in quadragesima.

(Nur das Siegel des Mainzer Liebfrauenſtifts hängt noch an, jedoch ſehr beſchädigt.)

Orig.

Digitized by Google

№ 240.

1269 (14. Mai). *E.* dei gracia *wormatiensis* episcopus et *Wernherus* de *Bolandia*, imperialis aule dapifer, vniuersis volumus esse notum, quod *Johannes* de *Kiddenheim* miles et *Gertrudis* vxor eius vniuersa bona, que habebant in villa *Durndürkheim* et ipsius ville terminis sita cum omnibus suis attinenciis pro propriis tuta ab omnibus censibus, exactionibus etc. liberis et a nemine de eisdem coniugibus extorquendi, eo eciam iure, quod possessores siue conductores predictorum bonorum habeant potestatem alternatiue anno secundo locandi custodem frugum ipsius ville *Durndürckheim,* vendiderunt decano et capitulo ecclesie *s. Pauli wormat.* pro cccl. libris hallensium, quas dicti decanus et capitulum, prout prefati coniuges coram nobis publice sunt confessi, ipsis plenarie persoluerunt, obligauerunt se predicti coniuges ad prestandam in bonis et omnibus juribus supradictis eisdem decano et capitulo warandiam debitam et consuetam. Hec sepedicti decanus et capitulum ad peticionem predictorum coniugum ex libera voluntate supradicta bona filio ipsorum *Karulo* sub annua pensione c. maldrorum siliginis, scilicet l. inter assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis et residuum l. in festo b. Remigii suis vecturis, periculo et expensis dictis decano et capitulo in ciuitatem *wormat.* ante ipsorum granarium presentanda, concesserunt. Si autem dictus *Karulus* viam vniuerse carnis ingressus fuerit, ad solum tantummodo heredem proximiorem et seniorem et sic gradatim de herede ad heredem, dummodo solus heres remaneat, dictorum bonorum possessio deuoluetur. Adiecta est eciam hec condicio, quod quandocunque vel quotienscunque dictus *Carulus* vel sui heredes negligentes fuerint in pensione supradicta, prefata bona ad predictos decanum et capitulum libere reuertentur. Verum si quis ciuium *wormat.* in ciui-

Digitized by Google

tate *Wormatia* vel ipsius subvrbiis ipsam annonam, vecturas eiusdem annone vel vecturorum equos per judicium aliquod occupauerint, hec non in detrimentum predictorum *Caruli* vel heredum sibi succedentium cedet, sed in dampnum decani et capituli prefatorum. Numerus autem bonorum istorum tam agrorum quam vinearum in vtroque campo est cccxl. agri jurnales, item in terminis ville *Gummersheim* xxii. mannemat pratorum.

Dat. a. d. M.CC.LXIX, ii. idus maii.

(Copialbuch des Paulſtifts zu Worms.)

№ 241.

1269 (15. Mai). Nos *Eberhardus* dei gracia prepositus s. *Marie* extra muros *moguntinos* et *Philippus* dapifer de *Alzeia* recognoscimus, quod decanus et capitulum ecclesie predicte quoddam feodum situm in *Sauwelnheim* in terminis decime ipsius ecclesie, tam in agris quam in vineis, apud *Godfridum* et *Volcmarum* fratres dictos *Clawe* de nostro consensu sue ecclesie emptionis titulo compararunt, quod inquam feodum nos dapifer a dicto preposito et ipsi fratres a nobis in feodo hactenus habuerunt.

Dat. a. d. M.CC.LXIX, idus maii.

(Copialbuch des Liebfrauenſtifts im Felde zu Mainz.)

№ 242.

1269 (4. Juni). Consules et vniuersi ciues *wormatienses*. Constare uolumus, quod *Johannes* miles dictus de *Waddenheim* et *Irmdrudis*, vxor sua, nostri conciues, in nostra constituti presencia vendiderunt *Hezzeloni* cantori ecclesie s. *Martini*, *Heinrico* et *Gerhardo*, fratribus camerariis, militibus, nostris conciuibus, libram denariorum wormat. censualem super curia sua, in qua morantur, que

libra singulis annis in festo b. Remigii presentabitur sacerdoti ad hoc deputato, ut cottidie ultimam missam sonante prima campana hora prime in capella s. *Katherine*, que est in ecclesia s. *Martini* predicta, celebret, ita, quod de hac libra dictus sacerdos lumen perpetuum procuret, quod in dicta capella pro remedio anime *Vlrici* militis bone memorie, filii quondam *Gerhardi Magni* militis, ardeat noctibus et diebus, hoc adiecto, quod quandocunque dicti coniugês uel eorum heredes aliam libram wormat. denariorum censualem in alio loco bene sito sine permutacione comparauerint et designauerint, in recompensam prioris libre wormat. extunc predicta curia a censu prehabito libere remanebit nec dicta libra a loco, ubi tunc comparata et designata fuerit, debet de cetero permutari.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXIX, in die b. Bonifacii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 243.

1269 (1. Juli). *C.* decanus totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine* recognoscimus, quod nos et *Rupertus* sacerdos, quem plebanum ecclesie nostre in *Flersheim* ad prebendam institutam et priuilegiatam ob meritum ipsius *R.* instituimus, domum construximus in area dotis ecclesie uille iam dicte communibus sumptibus et expensis, cuius medietatis usum habebimus quocienscunque indiguerimus et ipse plebanus uice uersa, et si non indiguerimus ipsa, idem plebanus eadem domo utetur de nostra totaliter uoluntate. Postquam autem prefatum plebanum cedere uel decedere contigerit, ipsa domus integraliter aput nostram ecclesiam remanebit et sumptus, quos ipse

Digitized by Google

plebanus de rebus suis fecit circa ipsam domum, ecclesie nostre cedent in remedium sue anime et salutem.

Act. a. d. M.CC.LXIX, kalendas julii.

(Das Siegel der Mainzer Richter ist sehr beschädigt, das der Aussteller fehlt ganz.) Orig.

№ 244.

1269 (23. Juli). *Cunradus* decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus mogunline* statuimus, vt officium cellerarii ecclesie nostre a cellerario nostro a nobis ad idem officium instituto, prout in articulis infra scriptis sequitur, ulterius inuiolabiliter obseruetur. Cellerarius quidem ipse equum ambulantem habebit frequenter ad equitandum in negociis, que ad officium eius spectant, et si iidem decanus et capitulum aliquam personam mittere decreuerint ad ipsorum negocia procuranda, dictus cellerarius in usus huiusmodi accomodabit et concedet equum illum, contradictionis et defensionis eiusdem obstaculo penitus quiescente, placita, que wlgariter *gedinge* uocantur, in omnibus curiis ecclesie, videlicet *Osthouen, Wihenheim, Isenheim, Astheim, Nide* et *Langensiefen,* semel uel bis in anno, si necesse fuerit, procurabit indici pro conquirendis censibus ecclesie et aliis, que utilitati congruunt, ordinandis et illa obseruabit et presidebit in expensis officiatorum curiarum ecclesie predictarum. Deinde singulis placitis prout opus fuerit idem faciet, quousque bona census et pensiones debencia fuerint publicata et cum redierit fratribus ad capitulum conuocatis narrabit ea, que ordinauit, et si forte propter uendicionem, prout sepe contingit, bona census debencia fuerint alienata, nomina successorum adeptorum libro inscribi faciet censuali, ne error eueniat ecclesie uel cellerario succedenti. Eundem modum apud *Rinderfelt* et bonis aliis suo officio pertinentibus per omnia obseruabit. Iturus uero *Rinderfelt* prima nocte erit in expensis sculteti nostri in *Niede,* a *Nide* autem

Digitized by Google

usque *Rinderfelt* erit in expensis ecclesie. In *Rinderfelt* uero in expensis officiati ibidem. In reditu idem fiet. Si uero pensionarii aut census debentes statuto termino non persoluerint, quod tenentur, procedet sine expensis ecclesie contra eos, sic videlicet, quod elapsis sex septimanis principalium excommunicationes uel fideiussorum si non satisfecerint et vniuersitatum citaciones capitulo presentabit. In hiis uero agendis septimanam suam in choro si ipsum contingerit procurabit. Item litteras excommunicatorum et citaciones vniuersitatum capitulo presentabit in scriptis, prout superius est expressum, alioquin de suo refundet retenta omnia et neglecta et ius suum et ecclesie contra debitores usque ad satisfactionem condignam nichilominus exequetur. Ceterum bona per ipsum publicanda, quod wlgariter *froinde* dicitur, procurabit infra septimanas duodecim publicari, quod si neglexerit, ad graciam capituli emendabit et nichilominus procurabit, bona eadem publicari. Preterea annonam communem fratrum de granario ecclesie nulli concedet, neque pro se, neque pro aliquo alio homine vendet eam, sed pro rata temporis dabit, quod cuilibet tenetur ex fratribus ipsis dare. Item anno finito omnia, que de sue procuracionis anno non sunt persoluta, idem repetet in sequenti, sicut superius est expressum. Hec omnia peraget suis laboribus et expensis, et si in aliqua fraude deprehensus fuerit seu conuictus, hoc ad graciam capituli emendabit. Item nullam annonam distribuet fratribus, que pro tempore debetur, dum diuina officia aguntur in choro, quibus tunc tenetur idem cellerarius interesse, post nonam uero et ante vesperas distribuat cui debet. Item omni sabbato examinabit panem in pistrino si modo debito fratribus sint pistati, et si negligens inuentus fuerit pistor, ipse cellerarius emendam recipiet et fieri faciat fratribus debitam et consuetam. Ad hec omnia et singula, ut faciat sine fraude, in manus decani nostri fide prestita se in receptione ipsius officii obligabit. Preterea fide loco

Digitized by Google

iuramenti promittet, quod sordida munera et illicita, que *sobereige* uel quibuscumque aliis nominibus dicantur, in dampnum ecclesie ut soluentes tueatur in solucionibus pensionum et censuum tardius soluendorum uel non soluendorum in totum uel in parte uel pro minori locandis ipsis pensionibus et censibus a colonis uel conductoribus eorum necnon de pensionibus, quas idem cellerarius singulis annis dat uel in posterum est daturus, darram non recipiet uel requiret.

Dat. et act. *Maguncie* a. d. M.CC.LXIX, in crast. b. Marie Magdalene virg.

(Das Siegel iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 245.

1269 (30. Juli). *W.* generalis prepositus monasteriorum b. *Marie Magdalene,* ordinis s. *Augustini,* et sedis apostolice capellanus, vniuersis notum facimus, quod prepositus siue prior, priorissa et conventus monasterii b. *Marie Magdalene,* ordinis s. *Augustini*, in monte s. *Andree* extra muros *wormatienses* in recompensam minute decime animalium, que in domo seu curia ipsorum cenobio contigua ex ea parte, que uersus muros ciuitatis respicit, sita, in qua dictus prior moratur, nutriebantur, quam tenebantur dare vicario in ecclesia s. *Andree wormat.* seruienti, licet iam dudum ipsam dare denegauerint, propter quod ipsis questio mota fuit, cesserint decano et capitulo ecclesie s. *Andree* predicte actionem, que eis competebat contra *Iudeos wormatienses* ex ea, quod domos in parrochia ipsi conuentui attenente dicti *Judei* ipsorum dominio quoquam titulo attrahentes et ad ampliandum eorum cimiterium aedificia destruentes, oblationes et alia iura parrochialia, que ab hominibus, qui in ipsis domibus uel edificiis morari solebant, competebant, parrochie memorate abstraxerunt in ipsius

Digitized by Google

monasterii preiudicium et grauamen, dicte cessioni seu collacioni actionis auctoritatem prebentibus et consensum, dictum vero capitulum ipsum conuentum propter predictam cessionem a prestatione minute decime a prefata area debite et ab eo, quod iam dudum dare neglexit, nunciauit penitus absolutos. Sed si in aliis domibus seu locis, quorum locorum decimatio vicario ecclesie s. *Andree* attinet, ipsum conuentum animalia nutrire continget, vult et protestatur sepedictum capitulum vicario suo ius suum per omnia fore saluum. In cuius rei testimonium nostro et predicti capituli s. *Andree* necnon prioris, priorisse et monasterii predicti sigillis presentem litteram fecimus communiri.

Act. a. d. M.CC.LXIX, iii. calendas augusti.

(Copialbuch des Andreasſtifts zu Worms.)

№ 246.

1269 (? Sept.). Iudices *wormacienses* protestamur, quod *Cunradus* villanus de *Winheim* dictus *Elresteder* coram nobis in judicio proposuit verbum querimonie sue contra dominas religiosas ordinis s. *Augustini* in monte extra muros *wormat.*, super quodam prato sito apud *Winheim*, quod sibi inde deberent censum annualem, sed prefate moniales contradicentes et hoc probare volentes, quod sibi nichil de hoc prato deberent eo, quod nullo tempore quiete possedissent, prefatus *C.* coram nobis voluntarie renunciauit actioni sue et omni juri suo, quod credebat se in prenominato habere prato. Vt aliqua sibi fieret consolacio, proinde prior dictarum dominarum de consensu sui capituli dedit sepedicto *C.* in prato sepenominato i. denarium wormat. uel ii. hallens. in censu annuo in festo s. Martini persoluendo.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXIX, vii. nonas (?) septembris.

Digitized by Google

Testes sunt: magister *Petrus* canonicus s. *Petri*, magister *Gotzo* canonicus s. *Andree*, magister *C.* scolasticus s. *Martini*, magister *Otto* dictus *Heckebretus*, *Wernherus* retro monetam, ciuis *wormat.*, frater prior de monte et a. q. pl.

(Copialbuch des Bergkloſters zu Worms.)

№ 247.

1269 (13. Dec.). Ego *Ph.* canonicus ecclesie *de gradibus maguntinensis* confiteor, quod ego omnia bona mea in *Wakirnheim* sita, que apud *Adilheidim* relictam *Herbordi* de *Wakirnheim* comparaui, et alia x. jugera agrorum, videlicet tria et tres quartas *in lapide*, duo *in grasewege*, vnum et dimidium *in alta strata* et duo et tres quartas *iuxta lapidem*, *Wernhero* et *Emberchoni*, fratribus, iure hereditario possidenda concessi, sub condicionibus subnotatis. Ipsi fratres quoad vixero xiv. maldra siliginis mihi singulis annis inter duo festa assumptionis videlicet et natiuitatis b. virginis sub eorum periculo et expensis *Maguntie* presentabunt, et post decessum meum xii. soluent perpetuo cuicunque dabo bona eadem. Item in plures partes, quam in duas nullatenus diuidentur, sed semper duo heredes seniores illa habebunt sub predicta annua pensione. Heredes vero ipsorum erunt tantum filii eorundem et filii sororis ipsorum de *Sowilnheim* et filii, qui processerint de eisdem, que successio, si defecerit, ad eos, quibus dedero, libere reuertentur, nisi forte dicti fratres bona predicta redemerint pro marcis xvi. simul datis. Si autem viii. marcas similiter dederint, a vi. maldris absoluentur et iterum a vi. aliis solutis similiter aliis viii. marcis. Item jura censualia uel alia quecunque, que de bonis predictis petita fuerint, ipsi expedient salua pensione predicta. Item bona sepedicta ipsi sub cultura debita conseruabunt in domibus et in agris, que omnia et singula si non fecerint, ego uel qui

Digitized by Google

pro tempore possessores fuerint, recipient ipsa bona et dicti fratres uel heredes ipsorum nichil iuris habebunt in ipsis, nisi, ut dictum est, pro marcis xvi. fuerint absoluta. Hec dicti fratres recognouerunt coram *maguntine* sedis judicibus delegatis, quorum sigillo de consensu eorundem fratrum presens scriptum obtinui communiri.

Act. *Maguncie,* idus decembris a. d. M.CC.LXIX.

(Das Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 248.

1269 (21. Dec.). Nos *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus, consules et vniuersi ciues ciuitatis eiusdem. Constare volumus uniuersis, quod constitutis in nostra presencia *Cvnrado* dicto *Schongezzere*, milite de *Dirmenstein*, et *Liba* vxore sua, relicta *Eberhardi* in vico lane, ciuibus nostris, dicti coniuges vendiderunt *Heinrico* camerario militi, conciui nostro, libram denariorum wormat. censualem super curia eorum in vico *Hagenonis* sita, que quondam fuerat *Herbordi Rufi,* que quidem curia ad dictam *Libam* ex morte matris eius fuerat deuoluta, cuius libre medietas in festo Georgii, reliqua medietas in festo Remigii annis singulis census nomine persoluetur, immediate post solucionem x. vnciarum wormat. censualium, quas capitulum *maioris* ecclesie habet super curia prelibata. Et si quis census debetur alicui post censum predicte libre camerario soluende de curia prenotata, ad illum censum respectus habebitur pro non defectu, qui in futurum posset emergere de curia prenotata et non ad libram camerarii prenotati, que precise sine omni impedimento persoluetur. De hac itaque libra dictus camerarius salubre testamentum pro ipsius, patris et matris necnon omnium parentum suorum animarum remedio obseruandum instituit modo subscripto, legans iv. vncias ad lumen perpetuum noctibus ar-

Digitized by Google

dens ante altare capelle s. *Jodoci*, quod est in ecclesia s. *Martini*, item iv. vncias de eadem libra dedit dominis eiusdem ecclesie, ut in vigilia s. Jodoci de nocte uesperas in mane matutinas et missam summam ante capellam predictam decantent, quemadmodum singulis annis faciunt ante capellam b. virginis *Katherine* et hec dies b. Jodoci occurrit singulis annis in die b. Lucie. Has iv. vncias sacerdos ad dictam capellam s. *Jodoci* celebrans primam missam prior institutus ad eandem inter fratres diuidet tunc presentes, hoc adiecto, quod si decanus et capitulum predicti ante dictam capellam in vesperis et in mane decantare negligerent, extunc predictus sacerdos, receptis pro sua persona xx. denariis, superfluos v. solidos diuidet inter pauperes, item ultimas iv. vncias predicte libre legauit ad perpetuum lumen, quod ardebit in parrochia s. *Lamperti* indeficienter ante eukaristiam Jesu Christi.

Act. a. d. M.CC.LXIX, in die b. Thome apost.

(Die Siegel der Ausſteller hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 249.

1270 (Mai). *A.* decanus et capitulum *maioris* ecclesie *wormat.* protestamur, quod nos *dominabus* ordinis s. *Augustini* in monte extra muros *wormat.* relaxauimus ouelegium, quod nobis tenebantur persoluere annuatim in festo s. Andree apostoli, scilicet ii. maldra tritici et amam vini, sub hac forma, ut cum aliquis concanonicorum nostrorum vitam finierit, conuentus dominarum in monte dicat pro eo vigilias cum nouem lectionibus, secundum consuetudinem ecclesie nostre, et missam pro defunctis, similiter semper faciant in crastino s. Andree apostoli pro *Drabotone*, decano s. *Andree wormat.*, qui dedit nobis hoc ouelegium.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXX, mense maiio.

(Copialbuch des Bergkloſters zu Worms.)

Digitized by Google

№ 250.

1270. (23. Mai). Ego *Volzo* dictus *Morlle* de *Peternsheim,* canonicus ecclesie s. *Martini wormat.*, profiteor, quod ego testamentum meum circa ecclesiam meam et alios condidi per hunc modum, legans ecclesie b. *Martini* super curia mea dicta *ad Morllinum* sita inter gladiatores i. libram denariorum wormat. in die anniuersarii mei omnibus presentibus diuidendam, quam libram frater meus *Fridericus* potestatem habet redimendi dando xxxii. libras hallensium dominis prenotatis. Item legaui dicto ecclesie mee i. libram denariorum wormat. super omnibus bonis, que *Petrus* dictus *Mutterstedere,* ciuis *wormat.*, possidet in terminis uille *Peternsheim*, quam libram ego *Volzo* erga predictum *Petrum,* ne ipsius liberi in eisdem bonis indebitis exaccionibus et seruiciis grauibus contra iusticiam grauarentur, meis propriis denariis comparaui, que quidem bona ab omni exaccione, angaria et seruicio quolibet per dominum *Philippum,* filium *Philippi* de *Hohenphels,* dominam *Ysengardim*, coniugem suam, libera sunt dimissa et hec libra in die b. Remigii annis singulis persoluetur. De hac libra ego *Volzo* illud instituo obseruari, quod quicunque sacerdos ad altare s. *Marie Magdalene* celebrans pro tempore fuerit, ille recipiet libram predictam emendo ceram ad cereum pascale, que candela ardebit per ebdomedam pascalem et ad omnes horas et festiuitates infra pasca et pentecosten medio tempore occurrentes, similiter ad omnes horas ardebit post pentecosten quicquid residuum fuerit de candela, ad omnia duplica festa occurrencia ad minutas candelas faciendas confringatur et in diuino officio illud superfluum ante pulpitum, non ad altare summum, sed tantum ad eleuacionem hostie consumetur. Item lego ecclesie predicte de anno gracie prebende mee ii. maldra tritici comparanda in die anniuersario prehabito presentibus diuidenda,

Digitized by Google

superfluum ad consummacionem operis ecclesie mee lego. Item lego racione xvi. libr. hallens., quas frater meus *Fr.* pro me soluit, omnia bona mea, que possideo in terminis uille *Peternsheim* ex morte *Volmari*, patris mei, liberis sororis mee *Gerdrudris*, *Agneti* et *Lybezen*, filiabus bone memorie *Burchardi* fratris mei, equaliter diuidenda, hoc adiecto, quod si dicti pueri sororis et fratris mei sine liberis decesserint, uolo, quod pars bonorum huiusmodi ad alios pueros superstites et heredes proximos deuoluantur. Item xv. maldra siliginis, que meis propriis denariis erga militem dictum *Vulhauere* comparaui, mihi de bonis dicti militis pro subpignore datis in terminis uille *Guntersblumen* sitis assignata assignanda. Volo, ut quamdiu mater mea uixerit, ipsa xv. maldra sorori mee *Agneti* incluse ad comparandum eidem aliqua bona in eius subsidium a subscriptis meis manufidelibus assignentur. Super omnibus premissis obseruandis constituo manufideles meos *Erbonem* et *Wernherum*, concanonicos meos et *Fridericum*, fratrem meum supradictum. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo, officialis *wormat.* et sigillis meorum manufidelium predictorum tradidi communitam.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXX, in crast. ascens. dom.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 251.

1270 (15. Juli). *Gerhardus* dei gracia prepositus s. *Pauli wormaciensis* etc. Eapropter decani et capituli ecclesie nostre s. *Pauli* in *Wormatia* deuocionem, qua se nobis semper exhibent ac indigenciam, quam ex tenuitate prebendalis stipendii in ipsa ecclesia sustinent, attendentes, de consensu fratris nostri *Eberhardi, wormaciensis* episcopi, ecclesiam in *Ybersheim*, ecclesiam in *Angelachin* et ecclesiam in *Otyrsheim* ad collacionem nostram racione

Digitized by Google

prepositure nostre, quam in predicta ecclesia s. *Pauli* optinemus, pertinentes cum juribus patronatus et aliis pertinenciis omnibus sepedicto decano et capitulo prebendarum suarum contulisse nos recognoscimus in augmentum.

Dat. et act. *Wormatie* a. d. M.CC.LXX, in Epiphania domini.

Nos *Wernherus,* archidyaconus ecclesie *wympinensis,* recognoscimus, quod propter causas superius expressas predictum factum domini prepositi ecclesie s. *Pauli wormat.* ratum habemus et gratum quoad ecclesiam *Angelachen* sitam in nostro archydyaconatu', ita tamen, quod predicti decanus et capitulum s. *Pauli* ydoneum constituant vicarium in ecclesia eadem, cui de prouentibus eiusdem suis vsibus cum vacauerit deputatis congruam assignent porcionem, de qua honeste ualeat sustentari et nobis de nostris juribus sufficienter respondere et ad declarandam plenum nostrum consensum in predictis presentes litteras inde conscriptas appensione nostri sigilli fecimus communiri. *)

Dat. a. d. M.CC.LXX, in diuisione apost.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 252.

1270 (28. Juli). Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* profitemur, illud maldrum tritici, quod bone memorie *Vlricus* miles, filius quondam *Gerhardi magni* militis, nobis et ecclesie nostre contulit, pro anniuersario suo in ecclesia nostra peragendo, decanum et capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* dando nobis eorum

*) 1291 (9. Sept.) geben Biſchof Simon von Worms, der Decan Johannes und das Capitel der Domkirche daſelbſt ihre Einwilligung zu der vorg. Incorporation. (Das Siegel des Biſchofs iſt abgeriſſen, das des Domkapitels hängt beſchädigt an.)

Digitized by Google

denarios proprios ad usus ecclesie nostre conuersos erga nos et nostram ecclesiam redemisse, itaque nos renunciamus maldro predicto et dictos decanum et capitulum confitemur esse veros possessores maldri predicti, nichilominus nos anniuersarium dicti militis annis singulis peragemus.

Act. a. d. M.CC.LXX, mense junio in die b. mart. Nazarii et sociorum eius.

(Das Siegel der Aussteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№. 253.

1270 (16. Oct.). Nos *Vollandus* abbas, prior, totusque conuentus in *Sunnensheim,* ordinis s. Benedicti, *spirensis* dyocesis, constare uolumus, quod nos proprietatem predii in villa *Gunderamisheim, wormat.* siti, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro cl. libris hallensium vendidimus, omne jus nostrum in eosdem et ipsorum successores transferentes, quarum librarum l. libras usque in Epiphaniam domini nobis acceptauimus persoluendas et l. vsque ad dominicam letare, residuas vero l. in festo b. Georgii proximo subsequenti.

Dat. a. d. M.CC.LXX, in die b. Galli conf.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№. 254.

C. **1271**. *Walterus* decanus, *Cunradus* scolasticus, *Emercho* cantor, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani maguntin.* Licet dominus noster *W.* archiepiscopus *maguntinus* in nostra ecclesia nuper visitationis exercens officium, inter alia, que ad reformationem ecclesie nostre et personarum condidit, hoc quoque duxerit statuendum, ut socios chori nostri, qui vicarii nuncupantur, in distributionibus illis, quas presentias appellamus, equales nobis per omnia et

Digitized by Google

participes faciamus, nos quoque statutum huiusmodi deuocione debita affectantes, illud receperimus pari uoto, tamen ut vicariorum ipsorum obsequia, que occasione presentiarum ipsarum ecclesie nostre nobis et nostris successoribus exhibere perpetuo tenebuntur, lucidius declarentur, taliter de eisdem ex ipsorum vicariorum consensu ordinamus, videlicet ut nullus unquam vicarius de cetero aut plebanus, capellarius aut socius plebani existat, alioquin ipso facto cadat a beneficio, quod in ecclesia nostra habet, sed tantum illi presit altari, cottidie dum valet dicens missam, cui in nostra ecclesia noscitur deputatus, nisi causa legitima, quam suo declarabit decano, fuerit inpeditus et ne inter custodem nostrum uel uices eius gerentem ac vicarios nostros questio ualeat suboriri, sic distingimus ordinantes, ut statim post matutinas sacerdotes, qui presunt altaribus in choro et eius latera positis, successiue inchoent missas suas et ita peragant, ut custodi in sua missa, que magis communis est, dampnum nullum ponant in altaribus aliis in quacunque parte tam claustri quam ecclesie positis, post custodis offertorium missas suas socii inchoabunt, sed tamen si forte negocia traherent quenquam sacerdotem hora ipsius diei alia poterit missam dicere, illi autem, qui mane, hoc est ante missam custodis, dixerint missas suas, ipsi custodi oblationum suorum terciam dabunt partem in restaurum dampni, si quod forte custos ex ipsorum missis poterat incurrisse. In festis quoque sanctorum, qui altarium patroni existunt et in dedicatione illorum, custos celebret missam suam in altari si voluerit, in quo festum habetur et subsequenter sacerdos, ad quem altare pertinet, prout fuit hactenus debitum et consuetum. Vt autem ipsi vicarii huiusmodi beneficii accepti immemores non existant, in die obitus prelati aut canonici ecclesie nostre die septimo et tricesimo necnon in die anniuersarii eius perpetuo quilibet vicarius dicet missam

Digitized by Google

et vigilias pro defuncto et memoriam eius faciet nominatim. (Ohne Datum.)

(Die Siegel des vorg. Capitels, sowie des Erzbischofs hängen unbeschädigt an.) Orig.

№ 255.

1271 (13. Jan.). *Vollandus* abbas, totusque conuentus monasterii in *Sunnensheim, spirensis* dyocesis, constare volumus, quod cum iure proprietatis in *Gundramesheim* quoddam predium minus vtile nostre ecclesie haberemus, utpote cuius vsufructus a nostris antecessoribus ad alias personas translatus existit, nos prehabita matura deliberacione attendentes pium existere et fauore subnixum, ut possessiones ecclesiastice ad personas ecclesiasticas pocius quam ad alias transferantur, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* prefatum predium pro cl. libris hallensium vendidimus cum omnibus vtilitatibus et iuribus eiusdem, transferentes omne ius nostrum quoad possessionem eiusdem predii et ipsius iura habita vel habenda totaliter in prenotatos capitulum et ecclesiam perpetuo possidenda, nos pagatos de dicta pecunia et eam conuersam in vtilitatem nostre ecclesie confitentes, videlicet in redemptionem decime in *Sunnensheim*, *Heinrico* dicto *Pruns*, ciui *sunnensheimensi*, obligatam.

Dat. a. d. M.CC.LXXI, in octava Epiphanie dom.

Huic contractui nos *Heinricus* prior, *Heinricus* custos, *Eberhardus* cellerarius, *Bertholdus* prepositus in *Kurenbach*, *Berengerus* prepositus s. *Egidii* in *Palude*, *Oswaldus*, *Lutwinus*, *Lupfridus*, *Heinricus* dictus *Ciminus*, predicti monasterii monachi, interfuimus et subscriptionis loco in eundem consentimus, et nos *Wilhelmus* decanus, *Ezzelo* cantor, *Marquardus* custos ecclesie s. *Marthini wormat.* et *Cunradus* dictus *Cormarkel*,

Digitized by Google

canonici ibidem, *Heinricus Ritherus* ciuis *wormat.*, *Volmarus* dictus *Schillinc*, *Gerlacus* dictus *Hanropht*, sculteti de *Gundramsheim*, *Heinricus* dictus de *Bermersheim*, *Walterus* iuratus, *Herbordus* filius *Adolfi*, *Heinricus* filius *Lempfridi*, *Herbordus Raspo*, *Herbordus* dictus *Kunegenheimere*, *Arnoldus* pistor, *Helwicus*, *Jacobus* in *Bunden*, *Drabodo* de *Westouen* et *Cunradus* de *Gerbach* cum aliis quam pluribus de *Gundramsheim* villanis huius uendicionis ac translationis presentes sumus.*)

(Die Siegel des Biſchofs in Worms, ſowie der Ausſteller hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 256.

1271 (27. März). *H.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli Wormatie* profitemur, nos propter melius ecclesie nostre de illis iii. libris denariorum wormat. censualibus, quas erga *Dauid* militem, filium *Dauidis* militis, retro coquinam, super curia sua dicta *retro coquinam* ex opposito s. *Stephani* prout sita est, comparauimus, decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* ii. libras wormat., quarum vna cedet *Wilhelmo*, decano eiusdem ecclesie, quam suis propriis denariis comparauit, et terciam libram ex predictis magistro *Dauid*, fratri militis predicti, vendidisse, promittentes nos teneri eisdem emptoribus ad faciendam sibi certam warandiam prout de censibus iustum fuerit et consuetum, condicione hac adiecta, quod si ipse *Dauid* miles uel sui heredes infra tres annos a tempore huius empcionis inchoantes venerint designando et comparando in ciuitate *wormaciense* istis emptoribus ii. uel iii. libras denariorum

*) 1274 (3. Dec.) beſtätigt Biſchof Friedrich von Speyer obigen Kauf. (Das Siegel hängt wohl erhalten an.)

Digitized by Google

wormat. censuales, adeo certas ut priores et bene sitas, in recompensam priorum, extunc dicta curia pro quantitate designati census remanet absoluta. Post terminum elapsum ad huiusmodi designacionem nullatenus admittentur.

Act. a. d. M.CC.LXXI, fer. vi. a. dom. palmarum.

(Das Siegel der Ausſteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 257.

1271 (17. Aug.). *C.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie de gradibus magunt.* recognoscimus, quod cum *Jacobus*, filius *Waltheri* apud portam piscium, olim ciuis *maguntinus*, apothecam quandam apud uestibulum ecclesie nostre *Maguncie* sitam condicione iuris, quod *lipgedinge* uulgariter dicitur, a nobis et nostra ecclesia obtineret, petiuit a nobis idem *Jacobus*, quod ipse tale ius ad alium quendam ciuem *maguntinum*, *Frithelonem* uidelicet, transferre et commutare posset de nostra licencia. Nos igitur in hoc dicti *Jacobi* peticionibus annuentes, renunciacione iuris sui in predicta apotheca facta, ipsam prefato *Fritheloni* ad dies uite sue obtinendam concedimus sub hac forma, quod annis singulis quamdiu uixerit in quatuor festis b. Marie uirginis singulis festis duas libras olei nobis et nostre ecclesie ministrabit, ipsam eciam apothecam in statu meliori conseruare tenebitur, nec aliquas in ea personas locabit, nisi quas de nostra uoluntate nobis et nostre ecclesie nouerit expedire. Quod si secus fecerit, eadem apotheca nobis absoluta continuo erit, que nichilominus post ipsius Frithelonis etiam obitum ad nos et nostram ecclesiam redibit.

Act. a. d. M.CC.LXXI, in octaua b. Laurencii.

(Die Siegel der Mainzer Richter, ſowie der Ausſteller hängen unverſehrt an.) Orig.

Digitized by Google

№. 258.

1271 (Sept.). Quoniam rerum noticie etc. Inde est, quod ego ***Eberhardus*** miles et aduocatus in ***Ostouen*** notum facio vniuersis, quod ego ex voluntate ***Jutte*** vxoris mee et ***Conradi*** filii mei et omnium coheredum meorum, propter necessitates, indigencias ac debitorum meorum onera, feodum, quod ab abbate et conuentu ***horunbucensis*** monasterii, ***metensis*** dyocesis, in curte eorum ***Ostouen*** ex iure feodali tenui ac possedi, videlicet totam decimam prouenientem de terris ecclesie b. ***Marie ad gradus mogunt.*** in dicta villa ***Ostouen*** sitis et insuper carratam vini, quam in predicta curte de ***Ostouen*** consueueram percipere, predictis viris religiosis vendidi et iidem feodum idem cum omni iure suo a me pro cc. libris hallensium emptionis titulo conpararunt. Ne autem predicta uenditio valeat commutari, decreui presentes literas sigillo meo necnon sigillo prefati filii mei *C.* roborari.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LXXI, mense septembri.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№. 259.

1271 (2. Dec.). Consules et vniuersi ciues ***wormacienses***. Constare volumus, quod constitutis in nostra presencia ***Bertdoldo*** dicto ***Agirsheimere*** vna cum heredibus suis primis, quos habet ex ***Elizabet***, coniuge sua prima, videlicet ***Elizabet***, vxore ***Berolfi***, ***Johanne*** et ***Engilmanno***, pueris ***Meithildis*** defuncte et eadem vice presente ***Gudela***, secunda vxore sua, nata ***Fridegeri***, communicata manu et primi et secundi heredes ipsius ***Bert.***, vendiderunt ***Wilhelmo*** decano et capitulo ecclesie s. ***Martini wormat.*** super curia eorum, quam ipse ***Bertdoldus*** inhabitat, que quondam fuit ***Ortdonis*** monetarii, prout ipsa sita est cum

Digitized by Google

domo textoris adiacente cum transitu ad *Rinum*, ii. libras denariorum wormat. censualium, quarum vnam *Wilhelmus* decanus predictus suis propriis denariis comparauit, que cedere debet sibi de curia memorata, altera libra capitulo memorato. Harum librarum vna festo Georgii, reliqua festo Remigii annis singulis persoluetur, hoc adiecto, quod dicti heredes potestatem habebunt infra decennium ii. libras in ciuitate nostra in recompensam venditarum suis denariis comparandi decano et capitulo memoratis, vbi duo magistri nostri, qui pro tempore fuerint, super animas eorum dicant bene certas et sitas, qua designacione decanus et capitulum erunt contenti, completa designacione huiusmodi dicta curia a censu huiusmodi remanet absoluta.

Act. a. d. M.CC.LXXI, iv. fer. prox. a. Nicolai.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe abgefallen.)

Orig.

№ 260.

1271 (31. Dec.). Nos frater *Waltherus* abbas, totusque conuentus *montis* s. *Thiebodi* confitemur, quod nos et ecclesia nostra pro remedio anime domini *Jacobi Dirolfi* bone memorie, canonici ecclesie s. *Martini wormat.*, tenemur singulis annis per nostrum procuratorem in quadragesima tribus diebus in qualibet septimana, videlicet in tercia feria, quinta et sabbato in claustro ecclesie s. *Martini* predicti, in qua sepultus est idem *Jacobus*, cum pane, vino et allecciis pascere tredecim personas pauperes Jesu Christi ad huiusmodi elemosinam per nos et nostram ecclesiam perpetuo distribuendam.

Dat. a. d. M.CC.LXXI, in die b. Siluestri pape.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.)

Orig.

Digitized by Google

№ 261.

1272 (März). *Huno* decanus ecclesie s. *Johannis mogunt.*, totumque capitulum *moguntinum*. Nouerint vniuersi, quod nos *Girnodo*, sculteto in *Dreysa* apud *Funthen*, *Girdrudi*, uxori sue, et *Friderico*, filio eorundem, bona nostra sita in campis *Dreysa*, quorum situs talis est: in campo vno sita sunt ii. jugera amme ..... apud ii. jugera cantoris s. *Petri moguntini*, item vf wert ii. jugera *zu Gysen munde* apud iugerum et dimidium *Friderici* dicti *Kuche*, item ii. jugera *an borne wege* apud ii. jugera ecclesie s. *Petri* predicti oben doffe, item in alio campo ii. iugera et dimidium *an Ebersheimer wege* apud duale dicte ecclesie oben doffe, item vffe werter iugerum et dimidium *vf der steinecher bunden vor me holtze* apud iugerum et dimidium iam dicte ecclesie, item dar ober *an der swabeheimer strazen* ii. iugera et quartale, item iuger an der selben strazen apud juger et dimidium *Friderici Kuche* predicti, ad vitam ipsorum locauimus excolenda, de quibus nobis singulis annis quoad uixerint vi. maldra siliginis moguntine mensure infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis persoluent nomine pensionis ac presentabunt ante granarium nostre ecclesie sub eorum periculis, laboribus et expensis.

Act. a. d. M.CC.LXXII, mense marcio.

(Copialbuch des Johannesstifts in Mainz.)

№ 262.

1272 (4. Mai). Nos *Philippus* de *Hohinvels* recognoscimus, quod de nostro consensu *Huno*, miles noster castrensis, xxx. libras sepi, que sibi soluuntur annuatim de duobus macellis, et ii. solidos colon. denariorum de tercio macello suo, que estimantur annuatim ad iiii. solidos colon. cum dimidio, item terciam dimidiam vnciam denariorum ma-

Digitized by Google

guntine monete de curia, que vocatur *ad antiquum sueuum*, et x. denarios mogunt. de quadam area siue orto sito inter bicariatores ciuitatis *moguntine*, decano, totique capitulo ecclesie s. *Petri mogunt.* vendidit iure hereditario possidenda. In cuius feodi recompensam nobis de censibus suis equipollentes redditus in *Kungernheim* obligauit et nobis constituit feodales.

Act. a. d. M.CC.LXXII, iiii. nonas maii.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 263.

1272 (Juni). Iudices s. *maguntine* sedis. Nouerint vniuersi, quod *Conrado* et *Johanne* fratre suo, apothecariis, ciuibus *maguntinis*, una cum decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.* in nostra presencia constitutis dicti ciues domum *zume scuchen* nuncupatam confessi sunt, se conduxisse a predictis decano et capitulo ad tempus uite utrorumque duntaxat, exclusa qualibet successione heredum, pro xiv. solidis denariorum colon. annuatim in festis s. Albani vii. solidos et s. Thome apostoli totidem memoratis decano et capitulo persoluenda. Iidem quoque ciues promiserunt eandem domum conseruare in suis edificiis et reparare suis sumptibus reparanda, se nichilominus obligantes, vt si post quatuordecim dies utriusque termini uel alterius tamen prefatam census pensionem non soluerint, ex tunc iam eligunt iure conductionis se fore priuatos et recognoscunt prefatos decanum et capitulum pro sue libito uoluntatis habere de eadem domo dispensandi liberam potestatem.

Act. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXII, mense junii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 264.

1272 (9. Juli). *Sifridus* prepositus, *Simon* decanus, totumque capitulum ecclesie *maguntine* ad vniuersorum notitiam cupimus peruenire, quod cum nobilis vir dominus *Philippus* de *Bolandia* tertiam partem decime in *Werstad*, quam a nostra ecclesia in feodo tenebat, nobis redimendam offerret, et post multos tractatus super ipsa decima redimenda inter nos habitos, ipsam redimere omnibus et singulis nobis concorditer placuisset, eo, quod ipsius decime redemptionem nostre ecclesie vidimus non modicum profuturam, nec tamen eam de nostre ecclesie pecunia, que aliquantulum propter alias res, quas comparauimus, paulo ante fuit exhausta, commode redimere tunc possemus, magister *Daniel*, rector ecclesie s. *Kyliani* in *Nerstein*, motus circa ipsam nostram ecclesiam pio zelo ad redemptionem eiusdem decime de sua pecunia c. marcas colon. denariorum in subsidium nobis dedit, nosque, communi habito tractatu et vnanimi totius nostri capituli ad hoc accedente consensu, pro porcione, que in fructibus siue redditibus ipsius decime eundem magistrum posset contingere et deberet ratione dicte pecunie, ad redemptionem eiusdem decime ab ipso nobis liberaliter date, ipsi magistro lx. et matri eius x. maldra siliginis, mensure moguntine, quamdiu vixerint, de nostro granario infra festa assumptionis et natiuitatis b. Marie, dare promisimus et dabimus singulis annis fideliter et cum integritate, omni contradictione cessante, ipsamque annonam eisdem magistro et matri sue in nostro granario absolute et libere reseruari vel in quamcumque domum *Moguntie* voluerint, presentari cum eorum expensis et laboribus faciemus, si vero ambos uel alterum eorum hoc anno decedere contingerit, antequam porcionem dicte annone ipsam contingentem recipiat, nichilominus eandem porcionem cuicumque dare iusserit, cum integritate debita persoluemus. De cetero autem et in antea,

Digitized by Google

si quis ex ipsis ante festum b. Margarethe decesserit, porcio ipsum contingens apud nos totaliter remanebit, quod si post idem festum decesserit, suam porcionem cuicumque, quem ad hoc deputauerit, cum integritate soluemus, eundem quoque magistrum, cui iam communionem omnium bonorum, que decetero in ecclesia nostra fient, concedimus simpliciter et deuote recipiemus, si elegitur ad ecclesiasticam sepulturam, et idem de matre sua, si elegitur, faciemus. Preterea deliberato et ab omnibus nobis approbato consilio decreuimus, ut in die mortis predicti magistri et decetero in anniuersario ipsius in perpetuum fratribus et sociis nostris suum anniuersarium in nostra ecclesia peragentibus x. maldra et in die b. Kiliani, quam sollempniter peragemus, totidem maldra siliginis de granario nostro dentur nomine presentiarum, quemadmodum in nostra ecclesia est consuetum, et quia prefatus magister prenominatam pecuniam in subsidium redemptionis decime memorate liberaliter nobis dedit, prout superius est expressum, volentes, ut de huiusmodi ordinatione nunc et in posterum obseruanda sibi plenius teneatur. Immo ut vniuersa et singula supradicta fideliter obseruemus, presentem litteram nostri capituli sigillo fecimus roborari.

Dat. *Moguntie* a. d. M.CC.LXXII, vii. idus julii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 265.

1272 (22. Juli). Nos *Hildegardis* abbatissa et conuentus sanctimonialium *de orto s. Marie* in suburbio *wormaciensi* ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod aream sitam apud pontem lapideum uersus *Nunninmunsther* cum fossato *Wilhelmo* scolastico ecclesie s. *Pauli wormat.* et suis heredibus concessimus perpetuo pro annua pensione, videlicet iv. capunis festo Remigii presentandis, quos idem scolasticus seu sui heredes dabit capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* in recompensam iv. ca-

Digitized by Google

punorum, quos de area sita apud s. *Michahelem* dare capitulo tenemur eidem.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXII, ipso die b. Marie Magdalene.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 266.

1272 (11. Aug.). *Heinricus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* etc. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod *Hugoni* sacerdoti x. maldra siliginis singulis annis de granario nostro ad illa xii. maldra siliginis, que bone memorie *Didericus* de *Wachenheim*, prebendarius ecclesie *spirensis,* ad altare s. *crucis,* quod est in ecclesia nostra, contulit, assignare tenemur, que quidem x. maldra ipse *Hugo* suis propriis denariis comparauit, qui sic de ipsis nostro accedente consensu statuit, quod cuilibet suo successori in altari predicto celebranti predicta maldra xii. a domino *Diderico* predicto data cedere debent cum hiis, que in vino, pane et denariis presentibus dari solent, hoc adiecto, quod si ipse *Hugo* ad locum alium se transtulerit vel ad beneficium aliud vocatus fuerit, annis singulis x. maldra, que comparauit sibi, tenebimur assignare, post mortem vero suam quicunque sibi successerit in altari predicto celebrando in eodem cum prioribus xii. maldris x. maldra predicta cedent eidem, qui sacerdos debet nostre ecclesie decano debitam obedientiam exhibere, predictorum reddituum collatores esse debent decanus et custos, qui pro tempore in ecclesia nostra fuerint, conferendo in animas eorum hos redditus sacerdoti ydoneo et honesto.

Dat. a. d. M.CC.LXXII, in crast. b. Laurentii.

(Copialbuch des Paulſtifts zu Worms.)

№ 267.

1272 (19. Sept.). Quoniam summe felicitatis bonum in ecclesia dei esse dinoscitur etc. Hinc est, quod ego ***Henricus*** scolasticus ecclesie s. ***Johannis maguntini*** cupio esse notum, quod uolens anime mee prouidere salutem, manufidelium meorum, uidelicet ***Symonis*** decani et ***Eberhardi*** de ***Lapide***, canonici ecclesie ***maguntine***, necnon ***Henrici*** presbyteri dicti de ***Merkesheim***, vicarii eiusdem ecclesie, accedente consensu, de bonis meis in villa ***Harwesheim*** sitis, videlicet agris, vineis, pratis, areis, curiis, censibus et de aliis eorum pertinenciis uniuersis taliter ordinaui, quod singulis annis in quolibet festo quatuor festorum b. Marie virginis l. panes, qui de duobus maldris et dimidium tritici pistari potuerint, presenciarum nomine in choro presentibus ministrentur, super qua ministracione panum et illuminacionis lampadas, quam ordinaui ante altare b. ***Martini***, cum illis duabus perpetuis lampadibus ante idem altare pendentibus arsuram perpetuo de predictis bonis facienda, similiter ad ***Adelheidim*** sororem meam et filias eius, ***Methildim*** et ***Adelheidim***, omnino respectus habebitur, postquam ego migrauero ab hac luce et ipsi bona eadem pacifice quamdiu uixerint possidebunt et in cuiuslibet anniuersario eciam me uiuente distribuentur perpetualiter, nomine presencie accipienda de bonis prehabitis x. maldra siliginis, et decanus et capitulum ***maguntin.*** eas facient prout eorum honestatem condecet sepeliri. Hiis autem tribus personis mortuis et me ipso uiam uniuerse carnis ingresso, quicquid dictis panibus dandis nomine presencie et ipsis xxx. maldris in anniuersariis sororis mee et filiarum suarum prescriptarum distribuendis in bonis supererit antedictis et quicunque in curia, quam a capitulo et a me habent, inueniuntur suppellectilia et habentur, omnia uendi

Digitized by Google

debent in augmentum presencie in premissis quatuor festis b. Marie uirginis dande perpetuo conuertenda.

Act. a. d. M.CC.LXXII, xiii. kalendas octobris.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 268.

1273 (28. Mai). Frater *O.* dictus abbas *Schonowie* et conuentus ibidem uolumus esse notum, quod nos, cupientes precauere, ne decetero noster conuentus illis recreationibus penitus defraudetur, que deberent eidem ex fidelium elemosinis prouenire, bona domus nostre et redditus infrascriptos ad seruiendum dicto conuentui de eisdem perpetualiter deputamus. Videlicet bona nostra in *Pefflinkeim* et in terminis ipsius ville sita. In *Wormacia* census nostros, qui fuerunt quondam *Jacobi* monachi nostri. In vado *Heidelberg* viii. libras. Item in *Heidelberg* census nostros, qui fuerunt *Vlrici Lemelini.* In *Loutemburg* censum de domo, que dicitur *Roderonis.* In *Spira* xxx. solidos hallensium de domo *Korhuterin.* Item vineas nostras in monte *Mergardis* et in terminis *Dossinheim* iii. jugera uinearum, que quondam *Rukerus* monachus noster emit. De hiis bonis et redditibus nostri conuentus accedente assensu statuimus, ut deinceps camerarius domus nostre annuatim quatuor seruicia de albo pane, piscibus et vino franconico nostro conuentui amministret, quorum primum dabit in anniuersario quondam domini *Benzonis,* decani ecclesie *wormat.*, quod est in festo b. Benedicti, secundum in anniuersario quondam *Mergardis* coniugis *Jacobi* bone memorie, monachi domus nostre, quod agitur in festo b. Bernardi, tercium in anniuersario *Adelheidis* matris *Rukeri,* quod agitur nonas septembris, quartum in an-

Digitized by Google

niuersario *Henrici* patris eiusdem *R.*, quod iiii. idus decembris fieri consueuit etc.

Act. a. d. M.CC.LXXIII, in die b. Wilhelmi conf.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

№ 269.

1273 (5. Aug.). *B.* dei gratia abbas, totusque conuentus s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* protestamur, quod *Metthildi* pro viii. jugeribus agrorum minus duali in *Ebirnsheim* sitis, que ipsa *M.* erga *Emechonem* comparauit et nobis et ecclesie nostre tradidit et legauit, ita uidelicet, quod prefate *M.* infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. virginis soluere teneamur anno quolibet nomine pensionis iv. maldra siliginis ad perpetuum uite sue. Qua uero defuncta, i. maldrum in usum unius perpetui luminis conuertemus et de residuis tribus maldris in anniuersario ipsius *M.* consolationem nostris fratribus faciemus. Ad hec omnia firmiter obseruanda promittimus uoluntarie eligentes, ut si in premissis fuerimus negligentes, ipso facto simus suspensi ab officio diuinorum. Quibus autem mediantibus et presentibus sepefata *Metthildis* predictos agros emerit, hii sunt subscripti: *Helfericus* miles, *Pe.* dictus *Neckere, Johannes* et *Emecho*, in eadem uilla residentes.

Dat. a. d. M.CC.LXXIII, nonas augusti.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 270.

1273 (31. Aug.). Nos *E.* camerarius, *Her.* sculletus, judices, consilium et vniuersi ciues *maguntini* notum esse cupimus, quod *Conradus* dictus *Razho*, conciuis noster, communicata manu *Razhonis*, filii sui, et *Clare*, vxoris eiusdem, necnon *Baldungi*, sui filii, vniuersa bona illa, que

Digitized by Google

Cristina, filia *Friderici* dicti *zum Lügeln*, racione *Jacobi*, quondam sui mariti, eiusdem *Conradi Razhonis* filii, ad eius vite terminum obtinere debet et que post ipsius *Cristine* obitum ad ipsum *Conradum* et suos heredes fuerant deuoluenda, abbati et conuentui in *Eberbach* post predicte *Cristine* obitum anime sue salutis intuitu contulit obtinenda, fratre *Anthonio*, magistro curie ipsorum in *Maguncia*, donacionem eandem loco et nomine dicti claustri in *Eberbach* suscipiente. Hec itaque, quemadmodum sunt premissa, *Fulmannus* judex, attestante sibi *Heinrico* dicto *Gulfere*, conciue nostro, coram se in figura judicii rite et legitime esse acta sub professione iuramenti prestiti publice recitauit. Hec autem sunt bona prenotata, videlicet media pars curie dicte *ad Hedewigim* monetariam, item due apothece apud monetam site et horti intra *Magunciam* et extra, quos supradictus *Conradus Razho* a domino *Johanne* cantore s. *Petri*, fratre ipsius *Cristine*, dinoscitur comparasse. Supradicte quoque donacioni hoc est inclusum, quod postquam bona predicta ad *eberbacens.* monasterium deuoluta fuerint, si abbas et conuentus eiusdem monasterii ea uendere uoluerint, ipsa prefati *Conradi* heredibus exhibebunt pro pecunia quemadmodum aliis comparanda.

Act. a. d. M.CC.LXXIII, fer. v. p. fest. Bartholomei.

(Das Siegel der Ausſteller hängt an roth ſeidener Schnur etwas zerbrochen an.) Orig.

№ 271.

1273 (1. Oct.). Nos prior et conuentus *fratrum ordinis s. Augustini heremitarum* in *Maguncia*. De mandato et licencia prioris prouincialis ordinis nostri soluere promittimus census nomine annuatim decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.* xviii. solidos colon. denariorum quatuor anni temporibus, que wlgariter *fron-*

Digitized by Google

faste dicuntur, quolibet predictorum temporum iv. solidos et vi. denarios colon. pro quadam curia et domo lapidea nostre domui proxima ad dictam ecclesiam pertinente et ab una parte plateam, que *mezzelergazze* dicitur, attingente, pro quo inquam censu nos et domum nostram, quam inhabitamus ad presens, sepedicte ecclesie s. *Marie ad gradus* in perpetuum obligamus *) et nichilominus subicimus nos iurisdictioni judicum s. *maguntine* sedis, eligendo uoluntarie, ut si aliquo predictorum temporum in solucione dicti census reperti fuerimus negligentes et post monitionem factam ab officiato eiusdem ecclesie infra quatuordecim dies non soluerimus pecuniam memoratam, dicti judices a diuinorum officio nos suspendant et excommunicent, si opus fuerit, excommunicatosque faciant publice nuntiari.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXIII, kalendas octobris.

(Das Siegel der Mainzer Richter iſt beinahe ganz abgefallen, das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 272.

1274. Iudices s. *moguntine* sedis. Constituta in nostra presencia *Mildruna* de *Muminheim* confessa est,

---

*) 1274 (20. März) geben *Eberhardus* camerarius, *Hermannus* scultetus, judices, consilium et vniuersi ciues *maguntini* ein vidimus über die vorſtehende Urkunde, deren Schluß jedoch in Letzterem alſo lautet:

Hec itaque omnia *Fulmannus* judex, quemadmodum sunt premissa, attestante sibi *Heinrico*, filio camerarii, sororio suo, et aliis nostris conciuibus coram se in figura judicii rite et legitime esse acta sub professione juramenti prestiti publice recitauit, hoc sane adiecto, quod predicti decanus et capitulum de area eiusdem curie atque domus censum debitum ecclesie s. *Albani* apud *Magunciam* certis temporibus perpetuo soluere tenebuntur. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

quod v. iugera terre arabilis in campis *Muminheim* sita, que dicta *Mildruna* tanquam propria hactenus tenuit, ecclesie s. *Johannis* in *Moguncia* pro viii. marcis colon. denariorum vendidit et ea tam coram nobis quam in figura judicii in villa *Muminheim* publice resignauit ac ab omni exactione et censu quolibet proclamauit esse libera et penitus absoluta, plenam de eorundem libertate warandiam prefate ecclesie facere promittendo, puerorum suorum consensu ad hoc per omnia accedente, seque de predicta pecunia pro huiusmodi bonis data plene pagatam esse publice profitendo.

Act. a. d. M.CC.LXXIV.

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 273.

1274 (13. Jan.). Nos *Philippus* de *Bolandia* vna cum nostra coniuge *Lukarde* recognoscimus, quod fidelia seruicia, que *Hertwicus* de *Scornisheim*, homo noster, deuote nobis semper exhibere curauit, nos mouerunt, quod sibi recompensacionem et retribucionem suorum seruiciorum curauimus nostro gracia compensare. Nouerint igitur vniuersi, quod nos mera liberalitate omne ius, quod nos in persona dicti *H.* et in persona vxoris sue *Adleide* et filiorum ac filiarum ipsius iure patronatus competebat, ipsis remittimus, ipso iuri siue iuribus seu consuetudinibus presentibus renunciantes, prefatas personas libertati omnimode condonantes. Item quecumque bona predicti *H.* et vxor sua in presenciarum possident in locis quibuscumque nobis subiectis, ab omni seruitute, exactione et iuris uel facti siue consuetudine et omni onere libera constituimus. Item quecunque bona usque ad xx. marcas predicte persone uel eorum successores in nostro districtu comparauerint, eidem libertati condonamus, ita, ut ad quemcumque priuatum seu

Digitized by Google

ecclesiam eadem bona fuerint qualitercunque deuoluta, predicta gaudeant libertate.

Dat. a. d. M.CC.LXXIV, in oct. Epiphanie dom.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen, das seiner Gemahlin hängt noch an einem Stückchen an.) Orig.

№ 274.

1274 (29. März). Iudices s. *moguntine* sedis. Constitutis in nostra presencia decano ecclesie s. *Johannis mogunt.* nomine eiusdem ecclesie sue ex parte vna et *Ludewico* milite, sculteto in *Muminheim,* suo, vxoris sue et heredum suorum nomine ex altera, idem *Ludewicus* confessus est, quod xiii. jugera et i. quartale terre arabilis in campis *Muminheim* sita eidem ecclesie s. *Johannis* pro xxi. marcis colon. denariorum communicata manu vxoris sue vendidit, ea in judicio *Muminheim* resignauit et ab omni exactione et a censu quolibet proclamauit esse libera, plenam de eorundem bonorum libertate prefate ecclesie warandiam facere promittendo, adiciens, quod dicta bona ab eodem decano pro se et heredibus suis conduxit ad continuos annos duodecim sub hac forma, quod infra assumpcionis et natiuitatis s. Marie festa xx. maldra siliginis sub ipsius laboribus, periculis et expensis dicte ecclesie ante granarium suum *Moguncie* presentabit, preterea singulis dimidium iugerum in dictis bonis bene finiabit, quod *mistem* wlgariter nuncupatur, nec ipse *Ludewicus* a conductione nec ecclesia memorata a locacione predicta ante consumacionem predictorum annorum xii. poterunt resilire, quecunque autem partium resilirit, parti alteri iv. marcas denariorum colon. nomine pene dabit, pro quibus omnibus fideliter obseruandis idem *L.* de consensu vxoris sue curiam suam, quam in *Mumenheim* inhabitat, sepedicte ecclesie sub impignoracionis tytulo obligauit. Elapsis uero duodecim

Digitized by Google

annis predictis ipsa bona ad prenominatam ecclesiam reuertentur.

Act. a. d. M.CC.LXXIV, iiii. kalendas aprilis.

(Capialbuch des Johannisſtifts zu Mainz.)

№ 275.

1274 (15. April). Nos *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus, *Alexander* decanus, totumque capitulum *wormaciensis* ecclesie testamur, *Johannem* et *Petrum*, fratres, milites de *Bertholdisheim*, in recompensam illorum bonorum, que *Heinricus* comes *Geminipontis* a nobis et ecclesia nostra in terminis ville *Husen*, ex altera parte *Rheni*, ex opposito ciuitatis *wormaciensis*, in feodo obtinebat, et deinde quod feodum dicti fratres a dicto comite feodi nomine possidebant, eo, quod in abbatissam et conuentum s. *Marie* extra muros *wormat.*, ordinis cisterciensis, proprietatis titulo transferantur et ut propria perpetuo possidenda, alia bona ipsorum fratrum in terminis ville *Dirmenstein* sita feodi titulo designasse et debere ea designata in recompensam bonorum *Husen* dictorum in abbatissam et conuentum predictos translatorum feodi nomine possidere, translacionem bonorum huiusmodi factam conuentui predicto ratam et gratam habentes.

Dat. a. d. M.CC.LXXIV, dominica misericordia dom.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№ 276.

1274 (10. Oct.). *Eberhardus* camerarius, *Hermannus* scultetus, judices, consilium et vniuersi ciues *maguntini* profitemur, quod *Cunradus* dictus *faber* de *Ingelnheim* et *Werndrudis*, vxor sua, se et uniuersa bona sua mobilia et immobilia, iam nunc habita uel in posterum ha-

Digitized by Google

bitura, pro suarum remedio animarum in honorem dei et beatissime virginis Marie abbati et conuentui fratrum monasterii in *Eberbach* pura et simplici donatione contulerunt, *Heinrico Walpodone*, nostro conciue, donationem eandem nomine predicti claustri suscipiente. Hec itaque quemadmodum sunt premissa *Dudo* judex, noster conciuis, attestante sibi prefato *H. Walpodone*, coram se in figura iudicii rite et legitime esse acta, sub professione iuramenti prestiti in presentia nostri consilii publice recitarunt.*)

Act. a. d. M.CC.LXXIV, vi. idus octobris.

(Das Siegel der Stadt Mainz hängt an roth ſeidener Schnur zerbrochen an.) Orig.

№ 277.

1274 (29. Nov.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses* constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Heinricus Alheri* miles et *Elizabel* vxor eius, nata *Heinrici Rufi*, nostri conciues, illarum duarum librarum wormat., quas quondam *Sigelo* dictus *Sparwenzagel* vna cum *Elizabet*, legittima sua predicta, erga *Cunradum* dictum *Schangezzere* militem et *Libezam* vxorem suam, relictam *Eberzonis* in vico lane, nostros conciues, super duabus curiis eorum sitis in vico *Hugenonis*, vna apud *Cunradum* dictum *Gelthere*, alia ex opposito domus *Elsungi* clerici, emerunt et que curie quondam fuerunt *Gerungi* apothecarii, libram vnam denariorum wormat. censualem manu communicata super anteriori curia protendente

*) 1274 (26. Sept., 27. Oct. und (?) Nov.), 1275 (14. März). Gleiche Bekenntniſſe der Mainzer Richter. 1274 (27. Oct.), 1275 (14. Mai) deßgleichen Conrads, Decans der Marienkirche zu den Greden und von dem Erzbiſchofe zu Mainz beſtellten Richters. (Die Siegel hängen wenig beſchädigt an.)

Digitized by Google

uersus vicum *Hagenonis* predictum, *Cunrado* dicto *Becherere* et suis heredibus, nostris conciuibus, vendiderunt sub condicionibus prius habitis inter *Cunradum Schangezzere, Libezam, Sigelonem, Sperwenzagel* et *Elizabet*, suam coniugem, quando empcio et vendicio dictarum duarum librarum habita fuerat et tractata, videlicet ita, quod quandocunque predicti *Cunradus* et *Libeza*, vxor eius, vel eorum heredes dicto *Cunrado Becherere* vel eius heredibus comparauerint in ciuitate nostra in alio loco bene sito i. libram wormat. censualem, quam magister ciuium, qui tunc pro tempore fuerit, judicet bene sitam et certam in recompensam libre prioris, illam designacionem dictus *Cunradus* et sui heredes admittent et extunc dicta curia anterior a libra huiusmodi absoluta remanebit et huius libre censualis medietas festo b. Georgii, reliqua medietas festo b. Remigii annis singulis persoluetur.

Act. a. d. M.CC.LXXIV, in vig. b. Andree apost.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 278.

1274 (21. Dec.). Nos *Walramus* prepositus, *Alexander* decanus, totumque capitulum, *Gerhardus* prepositus s. *Pauli* et *Wilhelmus* custos ecclesie *wormat.* ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nos, attendentes tenuitatem prebendarum ecclesie nostre propter multitudinem earundem, numerum quinquaginta prebendarum ad quadraginta quatuor prebendas restriximus, auctoritate domini nostri *Eberhardi wormat.* episcopi, ordinantes, ut inantea *wormat.* ecclesia quadraginta qualuor prebendarum et canonicorum numero sit contenta, nec amplius dicte sex prebende notentur prebende nec habeant canonicatus annexos, sed prouide habeantur ac si nunquam institute fuissent et in aliarum cedant prebendarum augmentum. Promisimus

Digitized by Google

eciam, ut si aliquis canonicorum absencium uel quicunque alius predictam nostram ordinacionem impugnare presumpserit, ipsi expensis communibus resistemus, ipsum canonicum absentem a nostro capitulo tamdiu eluuinando, quousque ordinacioni nostre prestet assensum. In cuius rei testimonium presens litera domini nostri *E. wormat.* episcopi predicti, decani et capituli, *Wal. maioris*, *Gerh.* s. *Pauli*, prepositorum necnon *W.* custodis *wormat.* sigillorum munimine extitit roborata. *)

Act. a. d. M.CC.LXXIV, in die b. Thome apost.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms).

№ 279.

1274 (21. Dec.). Nos *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus, *Fridericus* dei gracia *spirensis* electus, *Gerhardus* dei gracia prepositus s. *Pauli wormat.* et s. *Germani spirens.* et *Rupertus comes Irsutus*, fratres, nosse volumus, dominam *Hedewigem*, matrem nostram, nostro prius ad hoc accedente consensu, sextam partem decime in *Gunderamesheim*, tam in vino quam annona, omni jure, quo ipsa et bone memorie maritus eius, pater noster, possedit, decanis et capitulis s. *Pauli* et s. *Martini*, ecclesiarum *wormat.*, vendidisse et omne jus, quod in ipsa parte decime ipsa mater nostra et nos habuimus, in ipsos decanos et capitula transtulisse, maxime cum racionabile sit, quod decime de manu laicali in ecclesias transferantur. Huius autem decime comparate due partes cedent perpetuo duobus sacerdotibus a *Gisela*, relicta *Herterici*, ciuis *wormat.*, in dictis ecclesiis institutis, chorum frequentantibus, suis decanis et capitulis obedienciam

*) 1275 (6. Febr.) beſtätigt Pabſt Gregor X. obiges Statut dd. *Lugduni* pontif. ao. iii. (Daſ.)

facientibus, cuius *Gisele* legatum ad hanc empcionem decime legatum fuerat siue datum. Tercia vero pars huiusmodi decime cedet decano et capitulo ecclesie s. *Pauli* predictis, quam terciam partem dicti decanus et capitulum s. *Pauli* propriis denariis compararunt. Renunciauit eciam mater nostra viua uoce coram sculteto, scabinis et juratis ville *Gunderamesheim* predicte decime sepedicte et nos huiusmodi vendicionem factam et renunciacionem gratam et ratam habentes. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris, quibus mater nostra contenta est, dedimus roboratam.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXIV, die b. Thome apost.

(Das erſte und dritte Siegel hängt in rothem Wachſe unverſehrt an, das zweite und vierte Siegel fehlt.) Orig.

№ 280.

1275. *Wernherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini Wormatie* notum esse volumus, quod *Hezelo,* cantor ecclesie nostre, volens nouissima *Hezelonis* bone memorie, filii sororis sue, nostri quondam concanonici, prouidere pro remedio anime ipsius *Hezelonis,* sororis sue filii, testamentum de consilio et assensu *Burkardi,* scolastici *maioris* ecclesie, et *Marquardi,* custodis nostri, dicti *Hezelonis* manufidelium, condidit per hunc modum, donans ecclesie, nostre v. solidos wormat. censualium super domo et area sita ante portam s. *Martini,* in qua residet *Petrus,* qui facit lagenas, aput hospitale dominici sepulcri, item ii. vncias denariorum wormat. super area ortuli siti infra domum lapideam quondam senioris *Richeri* et curiam *Wernheri Dirolfi,* item super quadam area sita aput pistrinum ackers, quam possidet *Wernherus Philippi* in vico sowinariorum, xxvi. denarios wormat. censuales, item v. jornales campestres contiguos sitos *Ostouene* ante *Hirneberg,*

Digitized by Google

de quibus soluuntur annuatim dominis de *Cella* xvii. denarios wormat. et obolus censuales, in quorum restaurum domine de *Mullen* soluent xiv. denarios wormat. et obolum censuales, quos predicto cantori nostro de bonis earum dederunt, dominis de *Cella* predictis ipsos annis singulis assignando et residuos iii. denarios dominis de *Cella* dandos dabit vicarius s. *Marie Magdalene* celebrans in ecclesia nostra, qui pro tempore fuerit, quouis anno, quos census predictos et medietatem fructuum proueniencium de jornalibus quinque predictis sepedictus ecclesie nostre vicarius colliget Remigii et distribuet inter fratres presentes in anniuersario *Hezelonis* predicti. Adiectum est eciam, quod si predictus cantor noster census alios adeo certo loco sitos loco predictorum censuum comparauerit ecclesie nostre, illud admittemus. Et nos *B.* et *M.* manufideles predicti littere presenti vna cum sigillo capituli sigilla nostra duximus apendenda.

Acta sunt hec . . . . *)

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 281.

1275 (17. Jan.). Iudices *wormacienses* notum fieri volumus, quod cum inter decanum et capitulum ecclesie s. *Andree Wormatie* ex parte una et *Jacobum*, filium *Emerchonis* bone memorie, militis de *Monsheim*, et eius coheredes ex altera, controuersia super bonis in *Huchelheim* sitis, legatis ecclesie predicte, diu habita fuisset, tandem viris prouidis interuenientibus compositio inter eos fuit inita in hunc modum, quod *Jacobus* predictus annuam pensionem xxx. maldrorum siliginis perpetuo et absque omni periculo, grandinis scilicet, regalis exercitus seu alio quocunque, in ciuitatem *wormatiensem* ante granarium predicte

*) Das Datum iſt abgeſchnitten, von älterer Hand iſt aber auf der Rückſeite der Urkunde die Jahreszahl 1275 bemerkt.

Digitized by Google

ecclesie tempore consueto, intra duo festa b. virginis scilicet assumpcionis et natiuitatis, annis singulis presentandam de bonis suis sitis in villa dicta *Obersulzen* assignabit et dictam ecclesiam plene securam reddet predictis bonis, si fieri poterit, quod nullam in dicta pensione diminucionem vllo vmquam tempore sustinebit, tali videlicet securitate, quam duo de canonicis prefate ecclesie et duo layci uiri providi, qui ad hoc de consensu dicti capituli assumentur, in animas eorum ipsi ecclesie sufficere iudicabunt, quo facto prefata bona in *Huchelheim* ab omni impeticione dictorum decani et capituli erunt libera et absoluta, si vero bona prenominata in *Obersulzen* sita ad plenam securitatem pensionis predicte percipiende modo predicto sufficere non videbuntur, tunc *Jacobus* medietatem omnium bonorum sitorum in *Huchelheim*, que quondam fuerunt bone memorie *Stephani* et *Wilhelmi*, fratrum, awnculorum predicti *Jacobi*, cum consensu coheredum suorum ecclesie memorate coram sculteto et scabinis de *Huchelheim* et alibi, vbi ipsi ecclesie fuerit visum expedire, libere assignabit, quam medietatem bonorum idem *Jacobus* ab ipsa ecclesia recipiet pro annua pensione xxx. maldrorum prestanda de ipsis bonis, ita, quod eadem bona indiuisa aput ipsum vel unum heredum suorum vel alium, ad quemcunque eadem bona deuolui contigerit, simpliciter remanebunt, et si ea aliquo casu contingente dividi contigerit, ipso facto absque contradictione qualibet pleno iure redibunt ad ecclesiam supradictam, et adimplenda supradicta plene et absque dolo usque in mediam quadragesimam idem *Jacobus* se astrinxit. Promisit insuper, quod nunquam ipse vel aliquis coheredum suorum umquam *Cunradum* vitricum ipsorum impetent pro xl. maldris, que idem de bonis antedictis in *Huchelheim* recepit et prefatis decano et capitulo in messe proxima restituere promisit et quod ipse *Jacobus* eciam in messe proxima xx. maldra siliginis eisdem decano et capitulo sine omni restituet contradictione, constituens

Digitized by Google

fideiussores quatuor, scilicet *Johannem*, *Geboldum* de *Epnselinthem*, *Fridericum* dictum *monachum* de *Horgehem*, milites, et *Gernodum* de *Limershem*, qui si vsque ad dictos terminos ea, que predicta sunt, per *Jacobum* non fuerint adimpleta, commoniti a decano et capitulo predictis, expensas more fideiussorio facient in ciuitate *Wormatia* tamdiu, quousque predicta fuerint adimpleta. Promiserunt eciam decanus et capitulum memorati, se procuraturos eidem *Jacobo* absolucionis beneficium inpendi a sententia excommunicationis in ipsum lata absque dampno suo et se ipsum *Jacobum*, si aliquod periculum racione controuersie prehabite eum incurrere contigerit, auctoritate regii judicii indempnem a tali periculo omnimodis reddituros.

Act. a. d. M.CC.LXXV, fer. v. p. octavam Epiphanie, presentibus decano *Cunrado* de *Stocheim*, *Berlewino* canonico *wormat.*, *Gerbodone* de *Moro*, *Helfrico* de *Heppenheim*, *Jacobo* de *Lapide* et a. q. pl. In cuius rei memoriam presentem litteram nostri sigilli munimine roboramus, nos etiam decanus *C.* de *Stocheim* et *Berlewinus* predicti nostra sigilla presentibus duximus appendenda.

(Sämmtliche Siegel fehlen.) Orig.

№ 282.

1275 (23. Jan.). Nos *Ph.* de *Bolandia* profitemur, quod bona nostra, scilicet agros et prata apud *Spisheim* sita, vendidimus *Humberto* de *ariete*, ciui *moguntino*, huiusmodi autem bona communicata manu collateralis nostre resignabimus dicto *Humberto*, dum ad carnispriuium proximo affuturum, facturi sibi de eisdem bonis per vnius anni circulum warandiam debitam et consuetam. Ceterum recognoscimus, eidem *Humberto* in xxiii. marcis colon. denariorum et ccc. maltris siliginis nos teneri, denariis inquam usque ad festum s. Bartholomei soluendis et annonam usque

Digitized by Google

ad messem proximam persoluenda, hoc adiecto, quod si *Humbertus* interea uoluerit taxare atque computare annonam pro ualore et precio sicut soluit illam pecuniam taxatam vna cum prefatis xxiii. marcis, ei usque ad festum b. Bartholomei proximum persoluamus. Si uero frumentum prehabitum habere uoluerit, ipsum sibi inter assumptionem et natiuitatem s. Marie proximam presentemus, assignatis eidem per nos et dictorum debitorum omnem solidum et cautelam fideiussoribus subnotatis *Wern.* sculteto de *Oppenheim*, *Ar.* et fratre suo de *Lorcha*, *Moudone* de *Nersthein*, *C.* de *Lurzwibre*, *H. Irsuto*, *H.* de *Haginheim*, militibus, et *Hertwino* procuratore nostro.

Dat. a. d. M.CC.LXXV, x. kalendas februarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an der Umschrift beschädigt an.)

Orig.

№ 283.

1275 (1. Febr.). Nos *Wernherus* de *Bolandia* imperialis aule dapifer et *Elizabeth* collataralis nostra profitemur, quod nos diuine remuneracionis intuitu et ob reuerenciam b. Katherine virginis curiam sitam in villa nostra *Herlesheim* et omnia bona attinencia predicte curie, que quondam fuerunt bone memorie magistri *Heinrici* phisici dicti de *Lammensheim*, canonici s. *Andree wormat.*, nunc vero pertinencia ad prebendas sacerdotum celebrancium in capella ad honorem b. *Katherine* in predicta s. *Andree* ecclesia dedicata, absoluimus libera et absoluta, pronunciamus ab omni onere angariarum, perangariarum, indictorum, superindictorum ac recepcione hospiciorum, curruum prestacione ac omni genere seruiciorum sev exactionum quocunque nomine censeantur, in festo b. Martini et annone tempore consueto, videlicet intra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis purum maldrum, mixtum uero in festo b. Gerdrudis predicti sacerdotes annis

Digitized by Google

singulis soluere tenebuntur de bonis predictis, ab omnibus aliis oneribus et exactionibus penitus absolutis, siue apud ipsam capellam remaneant, siue in alios de predictorum sacerdotum consensu quocunque titulo transferantur, promittentes, quod huiusmodi immunitatem ratam et gratam habebimus. Profitemur eciam pro liberacione predicta sufficientem esse factam nobis a predictis sacerdotibus recompensam et illam in nostram et heredum nostrorum vtilitatem esse conuersam, scilicet in solucionem debitorum communiter contractorum. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo *Eberhardi wormat.* episcopi vna cum sigillo nostro et *Elizabet* collateralis nostre dictis sacerdotibus tradimus communitam. Actum presentibus *Wernhero* decano et *Volmaro* dicto *Mudiz*, canonicis ecclesie s. *Andree wormat.*, *Helfrico* milite de *Eppelensheim*, *Cunrado* dicto Span et *Friderico* de *Mauwenheim* et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CC.LXXV, in vig. purif. b. Marie virg.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgerissen, die beiden andern Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 284.

1275 (11. April). *A.* decanus et capitulum ecclesie *wormatiensis* vniuersis salutem. Cum ex emptione prouentuum prebendarum ecclesie nostre layci lucrum non modicum sint multaciens consecuti etc. Statuimus et de consensu domini nostri *E. wormat.* episcopi ordinauimus, ut si quis canonicorum nostrorum fructus prebende sue in ecclesia nostra uendere uoluerit, conuencionem cum layco nullam faciat, nisi prius in capitulo nostro manifestam uendicionis huiusmodi fecerit mencionem, cum tam canonic quam vicarii ecclesie nostre prouentus tales possent licite

Digitized by Google

et pocius debeant, cum sint res ecclesie, quam layci comparare.

Dat. a. d. M.CC.LXXV, iii. idus aprilis.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 285.

1275 (3. Mai). *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos* etc. Nouerint, quod *Lodewicus* cantor nostre ecclesie ex pia liberalitate promisit, se daturum vi. solidos colon. denariorum singulis annis diebus uite sue duntaxat in presencia in octaua assumpcionis b. virginis, ut ipso die officium diuinum sollempniter celebretur et alleluia virga Jesse tum sequencia aue preclara honorifice decantetur. Quoniam idem cantor nostro communi consensu accedente redemit duas carratas uini hunici, quas *Wilhelmus* miles dictus *Stange* in *Scharphinstein* habuit in feodo a preposito nostre ecclesie in curia nostra in *Ostrich*, ita tamen, quod ad dies uite sue in suis uasis singulis annis in pede nostri montis sub nostro periculo, laboribus et expensis per nos presententur eidem, post mortem uero ipsius cantoris, sicut idem cantor disposuit, una ex ipsis carratis dabitur presentibus singulis annis, ut anniuersarius suus expresse celebretur, altera uero carrata dabitur singulis annis in octaua premissa in restaurum vi. solidorum in littera superius expressorum. Recognoscimus preterea, quod sepedictus cantor emit x. maldra siliginis aput nos perpetuo in bonis nostris *Wintherheim*, de quibus dabimus v. maldra singulis annis ex nunc in presencia in anniuersario matris ipsius cantoris, sicut in libro uite occurrit, alia uero v. maldra dabimus singulis annis ad lampadem altaris s. *Petri* apostoli in ecclesia s. *Victoris*, vt per sacerdotem ipsius altaris ipsa lam-

Digitized by Google

pas procuretur incendi, ita, quod die noctuque ardeat indesinenter.

Act. a. d. M.CC.LXXV, in die inuencionis s. crucis.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 286.

1275 (18. Mai). Viris reuerendis et suis confratribus in Christo dilectis decano et capitulo ecclesie s. *Victoris magunt.* decanus et capitulum ecclesie *xantensis* salutem. Cum ecclesia vestra ac nostra vno ac eodem patre gaudeat et patrono, videlicet b. Victore, ac ideo vere fraternitatis vinculo et specialis dilectionis glutino non immerito esse debeamus et simus nimirum mutuo colligati, indignum prorsus esse constat, preces si quas ad honorem ipsius patroni nostri de fonde karitatis emanentes, vel vestra nobis, vel nostra vobis profundit deuotio surdis aliquatinus auribus preterire, inde igitur est, quod nos prepositi vestri dicti de *Scornecge* precibus cum non modica nobis deuotione porrectis inducti, de nobilissimo illo thesauro corporis gloriosi martiris partem uobis et ecclesie vestre per eundem prepositum dignum duximus destinare. Et ne mirum vel absonum vobis videatur, quod non maiorem de predicto thesauro partem transmisimus, scire vestram cupimus karitatem, quod omnia ipsius patroni nostri ossa in capsa argentea gemmis et auro nobiliter exornata jam ab antiquo tempore sunt inclusa, ita, quod nec videri nec tangi de ipsis aliquid extra possit, preter quedam admodum modica et paucissima ossa, que cum cineribus preciosi corporis extra capsam fuerunt ab initio conseruata, que vtique tanto maiori diligentia custodimus, quanto eorum extra capsam predictam minorem copiam reperimus, ideoque quia hec nec magna nec multa

Digitized by Google

sunt, de ipsis vobis in quantitate maiori non potuimus impertiri.

Dat. a. d. M.CC.LXXV, sabb. a. ascens. dom.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 287.

1275 (31. Mai). *Bertoldus* scriptor de *Erenvels*, *Anselmus* scultetus, *Cvnradus Meyerus*, judices, ceterique scabini in *Pinguia* vniuersis credere subnotata. Cvm abbas et conuentus in *Eberbach Petrum* clericum, filium *Abelonis*, dilecti ciuis nostri, speciali deuocione regulam cysterciensis ordinis humiliter amplectentem, ne tam desiderabilis prepositi pius frustraretur affectus, receperint in fratrem et in monachum pure propter deum, idem *Abelo* pia motus intentione, tum in memoriam tanti beneficii, tum ob spem retributionis eterne portionem hereditatis vniuersorum bonorum suorum duntaxat inmobilium, que dictum *Petrum* inter ceteros coheredes suos, si secularem vitam duceret, equa sorte contingere posset aut deberet, prefato monasterio communicata manu domine *Agnetis*, sue coniugis, post obitum suum in figura judicii secularis manu et calamo, prout moris est, coram nobis liberaliter contulit et resignauit jure proprietatis in perpetuum obtinendam, non obstante eo, si *Petrus* idem prior ipsis debitum nature persoluet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXV, pridie kal. junii, presentibus nobis *Ber.* scriptore, *An.* sculteto, *C. Meyero* supranominatis, *Tilmanno* aduocato, *Henrico* dicto *Gipsorn*, *Conrado* dicto *Wiroch*, *Henrico* filio *Meyeri*, *Henrico* dicto *Cleyne*, scabinis, ac multis aliis ciuibus in *Pinguia*.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 288.

1275 (24. Juni). Nouerint vniuersi, quod ego *Eberhardus* miles dictus de *Erenburc* et *Jutta* collateralis mea, consensu filii nostri *Cunradi* militis, aduocaciam nostram in *Husen* ex altera parte *Rheni* apud *Wormaciam*, cum judiciis et omnibus suis attinenciis, bona nostra omnia, tam propria videlicet in l. jugera, xlii. jugera, que nos ex hereditate contingunt, de quibus dantur dominis de *Laurissa* xxv. denarii wormatienses, quam feodalia *Nisenechereauwe* ex altera parte *Rheni*, cum omnibus suis attinenciis, prout sita est infra *Rhenum* et *Husen* extra terminos ville *Husen*, aquas piscatorias, pascua siue prata, census, singula et vniuersa si qua in terminis dicte ville habebamus, accedente ad hoc consensu dominis nostri *Eberhardi wormaciensis* episcopi, decani *Alexandri* et capituli *maioris* ecclesie *wormat.*, ad quos proprietas dictorum bonorum spectare dinoscitur, necnon *Heinrici* comitis *Geminipontis*, concessimus abbatisse et conuentui de *orto s. Marie* extra muros *wormacienses* pro l. maldris tritici et c. maldris siliginis perpetuo possidenda, que maldra nobis et heredibus nostris singulis annis infra duo festa, assumptionem scilicet et natiuitatem b. virginis, in ciuitatem *wormaciensem* ante quamcunque domum uoluerimus conuentus vectura, laboribus et expensis assignare tenentur, hoc adiecto, quod si aliqua maldra ex tritico uel siligine quocienscunque uendere nos contigerit, ipsi conuentui annum integrum ante vendicionem predicemus et tunc predictus conuentus sine omni impedimento quodlibet maldrum tritici pro v. libris hallensium et quodlibet maldrum siliginis pro iv. libris hallensium soluere tenetur. Hiis autem omnibus maldris venditis antedicta bona nos nostrique heredes conuentui sepedicto procurabimus titulo proprietatis in perpetuum possidere. Pro remedio eciam animarum nostrarum

Digitized by Google

et parentum nostrorum et quod omnis cauillatio sopiatur, fatemur, quod de *Nisenechereauwe*, aquis piscatoriis, nec de pratis nec de pascuis, in terminis dicte ville sitis dedimus ulli vmquam aliquam decimam quamdiu bona possedimus prenotata. Volumus eciam, ut saluum maneat conuentui *sconaugiensi* illud ius, si quod in terminis dicte ville *Husen* ipsi concessimus, secundum nostrarum continenciam litterarum. Vt autem hec inconuulsa permaneant, presentem litteram domini *Eberhardi wormat.* episcopi, capituli *maioris* ecclesie *wormat.*, necnon *Heinrici* comitis *Geminipontis* sigillis ac sigillo predicti conuentus petiuimus communiri.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXV, in die natiuit. b. Johannis bapt.

(Von den Siegeln hängen das erſte und vierte in rothem Wachſe wenig beſchädigt an, das erſte an roth, das zweite an grün, das dritte an gelb und das vierte an corinthrother Schnüre.)

Orig.

№ 289.

1275 (5. Juli). Nos *Ber.* dei gratia abbas, totusque conuentus monasterii s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* recognoscimus, quod nos decimam, que singulis annis prouenire poterit de vinea sita iuxta *Eigelstein,* quam *Erinfridus*, cantor ecclesie s. *Stephani magunt.*, et *H.*, frater suus, monasterio nostro in animarum suarum remedium contulerunt, continentem duale, quod *zweyteil* vulgariter appellatur, assignauimus et dabimus annis singulis *Ludwico,* cantori ecclesie s. *Victoris magunt.*, ad tempora vite sue in restaurum decime, que sibi prouenire posset de area sita ante portam nostram, ubi positum est ouile, ita, quod occasione huiusmodi recompensationis de vineis sibi decimalibus nichil amplius excidatur.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXV, in crast. s. Vdalrici conf.

(Copialbuch des Victorſtifts in Mainz.)

Digitized by Google

№ 290.

1275 (7. Sept.). Iudices s. *maguntine* sedis notum facimus, quod constitutis coram nobis decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.* et *Siboldo* de *Bricenheim,* iidem decanus et capitulum confitebantur, se bona sua uniuersa sita in *Bricenheim* dicto *Siboldo* pro c. maldris siliginis, magunt. mensure, et ii. libris cere ad decem annos locasse, sub hoc pacto, quod idem *Siboldus* annis singulis dictam annonam cum ii. libris cere ante granarium predictorum decani et capituli suis expensis, laboribus et periculo in omnem euentum, grandine et exercitu dumtaxat exceptis, presentare debebit, distractaque de eisdem bonis ad ius et proprietatem ecclesie fideliter reducere et reducta singula in scriptis infra annum presentare, necnon omni studio bona huiusmodi excolere, quinque etiam jugera annuatim bene stercorare sub testimonio fidedignorum, curiamque ad bona huiusmodi pertinentem cum suis pertinenciis conseruare, similiter censum et iura omnia soluere, insuper unum *dincman* pro ipsis substituere. Item promisit, se seminaturum in uno campo tamen debito ad seminandum et nichil penitus in campo altero, alioquin si secus fecerit, uidelicet in campo alio seminando, illud totum cedet ecclesie memorate et nichilominus quocienscunque et quencunque hoc fecerit, ii. marcas ipsi ecclesie nomine pene soluet. Ad que facienda *Wolfinum* militem de *Maguntia*, *Johannem* dictum *Wolfart*, *Petrum* fratrem suum et *Jacobum* filium sororis eorundem, idem *Siboldus* prefatis decano et capitulo fideiussores constituit, qui se fide data in manus decani nomine capituli in solidum obligarunt sub hac forma, ut quencumque sepedictus *Siboldus* in annona prescripta cum cera non satisfecerit, iidem fideiussores moniti ab officiato ecclesie comedent *Maguntie* in hospitio more fideiussorio, donec predictis decano et ca-

Digitized by Google

pitulo fuerit satisfactum, ipsis fideiussoribus hoc sibi reseruantibus, quod licitum sit cuilibet a fideiussione recedere dummodo ante festum b. Johannis baptiste hoc intiment officiato ecclesie, quod in alio fideiussore caueri possit decano et capitulo supradictis. Adiectum est eciam, ut si quem fideiussorum cedere uel decedere contigerit, superstites moniti ab officiato ecclesie satisfacient comedendo, donec a dicto *Siboldo* alius seu alii in locum cedentium uel decedentium subrogentur.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXV, in vig. nativ. b. virg.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.) Orig.

№ 291.

1275 (22. Nov.). Iudices s. *moguntine* sedis. Cum magister *Johannes* decanus ecclesie s. *Victoris mogunt.* plebanum de *Flersheim* super decima animalium et pecorum hominum, qui dicuntur *Einloftis*, in terra salica in predicta villa *Flersheim* residencium, quam ad se idem decanus ratione decime sue de iure pertinere dicebat, coram nobis traxisset in causam, lite inter partes legitime contestata certoque termino eidem decano ad probandum intencionem suam prefixe, ambe partes in magistrum *Conradum* dictum *Spigel,* rectorem ecclesie zu *Kezzelstat,* aduocatum curie *maguntine*, tanquam in arbitrum voluntarie concordantes sub pena v. marcarum colon. denariorum promiserunt, super causa huiusmodi suum seruare arbitrium et mandatum, prout ipse partes coram nobis in figura iudicii sunt confesse, qui magister *Conradus* auctoritate arbitraria prefatum decanum possessioni sue et iuri restituit, quod ipsum habere cognouerat per quoddam instrumentum publicum et alia documenta, predicto plebano super hiis perpetuum silencium imponendo, reseruata nichilominus penes eundem magistrum *Conradum* petitione legitima subtrac-

Digitized by Google

torum, quod arbitrium voluntarie receptum est a partibus hinc inde.

Act. et dat. in claustro *maioris* ecclesie *maguntine* a. d. M.CC.LXXV, x. kalendas decembris.

(Geſiegelt haben die Ausſteller und das Victorſtift.)

(Copialbuch des Victorſtifts zu Mainz.)

№ 292.

1276 (22. März). *Wilhelmus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini Wormacie* confitemur, quod nos vna cum *Wilhelmo*, decano ecclesie nostre predicto, et *Hezelone*, cantore nostro, collatoribus beneficii siue vicarie altaris s. *Bartolomei*, quod est in ecclesia nostra, *Burcardo* sacordote ipsum beneficium tunc possidente consentiente, propter vtilitatem elemosine dande de bonis ad hoc deputatis consensimus tres jornales cum dimidio vinearum in terminis ville *Crigisheim* propter eorum vilitatem exstirpare, de quibus dimidia carrata vini sacerdoti in dicto altari celebranti annis singulis fuerat assignanda, ad cuius dimidie carrate vini recompensam dicto sacerdoti faciendam, dicti decanus et cantor noster, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, in ecclesia nostra sarerdoti predicto et qui posthac beneficium idem possederit dare tenentur tantam summam pecunie de bonis elemosine predicte, pro qua dimidiam carratam vini melioris, quod creuerit in terminis dicte ville, in auctumpno commode ualeat comparare, ad assignacionem dimidie carrate predicte faciende sacerdoti dicti altaris perpetuo sub debito, quo tenemur ecclesie nostre, decanos et cantores nostros presentibus obligamus. In cuius facti testimonium presentem litteram sigillo nostre ecclesie ac sigillis decani et cantoris nostri collatorum huiusmodi beneficium predictorum dedimus communitam.

Act. a. d. M.CC.LXXVI, dominica judica.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

293.

1276 (11. Mai). Frater *Cristianus* dei gracia *sambiensis* episcopus vniuersis etc. de omnipotentis dei misericordia et b. apostolorum eius Petri et Pauli meritis et auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad fabricam monasterii sanctimonialium b. *Agnetis* ciuitatis *maguntinensis* manum porrexerint adiutricem, xl. dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.*)

Dat. apud *Aschaffenburc* a. d. M.CC.LXXVI, v. idus maii.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

---

*) Das Kloſter St. Agnes erhielt noch eine Reihe von Indulgenzien, welche noch nicht gedruckt ſind, nämlich von:

1276 (6. Juli). *Heinricus* episcopus ***tridentinus*** etc. Dat. *Wormacie.* (Siegel fehlt.)

1281 (18. Dec.). *Heinricus* ***basiliensis*** episcopus etc. Dat. *Maguncie.* (Siegel fehlt.)

1281 (18. Dec.). *Cunradus tullensis* episcopus etc. Dat. *Maguncie.* (Siegel fehlt.)

1282 (23. März). *Bertoldus babenbergensis* episcopus etc. Dat. *Moguncie.* (Siegel hängt an.)

1284 (6. Mai). *Conradus argentinensis* episcopus etc. Dat. *Maguncie.* (Siegel fehlt.)

1287 (9. Apr.). *Symon wormaciensis* episcopus etc. Dat. *Maguncie.* (Siegel fehlt.)

1287 (9. Apr.). *Sifridus coloniensis* ecclesie archiepiscopus etc. Dat. *Maguncie.* (Siegel fehlt.)

1289 (16. Juni). *Gerhardus maguntine* sedis archiepiscopus etc. Dat. *Reate.* (Siegel fehlt.)

1289 (15. Juli). *Cristianus sambiensis* episcopus etc. Dat. *Maguntie.* (Siegel fehlt.)

1289 (17. Nov.). *Mangoldus herbipolensis* episcopus. Dat. *Erbipoli.* (Siegel fehlt.)

1289. *Symon byturicensis*, *Philippus salernitanus*, *Johannicius mokycensis*, *Theocistus adrianopolensis*, *Petrus arborensis*, *Garsyas yspalensis*, *Tellius brachanen-*

294.

1276 (11. Mai). Vniuersis presentes litteras inspecturis ego *Lipmannus* de *Wilre* et *Cristina*, vxor mea, cupimus esse notum, quod nos ecclesie *pinguensi* curiam nostram, non illam quam a predicta ecclesia et hospitali ibidem tenemus, sed nostram propriam, sitam sub *Cloppe*, titulo interpignoris pro vi. marcis denariorum colon. *Pinguie* in figura judicii secularis recognoscimus obligatam sub forma subscripta, quod si de bonis in *Algensheim*, que nos et duo heredes nostri proximi post nos jure hereditario ecclesie antedicte nomine possidemus, inter duo festa assumptionis et natiuitatis b. virginis xviii. maldra siliginis, mensure pinguensis, *Pinguiam*, supra quacumque domum ecclesia uoluerit, non persoluerimus, ecclesia ad bona sua habebit respectum et vi marcas denariorum colon. super predictam curiam pene nomine sit adepta, vt in priuilegio super predictis bonis confecto et ab ecclesia nobis concesso plenius est expressum.

---

sis, archiepiscopi, *Perronus larinensis*, *Cunradus tollensis*, *Thomas theotinus*, *Leocherius verulanus*, *Bartholomeus gaietanus*, *Guilelmus callensis*, *Adam aduersanus*, *Andreas reatinus*, *Benedictus avellinus*, *Guilelmus dignensis*, *Johannes esculanus*, *Galtherius nigripotensis* et *Bonifacius parentinus*, episcopi etc. Dat. *Reate*. (Vid. der Mainzer Richter von 1291.)

1295 (10. Oct.). *Reynoldus senensis* episcopus etc. Dat. *Moguncie*. (Siegel hängt an.)

1295. *Andreas liddensis*, *Leonardus esinus*, *Sabba militensis*, *Parronus larrinensis*, *Franciscus terrinensis*, *Bonifacius parentinus*, *Daniel laquadonensis*, *Stephanus opidensis*, *Paulus malfetensis* et *Pasculus cassanensis*, episcopi etc. Dat. *Rome*. (Die Siegel hängen nur noch theilweise an.)

Digitized by Google

Act. s. h. *Pinguie* a. d. M.CC.LXXVI, v. idus maii, presentibus *Anselmo* sculteto, *Cunrado Meiero*, scabinis et a. q. pl.

(Das Siegel der Stadt Bingen ist abgefallen.)

Orig.

№ 295.

1276 (Juli). Ego *Emmercho* dictus *Vuchs* miles de *Rudensheim* recognosco, quod communicata manu *Elizabeth*, vxoris mee, vniuersa bona mea in *Sowelnheim* tam in uilla, quam in campo sita, que mihi de socero meo cesserunt, pro l. marcis denariorum aquensium, quas me recepisse profiteor, uendidi honeste matrone domine *Gerdrudi*, relicte *Waltheri* dicti *Boni* olim militis *muguntini*, resignacione quoque facta bonorum eorundem in manus ipsius *Gerdrudis* coram scultheto, scabinis et incolis loci, secundum ius et consuetudinem ville, rursum eadem suscepi pro pensione v. marcarum annualium reddituum dicte *Gerdrudi* et eius heredibus a me et meis heredibus persoluenda, hac sane pactione, vt si quo anno predicte v. marce in quatuor festiuis diebus natiuitatis domini prefate *Gerdrudi* uel eius heredibus non fuerint persolute, extunc a iure possessionis dictorum bonorum cadere continuo debeamus et ipsi cum eisdem bonis disponere debeant, quicquid eorum fuerit voluntatis. Memorata uero *Gerdrudis* post eius obitum de redditibus predictarum v. marcarum vnius marce redditus claustro *eberbacensi* pro sue et mariti eius animarum remedio contulit et prefate iv. marce residue heredibus eius cedent. Testes aderant: dominus *Emmercho*, dominus *Hermannus* frater suus, dicti de *domo*, *Herbordus Juuenis*, *Wenzo*, *Wikerus*, *Heinricus* de *Hernnsheim*, *Wolfwinus*, milites, scultetus, *Heinricus* de *Schornsheim*, *Zonko*, *Egeno* et a. q. pl. Ad maiorem certitudinem omnium premissorum presentes litteras predic-

Digitized by Google

torum dominorum *Emerchonis* et *Hermanni*, fratrum, sigillis vna cum appensione sigilli mei pecii communiri.

Act. a. d. M.CC.LXXVI, mense julii.

(Sämmtliche Siegel fehlen.) Orig.

№ 296.

1276 (28. Juli). *Philippus* de *Bolandia* una cum nostra coniuge *Lukkarde* constare cupimus, quod nos bona nostra, que in villa nostra *Yesenheim* possidemus usque modo, illa videlicet bona, de quibus singulis annis dabuntur v. maldra siliginis ecclesie *eberbacensi*, damus et assignamus *Demude*, filie *Herlwici*, procuratoris nostri, dicti *Schornesheim*, eiusque heredibus in perpetuum possidenda, tali forma, ut predicta *D.* eiusque heredes illa v. maldra siliginis ecclesie *eberbacensi* annis singulis expediat et quicquid de predictis bonis vlterius prouenire poterit, suis vsibus eternaliter mancipabit.

Dat. a. d. M.CC.LXXVI, in die b. Nazarii mart.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 297.

1276 (28. Sept.). *H.* decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* vniuersis etc. Attendentes itaque, quod prebendarum nostrarum pluralitas numerosa redditus earundem adeo eneruat, quod eciam difficulter fratres diuinis obsequiis insuadantes sustentacionum suorum commoda consequantur ex ipsis, ac volentes propter hoc vtilitati nostre imposterum prouidere, communicato super hoc consilio ac habito consensu, necnon *Eberhardi wormaciensis* episcopi voluntate ad hoc accedente, duas prebendas de statuto prebendarum numero et hactenus obseruato abradimus et perpetuo defalcamus, hac prouisione, vt illarum redditus profi-

Digitized by Google

ciant aucmentum superstitum prebendarum. Nos *Eberhardus* dei gracia *wormaciensis* episcopus defalcacionem, abrasionem et ordinacionem predictas ratas et gratas habentes in nomine domini confirmamus.*)

Dat. a. d. M.CC.LXXVI, iv. kalendas octobris.

(Die Siegel der Ausſteller und des vorg. Biſchofs hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 298.

1276 (1. Oct.). Nos *Bertholdus* dei gracia abbas, totusque conuentus monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* confitemur, quod ad peticionem *Hertwici* et *Adelheidis*, uxoris sue, de *Scornisheim Philippo* clerico, fratris *Alheidis* predicte, promisimus, quod nomine predictorum *Hert.* et *A.* sibi annuatim xiii. maldra siliginis, moguntine mensure, quoad uixerit infra festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis de nostra ecclesia persoluere debeamus et heedem persone nobis pro pensione predicta xiii.

---

*) 1277 (18. Sept.) beſtätigt der Erzbiſchof Wernher von Mainz vorſtehendes Statut. Dat. *Maguncie.* (Das Siegel hängt gut erhalten an roth ſeidener Schnur an.)

1278 (9. Aug.) geloben der Decan Simon und der Magiſter Wirich des vorg. St. Paulſtifts eidlich vorg. Statut gegen Jedermann vertheidigen zu wollen. In cuius rei euidentiam pleniorem nos *Heinricus* decanus, *Johannes* custos, *Cuno* cantor, *Fridericus* notarius, *Gerlacus*, *Johannes Richeri*, *Heinricus* de *Alzeya*, magister *Wiricus*, *Symon* de *nouo lobio*, *Gozzo* dictus *felicitas*, *Eberhardus*, *Jacobus* de *Flamburnen*, *Johannes* de *Rochenhusen* sigilla nostra propria vna cum sigillo nostri capituli presentibus duximus apponenda. Ego *Heinricus* dictus *Demon* sigillo carens proprio vsus sum sigillo decani nostri, quod nomine meo vltimo vtpote iunioris de capitulo presentibus est appensum. (Die Siegel hängen ſämmtlich unverſehrt an.)

Digitized by Google

iugera terre arabilis et iii. vinee sita in terminis eiusdem ville *Scornisheim* coram hominibus ibidem et in iudicio publice resignarunt, ita, quod post mortem clerici supradicti nobis de predictis iugeribus pro anniuersariis patris et matris prefati clerici iii. maldra siliginis perpetuo persoluantur.

Act. a. d. M.CC.LXXVI, kalendas octobris.

(Die Siegel der Ausſteller ſind beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 299.

1276 (18. Nov.). Nos *Philippus* de *Hohinvels* profitemur, quod nos *Heinrico* dicto *Starthe* militi ii. marcas colon. denariorum pro castrensi pheodo in precaria nostra apud villam *Isenheim* denominamus, videlicet i. marcam in natiuitate domini, aliam in messibus eiusdem anni, dantes sibi has litteras in testimonium super eo, presentibus filiis nostris *Philippo* et *Johanne*.

Dat. apud *Swabesberc* a. d. M.CC.LXXVI, in oct. Martini ep.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 300.

1276 (19. Dec.). Nos *Philippus* senior de *Hohinvels*. Ne ea, que geruntur etc. Hinc est, quod constare volumus, quod nos attendentes fidelia et fructuosa obsequia, que nobis non semel sed sepius magnis eorum laboribus exhibuerunt milites, nobiles, hubenere tam ecclesiastici quam seculares ac vniuersi homines ville nostre *Muminheim*, propter fidei et deuotionis merita ipsis eandem villam cum omnibus juribus, videlicet judicio, jurisdicione, censibus, precariis, hospitalitate, viis, inviis, pratis, pascuis, vineis, agris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus et

Digitized by Google

ceteris attinentiis quibuslibet, que de jure vel consuetudine in ipsa villa et in terminis eius hactenus habuimus, ex pura beniuolentia in rectum et perpetuum feodum concedimus, ipsos iam nunc in possessionem predictorum omnium transmittentes et dantes eis debitam warandiam super eo. Profitemur insuper, nos aut heredes nostros in hominibus nostris iam nunc prefatam villam inhabitantibus seu in heredibus eorundem quamdiu dictam villam inhabitauerint, nichil juris habere, prenotati quoque milites, nobiles, hubenere et vniuersi homines ville *Muminheim* homines nostros, qui postmodum dictam villam inhabitare uoluerint, ab eadem villa possunt repellere si voluerint et a suo consorcio remouere. Dicti autem milites, nobiles, hubenere ac vniuersitas hominum in recognitionem huius infeodationis presentauerunt nobis personas subscriptas, videlicet *Arnoldum* de *Bibilnheim*, *Wernherum* et *Godefridum*, fratres de *Sowilnheim*, milites, *Herbordum Dulcem*, *Wernherum* dictum *rather*, *Arnoldum Rapam*, *Filemannum* de *Ingelnheim* et *Hugonem* de *Vluersheim*, qui pro eis omnibus nobis et nostris heredidus homagio tenebuntur, et eosdem recepimus in vassallos, hoc sane adiecto, vt si aliquis uel aliqui vassallorum eorundem cesserint uel decesserint relictis heredibus uel sine herede, aut certe vassallus noster forsitan nolens esse, milites, nobiles, hubenere et homines prefate ville loco eius nobis alium presentabunt, quod si per ignoranciam uel negligenciam in locum cedentis vel decedentis vassalli alter nobis non fuerit presentatus, ex hoc per nos ipsis militibus, hubeneris et ceteris hominibus ipsius ville nullum sucitabitur detrimentum, et quicunque nobis sit presentatus fuerit, illum nos et nostri heredes, ad quos hoc feodum pro tempore fuerit deuolutum, non debemus aliquatenus refutare, ad hec nichilominus ordinantes, vt si forte in posterum dicti vasalli ex aliqua malicia uel specie boni, communi uel singulari consilio ad nos uel ad alios

Digitized by Google

quoscumque hoc feodum alienare aut in preiudicium ville ipsius et vniuersitatis quidquam procurare intenderent, ex eo ipsi ville seu vniuersitati nullum detrimentum possit prouenire, nec eciam nos uel heredes nostri ex tali occasione quidquam juris in dicta villa nobis poterimus vendicare, sed milites, nobiles, hubenere et homines prenotati nobis irrequisitis alios uel alium presentabunt, a nobis et nostris heredibus minime refutandum. Predicti quoque vassalli vel quicunque fuerint pro tempore ratione homagii, quo nobis et nostris heredibus astringuntur, nichil plus juris, potestatis aut vtilitatis habebunt, quam ceteri milites, nobiles, hubenere et vniuersi homines ville predicte. Preterea si aliquem predictorum vassallorum cedere vel decedere contigerit, relicto herede infra dies etatis legitime, constituo, nos et heredes nostri a tali herede jura, que *anevel hergewede* wlgariter appellantur, nullatenus requiremus. Vt autem premissa perpetuum habeant testimonium, presentes litteras nostro et *Philippi* ac *Theoderici*, filiorum nostrorum, seniorum sigillis, qui vna cum *Philippo* et *Johanne*, filiis nostris junioribus, plenum in hiis nobis adhibent consensum, perhenniter confirmamus.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXVI, xiiii. kalendas januarii.

(Die Siegel hängen unverſehrt an grün ſeidener Schnur an.)

Orig.

№ 301.

1277 (29. April). *Hartungus* sacerdos prouisor *hospitalis pauperum* in *Moguncia* ceterique fratres ibidem recognoscimus, nos vineas nostras, videlicet jugerum et dimidium infra muros ciuitatis *moguntine* sitas in loco, qui wlgariter *Kestherich* nuncupatur, decano et capitulo ecclesie s. *Stephani mogunt.* pro quibusdam vineis in terminis ville *Costheim* sitis, videlicet iugerum et dimidium et altero dimidium duali contiguis a latere et sursum vineis

hospitalis pauperum in *Moguncia* antedicti, quas aput *Ortwinum* nautam, ciuem *moguntinum*, dinoscitur conparasse, racione permutacionis dedisse atque mere proprietatis iure resignasse, omnium nostrum, quorum iuris est interesse, consensu accedente.

Dat. et act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXVII, iii. kalendas maii.

(Die Siegel der Ausſteller und der Stadt Mainz hängen vortrefflich erhalten an.) Orig.

№ 302.

1277 (8. Juni). *Dilmannus* de *Hohenvels* et *Agnes*, vxor eius, constare volumus, quod in remedium animarum nostrarum atque omnium parentum nostrorum *Sifridum* de *Krigesheim*, qui nobis titulo proprietatis attinere dinoscitur, domino deo nostro et virgini Marie offerimus, renunciantes omni juri et dominio, quod in eundem *Sifridum* habuimus, fratribus *domus theutonice* in perpetuum seruicium in *Vlersheim* assignando in subsidium terre sancte transmarine, in qua dominus noster Jesus Christus pro redemptione tocius humani generis deo patri seipsum obtulit hostiam salutarem.

Act. a. d. M.CC.LXXVII, dat. *Hohenvels* mense junio, in die b. Medardi conf. et ep.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 303.

1277 (24. Juni). *Wernherus* dei gracia s. *moguntine* sedis archiepiscopus etc. prepositis, decanis, ceterisque prelatis et capitulis vniuersis ciuitatis *maguntine* salutem in domino etc. Ne igitur nobis, qui ex officii nostri debito inuigilare tenemur remediis subditorum culpa ipsorum

Digitized by Google

ob nostre neglicencie meritum imputetur, ad penam corrigere intendimus, que in nostre uisitationis officio inuenimus corrigenda, et licet quedam statuta in alia uisitatione nostra circa clerum ciuitatis nostre *maguntine* inter cetera duxerimus promulganda, uidelicet ut clerici cuiuscunque ordinis uel eciam dignitatis tonsura et decenti habitu et conuersatione laudabili se seruarent, quia tamen ex hiis propter presumptiones quorundam nullus hactenus aut rarus fructus extitit subsecutus, sicut alias, sic iterum super hec attenta curabimus solicitudine prouidere. Cum itaque honestas clericorum et uita non sine multa circumspectionis industria feliciter instituta et s. patrum auctoritatibus et meritis roborata, tanto attenciori studio sit a corruptionis infamia preseruanda, quanto maiori libertatis priuilegio dinoscitur insignita, precipimus firmiter statuentes, ne clerici nutriant ammodo concos crines, qui wlgariter *crulle* dicuntur, nec mitras extra domos suas et curias deferant, nisi in equis constituti fuerint ad eundem et choreis laicorum in plateis et vicis se nequaquam immisceant, volumus quoque, ut loricas, gladios seu alia arma nocturno tempore in laicali habitu incedentes sub tunicis aut alias non defefant quoquo modo, ne si hoc modo fuerint deprehensi tradantur iudicio seculari, nec transitum faciant sine superpelliciis per ecclesias, eo tempore, quo diuinum officium peragitur in eisdem, vestibus eciam nimia breuitate notatis, a lateribus scissis et nodatis aut cum collerio dispositis, dum superpelliciis sunt induti, decetero non utantur. In pectoralibus uel collo uno, duabus uel tribus nodulis sint contenti, attendentes, quod conuersatio et habitus clericorum dissimiles esse debeant a laicis, et sit dignum, ut qui similem cum aliis uitam suscipiunt, similem senciant in legibus disciplinam. Si qui autem predictorum statutorum extiterint transgressores, ipso facto per mensem unum si canonicus fuerit uel prelatus a uoce capituli, vicarii uero per quindenam a diuinorum officio sint supensi. Ad maio-

rem itaque huiusmodi statutorum obseruanciam uolumus, ut quicunque clerici beneficiati ciuitatis nostre predicte ipsos prelatos, cononicos seu uicarios uiderint taliter incedentes et suis decanis non denunciauerint in continenti, per triduum ab officio sint suspensi. Item quia nonnulli clerici in domo famulas siue beginas seruicii nomine secum habent, nec hac occasione angelus tenebrarum, qui in angelum lucis aliquociens se transformat, ut simplices et incautos subtilius fallere ualeat sua eos calliditate decipiat, mandamus, ut post mensem unum nullus clericorum secum in hospicia famulam habeat uel beginam, quod si secus fecerint, extunc ipso facto suspensionem ab officio se nouerint incurrisse, nisi eam retineant de nostra licentia speciali. Considerato quoque, quod unigenitus dei filius Jesus Christus transiturus de mundo ad patrem pacis hereditatem suis testamento legauit, pacem inquit meam do uobis, pacem relinquo uobis hec ultimo quasi proponens, ut uerbum pacis in audiencium cordibus arcius figeretur, nos, quos ad hoc gratia diuina prefecit, summopere debemus satagere, ut in ecclesiis sollicitudini nostre subiectis pacis et concordie uinculum procuretur. Quia itaque plerumque contigit et contingit, quod a decanis et capitulis decime aut alia bona ecclesiarum canonicis uel prelatis conceduntur uel locantur sub aliquo censu aut annua pensione et exinde inter fratres questiones insurgunt, querele concrescunt et lites ex litibus oriuntur ac sepius ex eo ecclesie suis prouentibus defraudantur, officiatique ecclesiarum huiusmodi pensiones seu census non possunt nec audeant repetere tam libere et utiliter, ueluti si rusticis et personis humilibus locarentur, statuimus, ne decetero concessiones seu locationes fiant in ecclesiis isto modo, quod si decani et capitula contra hanc nostram inhibitionem uenire presumpserint, a diuinorum officio sint suspensi. Et licet ambiciosi et auari non nouerint gaudere concessis et a uiciis abstinere, ne ta-

Digitized by Google

men uideatur inique faueri eisdem, si res ecclesiarum, quibus se dampnabiliter ingerunt, sibi libere dimittuntur, merito sunt eis tamquam preda de faucibus rapiencium auferende, si forte confusis eisdem alii confundi similiter perhorrescant. Hinc est, quod mandamus, ut clerici siue prelati, qui subtraxerint res ecclesie uel detinent, infra quindenam restituere non omittant, alioquin excommunicationis uinculo se nouerint innodatos. Illi uero clerici uel prelati, qui ecclesiis tenentur in debitis, si a capitulo suo moniti super ipsis debitis non satisfecerint uel cautionem non prestiterint infra mensem, sciant se idem uinculum incidisse. Vt eciam in reddenda ratione de hiis, que nostre fidei committuntur, non inueniamini negligentes, ne in illius incidatis judicium, statuimus, ut officiati ecclesiarum uicibus duabus ad minus in anno reddant capitulis de suis officiis rationem et hoc ab ipsis officiatis capitula requirere non omittant. Preterea statuimus, ut scolastici et cantores ecclesiarum *moguntinarum* in unum conueniant et inter se ordinent, quod uniformitas diuini officii in cantando et legendo per omnes ecclesias *maguntinas* ad instar *maioris* ecclesie obseruetur, illo cantu duntaxat excepto, quem alique ecclesiarum ipsarum receperint pro festis specialibus peragendis. Inhibemus quoque sub pena excommunicationis precipiendo districte, ne aliquis clericus in sua curia decetero uendat vinum, quod per plateas et curias proclamatur, nec in curiis locentur aliqui ad bibendum, sed vinum huiusmodi cum vasis tantummodo liceat exportari. Insuper duximus statuendo sub pena suspensionis late sentencie inhibentes, ne fructus prebendarum ad fabricam deputati in usus alios aliquatenus conuertantur, presertim cum plures ecclesie in edificiis collabantur et alias defectum sustineant in ornatu, mandantes nichilominus, ut capitula quicquid de fructibus huiusmodi perceperunt, infra sex menses restituant ad opus fabrice conuertendum,

Digitized by Google

alioquin predicte suspensionis sentencie se nouerint subiacere.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXVII, viii. kal. julii.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 304.

1277 (3. Aug.). Nos *Waltherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani moguntine* confitemur, quod decimas, agros et alia quecunque in villa *Gunthersblumen* ad altaria s. *Cosme* et *Damiani* et b. *Anne* in ecclesia nostra sita pertinent, decano et capitulo *maioris* ecclesie *wormatiensis* nomine pensionis perpetuo concessimus obtinenda, ita, vt racione bonorum ipsorum sacerdotibus, qui prefuerint eisdem altaribus, lx. maldra siliginis mensure moguntine in ciuitate *moguntina* loco, qui per nos eis fuerit deputatus, infra assumptionis et natiuitatis s. Marie festa singulis annis soluant, nisi per grandinem uel exercitum sicut obtinet consuetudo communis a tali solucione merito debeant supportari.

Dat. a. d. M.CC.LXXVII, iii. nonas augusti.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 305.

1277 (15. Aug.). Nouerint vniuersi, quod ego *Benigna*, relicta quondam *Helferici* de *Maguncia*, pro remedio anime mee lego preposito et canonicis ecclesie *in campis*, *maguntine* diocesis, vi. solidos colon. monete de curia mea in *Holmene* sita, de consensu dominarum sanctimonialium in *Wesalia*, quibus eandem curtim legaui post mortem meam perpetuo possidendam, singulis annis infra octauam assumptionis b. virginis persoluendos, ita, quod de predictis vi. solidis prefatis canonicis iii. solidos pro pre-

Digitized by Google

sencia dabuntur et alii iii. solidi ad necessarios vsus diuini officii conuertentur, dicti vero canonici anniuersarii modo singulis annis in octaua apostolorum Petri et Pauli agent in ecclesia sua animarum memoriam subnotarum, videlicet *Vmberti* et *Benigne*, vxoris sue, *Helferici* et *Benigne*, vxoris eiusdem, et *Wernheri* dapiferi de *Alzeia*. Nos eciam prepositus et canonici memorati eidem *Benigne* non ex debito, sed ex gratia fructus xxx. muldrorum annuatim de decima in *Sawelnheim* perceptos et adhuc tempore vite sue percipiendos concorditer indulgemus.

Acta coram judicibus ecclesie *maguntine*, presentibus personis religiosis et secularibus quam pluribus fidedignis et sigillis judicum predictorum, prepositi de *campis*, dominorum *sanctimonialium* in *Wesalia* necnon et sigillo *fratrum minorum* in *Wesalia*, quo ego *Benigna* vsa sum proprio carens sigillo, procuraui presentem literam communiri.

Dat. a. d. M.CC.LXXVII, in assumt. b. virg.

(Copialbuch des Liebfrauenstifts im Felde zu Mainz.)

№ 306.

1277 (17. Sept.). Nos *Johannes* dei gratia comes de *Sphaheym* recognoscimus, quod cum dominus noster *Wernherus* archiepiscopus *maguntinus* nos in suum et ecclesie *maguntine* castrensem receperit, daturas nobis xl. marcas denariorum colon. et soluturus, promittimus nos tenore presentium obligantes eidem, quod redditus xxxv. marcarum de nostra proprietate propinquiores opido *pingwensi* infra festum purificationis b. Marie virginis nuno proximum sibi tenebimur denominare, eosque in feodum castrense recipere a prefato domino archiepiscopo in ecclesia *maguntina*, eique in castro opidi *pingwensis*, quod *Clopp* vocatur, ponere castrensem, quem ipse et sui successores, qui pro tempore fuerint, duxerint acceptandum, facturum conti-

nue in eodem residentiam personalem, cui eciam v. marcarum redditus annuatim nomine castrensis feodi procurabimus ministrari et nichilominus incumbente neccessitate ecclesie *maguntine*, si requisiti fuerimus super eo, pro defensione predicti castri in persona propria faciemus omnia ea, ad que castrenses suo domino obligati esse dinoscitur et astricti. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum.

Dat. a. d. M.CC.LXXVII, xv. kalendas octobris.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 307.

1277 (24. Oct.). *Rvdolfus* dei gratia *Romanorum* rex semper augustus etc. Supplicante nobis illustre *Ludwico comite palatino Reni* duce *Bawarie*, principe et filio nostro karissimo, vt oppidum suum dictum *Alzeia* ei libertatis gratia insignire de nostra gratia dignaremur, qua et cetere ciuitates imperii sunt dotate, nos predicti filii nostri fidem et deuocionem sinceram, qua erga nos et imperium choruscare dinoscitur, graciosius attendentes predictam supplicationem suam, admittimus predictum oppidum omnibus immunitatibus, juribus et honestis consuetudinibus, quibus alie ciuitates imperii perfrui dinoscuntur, de benignitate regia libertantes, sic tamen, quod predicto filio nostro et suis heredibus ad consueta et debita seruicia teneantur.

Dat. *Wienne* ix. kalendas nouembris, indict. vi., a. d. M.CC.LXXVII, regni ao. v.

(Das wohl erhaltene Siegel hängt an roth seidener Schnur.)

Orig.

№ 308.

1277 (27. Oct.). *Heinricus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* profitemur, nos conces-

Digitized by Google

sisse *Wernhero Margrauii*, ciui *wormat.*, et suis heredibus propugnaculum quondam *Wilhelmi* scolastici nostri ante nouam portam ciuitatis *wormaciensis* situm cum pertinenciis suis omnibus pro annuo censu, scilicet pro ii. libris hallensium et iv. caponibus jure hereditario possidendum, quarum librarum vna festo b. Georgii, altera festo b. Remigii et iv. capones ecclesie nostre annis singulis ab ipso *Wern.* et suis heredibus persoluentur.

Act. a. d. M.CC.LXXVII, in vig. b. apost. Symonis et Jude.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 309.

1277 (3. Dec.). Nos *Bertolfus* dei gratia abbas s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* vniuersis cupimus esse notum, nos de consensu nostri conuentus curiam nostram sitam in *Zalbach*, quam quondam apud *Cunradum* dictum *Winze* cum orto, agris, salicibus et omnibus aliis predicte curie attinentibus emimus, uendidisse conuentui in *Dalen* apud *Moguntiam* pro ix. marcis denariorum colon. nobis datis et penitus assignatis.

Dat. a. d. M.CC.LXXVII, iii. nonas decembris.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt etwas beſchädigt an.)

Orig.

№ 310.

1277 (20. Dec.). Vniuersis etc. officialis curie *wormat.* salutem etc. Cvm inter decanum et capitulum ecclesie *nvhvsensis* extra muros *wormatienses* ex vna et abbatissam et conuentum sanctimonialium monasterii s. *Marie de orto cerasorum* extra *Wormacium* ex parte altera, super solutione decime feni, piscium in territorio ville de *Husen* et seruitutis debite nomine silue cedue predicto

loco attinentis predictis decano et capitulo facienda, que ad eos de jure dinoscitur pertinere, questio verteretur, tandem amicis communibus partes suas interponentibus in quatuor personas, decanum videlicet et cantorem predicte ecclesie *nvhvsensis* ex parte capituli eiusdem, ex parte vero abbatisse et conuentus predictarum in *Ebberhardvm* dictum de *Erenburg* militem et *Richilmannum* ciuem *wormaciensem*, totaliter extitit compromissum super questione predicta veritatem juris vtriusque partis inquirerent et ipsi questioni amice uel jure finem imponerent et quicquid super ea ducerent ordinandum, ambe partes predicte stipulatione interposita promiserunt, ordinacioni eorum seu sentencie vnanimiter acquiescere, qui inquam prenominati quatuor arbitri, veritate super dicta questione sollerter inquisita et fideliter equitate inspecta, arbitrati sunt et sentencialiter pronunciauerunt, predictam abbatissam et conuentum predicti monasterii a solucione predicte decime feni, piscium, nvcum et papaueris siue fructus arborum cuiuscunque generis fuerint et seruitutis debite nomine lignorum silue predicte loco attinentis esse penitus absolutos, ita tamen, quod annis singulis predicta abbatissa et conuentus prenominati monasterii sepedictis decano et capitulo ecclesie *nvhvsensis* in festo b. Ciriaci in augusto vnam libram *wormat.* denariorum nomine census debiti racione predicte decime soluere tenebuntur, hoc adiecto eciam, quod dotem illius capelle de *Husen* tenebunt in posterum, sed in recompensam sacerdoti ministranti in capella debebunt porcionem soluere, videlicet viii. vncias *wormat.* denariorum et ii. maldra siliginis solitam et debitam ab antiquo, et ipsam capellam tam in kathedratico quam in edificiis et luminibus et omni onere cuiuscunque seruitutis uel juris debiti uel exactionis a quibuscunque, quibus de jure resisti non potest, preter solum exactiones auctoritate sedis apostolice indictas, inperpetuum releuabunt ipseque videlicet dicta abbatissa et conuentus

Digitized by Google

antedictam decimam libere percipient et quiete. In cuius rei testimonium vna cum sigillo decani et capituli *nvhvsensis* et abbatisse et conuentus monasterii *de orto cerasorum*, sigillo curie *wormatiensis* presentes litteras duximus consignandas.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXVII, in vig. Thome apost.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 311.

1278 (16. März). *Wernherus* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Dilectis in Christo magistre et conuentui sanctimonialium de *Husen, maguntine* diocesis, salutem in domino. Licet aligenaciones possessionum, quos ecclesie de pia liberalitate fidelium sunt adepte et legittime sanctiones et jura canonica interdicant pensata, tamen equitate in certis casibus, si vrgens cogat necessitas aut euidens suadeat vtilitas, has indulgent, eapropter deuotis vestris supplicacionibus inclinati, ut vestras possessiones ac bona apud *Zornheim* sita decano et capitulo nostre ecclesie *moguntine* licite vendere valeat, vobis presencium auctoritate concedimus facultatem.

Dat. apud *Aschaffinborg* a. d. M.CC.LXXVIII, xvii. kalendas aprilis.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 312.

1278 (4. Juni). *Theodericus* dictus de *Lindelbol* miles vniuersis salutem et credere subnotatis. Cum *Jacobus* dictus de *Lapide* miles partem decime aput villam *Heppenheim*, quam a me tenebat in feodo, decano et capitulo ecclesie *wormat.* contractu uenditionis uendiderit, ego uenditionem huiusmodi gratam habens et ratam omni

renunciaui iure, quod mihi in dicta decima competebat, ipsum ius meum in dominos predictos libere transferendo.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXVIII, vigilia pentecostes, decano et capitulo ecclesie *wormat.*, *Henrico* de *Lichtensten* et *Helfrico* de *Epplensheim*, militibus, *Wernhero Amella*, *Wern.* militello, *Godelmanno Ruplone* et *Volzone* genero *Amelle* et aliis quam pluribus discretis presentibus ac honestis.

(Die Siegel des Ausſtellers und der Wormſer Richter ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 313.

1278 (14. Juni). Nos *Fridericus* comes de *Lyningen* declaramus, quod ab illustri domino nostro *Ludewico comite palatini Reni*, duce *Bauarie*, castellaniam in castro suo apud *Altzeiam*, quam ipse nobis contulit, recepimus, super hoc corporali prestito juramento, qui propter hoc nobis dare promisit ccc. marcas colon. denariorum dapsilium et currentium inter *Pingwiam* et *Spiream*, et quamdiu nobis eandem pecuniam non persoluerit, de decima et aliis prouentibus suis in *Frisenheim* cc. maldra siliginis annis singulis nobis soluet. Profitemur eciam, quod quandocunque predictus dominus in festo b. Georgii uel antea nobis persoluerit pecuniam supradictam, extunc eidem predictum frumentum remanebit liberum et solutum, et nos cum eisdem denariis ememus proprietatem aliquam de consilio ipsius domini nostri vel eorum, quos nobis ad hoc adiunxerit, valentem ccc. marcas, uel de iusta proprietate nostra xxx. marcarum colon. denariorum, uel cc. maldrorum siliginis redditus demonstrabimus, et uel emtos uel demonstratos redditus ab ipso domino nostro et heredibus suis nos et heredes nostri, qui castellaniam tenentur, ex debito hereditarie titulo castellanie tenebimur omni tempore

Digitized by Google

possidere. Tenemur eciam honestum et ydoneum militem apud *Altzeiam* in loco, qui nobis fuerit demonstratus locare, qui ibidem continuam residenciam faciat loco nostri et homines et terram memorati domini nostri nobis absentibus nostra potencia tueatur. Et nos tempore necessitatis pro defensione et honore predicti domini nostri in propria persona facere tenebimur vniuersa, ad que suo domino tenetur quilibet castellanus ymmo ex debito consanguinitatis, affinitatis, homagii et eciam castellanie, nos ad omnia obligamus, que ad defensionem juris et honoris sui et suorum viderimus expedire. Testes sunt: *Emcho comes siluester, Al.* prepositus *ilmunstrensis, Philippus* de *Hoenfels, Winhardus* de *Rorbach, Heinricus* de *Prisingen, Wernherus* de *Husen*, *Rudgerus* de *Mvnnesheim, Fridericus* de *Lamsheim*, *Fridericus* de *Mechelnheim*, *Philippus* dapifer de *Alzeia*, *Helfricus* de *Isenburg*, *Fridericus* de *Huchelnheim*, *Ch.* de *Montfort* et a. q. pl.

Act. et dat. apud *Heidelberg* a. d. M.CC.LXXVIII, xviii. kalendas julii.

(Pfälzer Copialbuch.)

№ 314.

1278 (23. Juli). Ego *Philippus* dapifer de *Alceya* profiteor, quod cxviii. libras hallensium, quas illustris *comes palatinus Reni*, dux *Bavarie*, mihi pro caucione fideiussoria prestita pro domino marchione de *Baden*, inclusis vniuersis dampnis, que de ipso sustinueram, tenebatur, dilecto creditori meo *Volconi* super riuum dicto seniori loco mei soluendas deputaui, renuncians super eandem pecuniam ipsum dominum meum antedictum et suos officiales liberos asserens et solutos. Si vero *Heynrico* de mi . . . . . hospiti meo pecunie summa cl. libr. hallens. ex parte do-

Digitized by Google

mini mei *Nurinberc* deputata non daretur uel si ipsam habitam perderet, secundum quod est tractatum et pluribus notum, huiusmodi pecunie non me dampnabit perdicio, sed dominum meum pretaxatum.

Dat. a. d. M.CC.LXXVIII, sabb. prox. a. fest. b. Jacobi apost.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 315.

1278 (25. Nov.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses* profitemur, quod nos *Wilhelmo* dicto *Bunnen*, nostro conciui, de communibus censibus ciuitatis nostre vendidimus xv. solidos denariorum wormat., item eidem *Wilhelmo* xxx. denarios, quos erga *Jacobum* cerdonem comparauit, item eidem xxx. denarios erga *Swebelinum* comparatos, item xxx. denarios erga *Wolframum*, filium *Golzonis*, comparatos, item xxx. denarios erga dictum .... *Arzit* ab ipso *Wilhelmo* comparatos ad census annuos vendidimus, dictos quoque census ipsi *Wilhelmo* in die s. Martini per magistrum ciuium nostrorum, qui per annum usque tunc elapsum magister ciuium extitit, deputauimus assignari. Quod si dictus magister ciuium in eorum assignacione se prebuerit negligentem, volumus, vt dictus *Wilhelmus* conueniendi eum in judicio ciuitatis nostre tanquam alium conciuem suum census sibi debitorem et tanquam si ipse magister dictum censum de bonis propriis ipsi soluere teneretur plenam habeat potestatem, adiecto eo, quod ciuitas nostra in redempcione huiusmodi censuum non dabit vltra ad redempcionem vnius libri, nisi xxviii. libras hallensium apud quemcunque redemerit vnam libram.

Act. a. d. M.CC.LXXVIII, die b. Katerine.

(Das Siegel der Stadt Worms hängt zerbrochen an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 316.

1278 (27. Dec.). Ego *Heinricus* dictus de *Ockenheim*, cellerarius domini archiepiscopi *maguntini*, recognosco, quod precipue ob honorem dei et b. Marie virginis matris sue necnon anime mee salutis intuitu vniuersa bona mea iam nunc in villa *Wackernheim* et eiusdem ville terminis habita abbatisse et conuentui sanctimonialium monasterii s. *Agnetis* in *Maguntia* donacione sollempni iam nunc facta post obitum meum taliter ordino, quod de bonis eisdem sacerdoti singulis diebus in ipsarum monasterio missam celebranti in beneficio prebendali sicut expediens fuerit ab eisdem abbatisse et conuentui perpetuo debeat prouideri, de ipsis eciam bonis quamdiu uixero singulis annis sacerdoti missam in dicto monasterio celebranti viii. maldra siliginis, maguntine mensure, pensionis nomine spondeo me daturum, petens, has litteras dominorum judicum s. *maguntine* sedis et domini mei *S.* decani *maioris* ecclesie *maguntine* sigillis una cum appensione sigilli mei communiri. *)

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXVIII, in die b. Johannis evang.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 317.

1279 (2. Jan.). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod *Heinricus* dictus *Beining* et *Irmindrudis*, uxor sua, de *superiori Souuelnheim* in nostra presentia constituti publice sunt confessi, se xi. iugera et ii. dualia terre arabilis sita *amme holzwege*, iugerum et dimidium vinearum *zu Kippindal* et dimidium *zu hubin*

*) 1279 (17. März) bekennt das Kloſter St. Agnes zu Mainz, daß es die vorg. Stiftung entgegen genommen habe. (Das Siegel fehlt.)

in campis *superioris* ***Souwelnheim***, magistro ***Golfrido***, canonico s. ***Johannis maguntini***, pro xii. marcis aquens. monete uendidisse ac huiusmodi bona coram hominibus ville predicte in strata publica iuxta consuetudinem ipsius ville in manus nuncii dicti *G.* cum censu xxxv. denariorum magunt. et obolo, sed alias ab omni seruicio libera resignasse, sicut coram nobis simfliter resignarunt. Hac itaque emptione et resignacione facta, memoratus *G.* eadem bona ipsis ***Heinrico*** et ***Irmindrudi***, uxori sue, iure hereditario locauit sub hac forma, sane dicti coniuges quamdiu uixerint et post mortem ipsorum senior heredum suorum predicta bona indiuisa tenebunt et de ipsis xii. maldra siliginis ante domum sepedicti magistri quamdiu uixerit et post obitum ipsius sacerdoti celebranti in capella b. ***Michahelis*** apud s. ***Johannem*** predictum, ante granarium eiusdem ecclesie s. ***Johannis*** annis singulis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie festa sub eorum expensis, periculis et laboribus presentabunt nomine pensionis. Iugerum unum in bonis terre arabilis semper in secundo anno et dimidium jugerum in vineis annuatim cum bono testimonio stercorabunt, censum, precarias, exactiones et omnia seruicia expedient sine preiudicio magistri predicti, ita, ut si ex negliencia seu occasione eorum bona huiusmodi fuerint publicata uel distracta, in ipsos coniuges seu heredem eorum, qui senior fuerit pro tempore, dampnum huiusmodi totaliter redundabit. Quod si iidem coniuges siue heredes eorum bona predicta ipsi *G.* ex aliqua causa decreuerint resignare, ipsa bona sub eadem forma et bonitate, ut nunc sunt uel meliori, ante tempus messium resignabunt et nichilominus illius anni pensionem non solutam persoluant. Si uero ius hereditarium, quod in locacione ipsorum bonorum dinoscuntur habere, uendere uoluerint, hoc nequaquam facere poterunt, nisi predicti magistri consensus accedat uel sacerdotis, qui post obitum ipsius *G.* predicta bona habebit. Adiectum est insuper, ut si sepedicti coniuges aut heredes eorum,

Digitized by Google

qui pro tempore fuerint, in aliqua predictarum condicionum fuerint negligentes, a iure, quod in bonis habent eisdem, statim cadent sine strepitu judicii ipso facto et preterea ipsi *G.* ad interesse et tocius dampni refusionem quod exinde sustinuerint, tenebuntur dictaque bona ad ipsum *G.* uel sacerdotem predictum reuertentur.*)

Act. a. d. M.CC.LXXIX, iiii. non. januarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt etwas zerbrochen an.)

Orig.

№ 318.

1279 (26. Jan.). Nos *Henricus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* notum facimus vniuersis, nos et ecclesiam nostram cum *Petro* et *Johanne,* fratribus, militibus de *Bertolwesheim*, concambium bonorum infrascriptorum ad inuicem subiise, dando ipsis fratribus bona nostra sita possidimus in terminis ville *Durendurckheim*, nulli censualia, libera et soluta et immunia a quolibet onere seruitutis, excepto solo homagio, quod ipsi fratres prestabunt domino *Wernero* de *Bolandia* racione aduocatie ville predicte, et de huiusmodi bonis in ipsos fra-

*) Am 22. Mai deſſelben Jahres ſtellen die Mainzer Richter eine ganz gleiche Urkunde aus bezüglich eines Verkaufs von 15½ Morgen Ackerlands in Oberſaulheim an das St. Johannisſtift zu Mainz durch Clas und ſeine Gattin Margarethe daſelbſt um 9½ Mark cölniſcher Heller. Die Lage der Güter wird darin folgendermaßen beſchrieben: „in uno campo vi. iugera in *Budilborne* in uno sulco prope duo iugera *Herbordi*, item in anewande iii. iugera prope iugerum *Conradi* sculteti dicti *Vingerlino*, item in alio campo iv. iugera in *wile* prope duo iugera *Heinrici* dicti *Beining* obene dane, item iii. dualia in *mitthil Bohele* prope quinque dualia relicte dicti *Ring*, item duale offe *wilen* prope sex iugera filiorum *Dauidis*.“ (Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Digitized by Google

tres translatis ipsis facere teneamur warandiam debitam et consuetam, qui fratres nobis et ecclesie nostre in recompensam bonorum predictorum per modum concambii dederunt et in ecclesiam nostram transtulerunt bona eorum *Dirmstein* sita, et de bonis eorum in ecclesiam nostram translatis nobis ipsi fratres prestare tenentur, sicut nos ipsis de nostris bonis fecerimus, warandiam debitam et consuetam, et ne super premisso concambio scrupulus oriatur, presentem literam sigillo nostri capituli dedimus roboratam, nos vero *Petrus* et *Johannes*, fratres supradicti, milites de *Bertolwesheim*, ciues in *Oppenheim*, quia sigillis caremus propriis, sigillum ciuitatis *Oppenheim* predicte presentibus apponi procurauimus.

Dat. a. d. M.CC.LXXIX, die prox. conuers. s. Pauli apost.

(Copialbuch des Paulſtifts zu Worms.)

№ 319.

1279 (1. Febr.). Nos *Johannes* comes de *Spanheym* et *Adelheydis* collateralis eiusdem recognoscimus, quod notum esse volumus, quod xl. marcarum redditibus, quos pro cccc. marcis denariorum colon. seu aquens. domino *Wernhero* archiepiscopo et capitulo ecclesie *maguntine* assignare tenemur, resignauimus coram schultheto, consulibus et scabinis opidi nostri *Crucenache*, communicatis manibus nostris *Eberhardi* et *Lutheri*, fratrum nostrorum et presentibus resignamus duos terminos agrorum arabilium dictos *bunden* et duos alios terminos terre arabilis dictos *geren* siue *frochten*, sitos in terminis curtis nostre site apud cenobium s. Petri in *Crucenache* et in campis adiacentibus ipsi curti, qui hactenus proprietas nostra erant et attinebant curti eidem. Item lxxx. maldrorum siliginis, pingwensis mensure, redditibus prouenientes nobis annis

Digitized by Google

singulis libere et sine omni labore utpote proprium in proprio campo nostro dicto *wentzenuell* iuxta oppidum prenotatum prefato domino *Wernhero* archiepiscopo et capitulo ecclesie *maguntine* et ipsi nobis ipsos xl. marcarum redditus reconcesserunt feodali tytulo possedendos. Pro quibus inquam xv. marcarum redditibus iam sumus et erimus castrenses prenarratorum domini archiepiscopi et capituli *maguntini* in castro *pingwensi* dicto *Clopp* et eisdem domino archiepiscopo, capitulo et ecclesie *maguntine* perpetuo seruitium pro eo debitum impendemus tamquam castrenses fideles, promittentes firmiter bona fide pro nobis et nostris successoribus non minuere uel distrahere, ymo integros et indiuisos per nos et nostros posteros conseruare redditus et terminos suprascriptos. Vt autem hec omnia et singula robur debitum ac firmitatem perpetuam sortiantur, presentes litteras eis dedimus sigillis nostris munitas.

A. d. M.CC.LXXIX, in vigilia purif. b. Marie.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 320.

1279 (6. Febr.). Nos *Theodericus* canonicus *treuerensis* et *Philippus* laicus, fratres de *Hoenburg* protestamur, quod nos nostram nonam partem, que in vniuersa decima in *Werstad*, *moguntine* diocesis, tam in vino, quam in blado, quam in quibuscumque rebus aliis nos contingit, cum omnibus iuribus, iurisdictionibus ac vniuersis suis pertinentiis siue appenditiis, quocumque nomine nuncupentur, in proprium vendidimus et tradidimus pro c. marcis denariorum colon. preposito decano et capitulo *maioris* ecclesie *maguntine*, promittentes, ipsis in eadem nona parte et suis pertinentiis vniuersis prestare warandiam iuxta terre consuetudinem generalem. Et ut hec stabilitate perpetua perseuerent, dedimus eis presentem litteram, judicum s.

maguntine sedis et nostris sigillis munitam. Nos iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod ad peticionem predictorum fratrum sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. a. d. M.CC.LXXIX, octauo idus febr.

(Mainzer Copialbuch).

№ 321.

1279 (12. März). In nomine domini amen. Nos *Symon* de *Hepinhefthe* miles et *Methildis*, vxor nostra, volumus esse notum, quod nos ob reuerentiam dei omnipotentis et sancte Marie matris eius virginis, nec non omnium sanctorum pro salute animarum nostrarum curiam nostram sitam apud *Pinguiam* cum siluis, pratis, pascuis et omnibus juribus et pertinenciis ad eandem, que *Geynheim* dicitur, contulimus *ebirbacensi* et *otthirburgensi* ecclesiis communiter, quam pro annuo censu recepimus ab ecclesiis supradictis, videlicet vna marca monete communiter vsualis in festo natiuitatis domini quamdiu vixerimus tantummodo persoluenda. Uno vero inter nos duos mortuo, alter eandem curiam *Geynheim* pro toto censu quamdiu vixerit obtinebit, ambobus nobis mortuis, sine contradictione heredum uel etiam coheredum nostrorum aliquorum antedicte ecclesie eandem curiam pacifice obtinebunt. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum presentium munimine roboramus, videlicet venerabilium patrum abbatum *ebirbacensium* et *otthirburgensium* ecclesiarum, mei *Symonis* supradicti, *Embriconis* mei fratris et *Friderici* de *Hepinhefthe*, consanguineorum meorum castri de *Schonenburg*, necnon *Friderici* burgrauii de *Loinstein*.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXIX, in festo b. Gregorii pape.

(Nur die beiden ersten Siegel hängen noch zerbrochen an.)

Orig.

Digitized by Google

№. 322.

1279 (27. April). I. n. d. a. ludices s. *maguntine* sedis etc. Noueritis, quod petente a nobis in iure magistro *Godefrido* canonico, sindico ecclesie s. *Johannis magunt.*, suo et ecclesie sue nomine, ut *Johannem* militem de *Zurinheim* propter hoc ad nostram presentiam euocatum ad restitutionem jugeri et dimidii terre arabilis, sitorum in campis ville *Ebernsheim*, confinium *an Luzelzarinheimer wege* et perceptorum ex eis ad ix. maldra siliginis, magunt. mensure, estimatorum, dicte ecclesie s. *Johannis* faciendam per censuram ecclesiasticam compellere curaremus, que iugera idem miles contra iusticiam, ut idem sindicus asseruit, in dicte ecclesie preiudicium detinuit et grauamèn, dictus miles animo contestandi litem ad peticionem propositam respondit, dicens se nec possidere nec detinere iugera antedicta. Lite igitur sic coram nobis legitime contestata, iuramento de calumpnia prestito et responso, testibus productis, examinatis diligenter et eorum depositionibus publicatis, dataque copia dicendi in dicta testium et personas ac contra personas testium excommunicationis sententia proposita, specie ipsius et nomine excommunicatoris expressis et exceptione a parte aduersa negata, datoque termino ad probandum ipsam excommunicationem a canone diffinito ac exhibito ex parte excipientes instrumento, per quod probare excommunicationem propositam nitebatur et facta ipsius copia parti aduerse ac propositis quibusdam exceptionibus contra illud, predictus sindicus absolucionem excommunicationis predicte ab eodem excommunicatore factam ante depositionem eorum nobis exhibuit ex aduerso, per quam dictam excommunicationis sententiam sublatam docuit et extinctam, et tandem concluso in causa de partium uoluntate, die quoque data, uidelicet quarta feria proxima post dominicam jubilate, in sequentem quintam feriam prorogata ad diffinitiuam sentenciam audien-

Digitized by Google

dam ac ipsa quinta feria prefato sindico coram nobis presente predicti militis contumaciam accusante et sententiam cum instancia ferri petente, sua contumacia non obstante, nos predicti militis absentiam diuina replente presentia secundum ea, que uidimus et audiuimus, habito iurisperitorum diligenti consilio et tractatu, inuenimus dictum sindicum intentionem suam plene per dicta testium fundauisse, vnde predictum *Johannem* militem ad restituendum predicto sindico et ecclesie sue iugerum et dimidium ab eo petita et soluendum nomine perceptorum ex eis v. maldra siliginis, ii. maldra et dimidium auene cum expensis in lite factis sententialiter condempnamus, quarum taxationem penes nos presentibus reseruamus.

Dat. et act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXIX, quinta feria prenotata.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 323.

1279 (2. Juni). Iudices s. *maguntine* sedis. Ex parte decani et capituli ecclesie s. *Stephani magunt.* et abbatisse et conuentus monasterii in *Dalin* extra muros *maguntinos* sindicorum consulti fuimus in hoc casu, vtrum precium custodum agrorum ante decimationem frugum in agris crescentium ipsis custodibus sit soluendum, vel decima prius soluta ipsi agrorum custodes de suo precio postmodum debeant expediri? Quorum consultacioni respondemus taliter, quod iuxta canonicas sanctiones collectis fructibus statim decime sunt soluende ullis expensis, censibus, precio vel tributo prorsus deductis. *)

Dat. a. d. M.CC.LXXIX, iiii. non. junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.) Orig.

*) Auf der Rückſeite ſteht: „Bretzenheim regist. 1706."

Digitized by Google

№ 324.

1279 (17. Juni). Nos *Ebirhardus* comes de *Kaczinellinbogen* notum esse volumus, quod *Wernherus* de *Sauwilnheim* miles nomine *R. Romanorum* regis et consensu huiusmodi castrensem feodum, quod idem miles consueuit recipere de bonis *Conradi* de *Flamburnin* apud *Ebirnsheim*, videlicet xx. maldra siliginis, carratam vini et libram denariorum mogunt. ad omne ius sicut apud *Ebirnsheim* et adeo vtiliter assignauit, recipiendum de bonis suis apud *Mumminheim*, dicimusque supradicta bona *Conradi* de *Flamburnin* apud *Ebirnsheim* sita a solucione huiusmodi castrensis feodi libera et soluta, appendentes hiis scriptis nostrum sigillum.

Dat. a. d. M.CC.LXXIX, in crast. Aurei et Justine mart.

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 325.

1279 (24. Juli). *P.* decanus ecclesie *noue domus* extra muros *wormacienses* et magister *Conradus* de *curia puellarum*, canonici ecclesie s. *Petri maguntini*, arbitri electi a decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormac.* et ab abbatissa et conuentu in *Nunnenmunstere* ibidem datum per copiam a. d. M.CC.LXXIX, in vig. b. Jacobi apost. (24. Juli).

Magister *Simon*, rectoris parrochie s. *Amandi* extra muros *wormat.* vicem gerens domini prepositi *maioris wormat.*, constare uolumus, quod proponente decano ecclesie s. *Andree wormat.* pro se et ecclesia sua, quod abbatissa et conuentus monasterii in *Nunnenmunstere* oues, quas comparauerant tempore fetus producendi, in curiam suam infra septa sui monasterii prenotati detinuerunt, quousque fetus produxerant et subsequenter ipsas oues cum agniculis in curiam ipsarum *Liederichesheim* sitam depulerunt,

Digitized by Google

quod tamen antea in decem annis et amplius raro uel nunquam fecerunt, quando ipse domine minutam decimam in pensione a decanis ipsius ecclesie et capitulo habuerunt, uolentes per hoc, decimacionem agnorum ipsi parrochie subtrahere, eo, quod infra terminos ipsius porochie *Liederichesheim* non fuerunt proiecti, in qua curia ville predicte sicut ubique infra terminos campi ipsius ville omnis decimacio ad parrochiam ipsius ville *Liederichesheim*, ecclesie s. *Andree* attinentem, dinoscitur pertinere et ibidem predicte oues in paschuis prenotate ville per totum tempus estiuale pascebantur, et postulante decano predicto in communi capitulo plebanorum et viceplebanorum archidiaconatus prepositi antedicti coram nobis *Hermanno*, monialium predictarum procuratore, presente per sententiam declarari, si decimaciones agnorum, huiusmodi dande sint ipsi decano et capitulo racione parrochie uel possent occasione huiusmodi ab ipsis monialibus licite detineri, in ipso capitulo finaliter est diffinitum, quod dande essent decimaciones agnorum predictorum racione loci, in quo per totum tempus estiuale paschebantur, non obstante machinacione huiusmodi, quod tempore fetus producendi in alio loco extra terminos parrochie detinebantur cum via fraudibus non debeat aperiri. Extat eciam sententialiter declaratum, ut si in aliqua curia cuiuscunque parrochie decem vituli aliquo anno ubi essent tot vacce producerentur, unus vitulus, qui melior esset, duobus tantum melioribus preelectis pro decimacione dari deberet eodem modo et jure, sicut agnus decimus dari solet. Si uero vituli non tot extant, quod unus pro decima dari debeat, tunc de vitulis, qui uenduntur siue comeduntur decimus denarius precii seu estimacionis pro decima dari debet, pro illis autem, qui non comeduntur nec uenduntur, si alias nutriuntur, duo denarii wormat. pro eorum quolibet sunt soluendi.

Digitized by Google

Actum in consistorio ecclesie *wormatiensis*, ubi capitulum archidiaconatus prepositi supradicti est solitum conuenire, *Conrado* dicto de *Stocheim*, magistro *Wigando*, canonicis *wormat.*, magistro *Ludolfo* aduocato, ... de *Munsheim*, ... de *Studernheim*, archipresbiteris, et aliis archidiaconatus domini nostri archipresbiteris et viceplebanis et a. q. pl. presentibus, a. d. M.CC.LXXIII, fer. iii. p. Martini (14. Nov.). Nos *Conradus* de *Stocheim* et magister *Ludolfus*, predicti, sigilla nostra una cum sigillo magistri *Simonis* predicti presentibus duximus appendenda et ego magister *Wig.* predictus sigillo *Conradi* mei concanonici prefati sum contentus.

Iudices *wormacienses* ex parte *Wernheri*, decani ecclesie s. *Andree wormat.*, sententiam supradictam confirmamus.

Dat. a. d. M.CC.LXXIV, fer. iv. p. dom. quasimodogeniti (12. April).

Iudices s. *moguntine* sedis. *Johanni* dicto *Weizenbrot*, canonico ecclesie s. *Pauli wormat.*, salutem. Discretioni vestre mandamus, quatinus sententiam ipsam faciatis inuiolabiliter obseruari.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXIV, v. non. maii. (3. Mai).

Decanus ecclesie *nuehusensis* extra muros *wormat.* et magister *Conradus* dictus de *curia puellarum*, canonicus s. *Petri magunt.*, arbitri a partibus infrascriptis electi, comparentibus coram nobis a. d. M.CC.LXXIX, in vig. b. Jacobi apost. (24. Juli). *Heinrico* de *Crunbach*, canonico ecclesie s. *Andree wormat.*, nomine decani et capituli eiusdem ecclesie ex parte una et preposito in *Nunnenmunstere*, nomine abbatisse et conuentus ibidem ex parte altera, exhibita fuerunt quedam priuilegia papalia et raciones ex parte predictarum dominarum et econtra quedam littere fuerunt exhibite a parte conuersa et partibus

hincinde copiam exhibitorum fieri iussimus et ad excipiendum et respondendum hincinde exhibitis terminum assignauimus, uidelicet sabbatum ante assumptionis b. virginis et ad procedendum in quantum de iure fuerit procedendum, anno et die prenotatis. *)

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

---

*) Eine undatirte Urkunde von demselben Jahre enthält eine Appellation über den nämlichen Gegenstand von Seiten des Probstes Hermann und des Präbendaten Otto in dem gen. Kloster Nonnenmünster, welche sich, wie folgt, schließt:

Lecta et interposita est hec appellatio primo in claustro *maioris* ecclesie *wormat.* coram judicibus *wormat.* presentibus .... custode ecclesie s. *Martini wormat.*, *Wernhero* dicto *Meinkemmere* canonico *nuhusensi*, *Heinrico* de *Alzeia* et *Friderico* de *Boppardia*, s. *Pauli* ecclesiarum *wormat.* canonicis, magistro *Cunrado* dicto *Spigel* rectore ecclesie in *Emphl.*, *Amella* prebendario ecclesie *maioris wormat.*, et magistro *Johanne* aduocato curie *wormat.* Item lecta et interposita est hec appellatio die immediate sequenti, videlicet quinta feria post dominicam judica in ecclesia *maiori wormat.*, presentibus .... decano, *Cunrado* de *Stocheim* magistro, *Heinrico* phisico, canonicis ecclesie predicte. Item eodem die in cimiterio ecclesie s. *Pauli wormat.*, presentibus .... decano, ... custode, *Friderico* de *Boppardia*, *Symone* de *nouo Lobio*, *Eberhardo* et *Godefrido* dicto *Seliket*, canonicis ejusdem ecclesie s. *Pauli*. Item eodem die in cimiterio ecclesie s. *Martini wormat.*, presentibus .... decano, ... custode, *Cunrado Kornmarket*, *Johanne* de *Winterbach* et *Wilhelmo kammerario*, canonicis ejusdem ecclesie.

In testimonium igitur appellationis premisse coram nobis lecte et interposite per modum predictum nos ..... decanus, *Cunradus* de *Stocheim* et magister *Heinricus*, canonici *maioris*, nos .... decanus et .... custos, canonici s. *Pauli* et nos .... decanus et ... custos, canonici s. *Martini*, ecclesiarum *wormat.*, ad peticionem domine ab-

Digitized by Google

№ 326.

1280 (9. Jan.). *Heinricus* prepositus ecclesie s. *Andree wormat.* profitemur, quod nos annua xvi. maldra siliginis ad nos ex paterna successione deuoluta, que prepositus et conuentus de *Lutra, wormat.* dyocesis, de bonis eorum in *superiori Sultzen* sitis, annis singulis tempore consueto persoluere tenentur ad *Wormaciam* presentare, vendidimus decano et capitulo ecclesie s. *Andree* predicte pro lvi. libris hallensium, confitemur eciam precium predictum nobis plenarie persolutum, constituimus ipsis fideiussores pro iusta warandia *Richilmannum* fratrem nostrum, *Cunradum* dictum *Span* seniorem, *Heinricum Dirolfi*, ciues *wormatienses*. In cuius rei testimonium sigillum judicum *wormat.* et nostrum presentibus procuraiimus appendi.

Dat. a. d. M.CC.LXXX, fer. iii. p. oct. Epiphanie.

(Copialbuch des Andreasſtifts zu Worms.)

№ 327.

1280 (13. Jan.). *Nicolaus* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui monasterii de *Nunnenmunstere* extra muros *wormacienses* salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte uestra fuit propositum coram nobis, quod licet monasterium uestrum quampluribus apostolicis priuilegiis et indulgentiis sit munitum, quibusdam tamen ex illis per negligentiam uti hactenus omisistis, nos igitur uestris supplicationibus inclinati uolentes indempnitati eiusdem monasterii paterna in

---

batisse et conuentus de *Nunnenmunster* nostra sigilla presenti appellationi duximus appendenda. (Die Siegel hängen gut erhalten an.)

hac parte sollicitudine precauere auctoritate uobis presentium indulgemus, ut eisdem priuilegiis et indulgentiis dummodo eis non sit per prescriptionem uel alias legitime derogatum, decetero uti libere ualeatis.

Dat. *Rome* apud s. Petrum, idus januarii, pontif. nostri ao. iii.

(Das Blei hängt an roth und gelb ſeidener Schnur unbeſchädigt an.) Orig.

№ 328.

1280 (3. April). Frater *Waltherus* prouincialis *fratrum heremitarum*, ordinis s. *Augustini* etc. Noscant vniuersi, quod dominus *Johannes*, ciuis *moguntinus*, dictus *zu honhove* pro remedio anime sue et vxoris sue *Hildegundis* dedit pro domo nostra, que sita est in orto nostro, vi. marcas colon. denariorum pro annuali censu, videlicet dimidia marca eiusdem domus, ita, vt fratres in anniuersario prefate vxoris sue eo deuocius cantent vigilias et missas defunctorum perpetuo et de prefato censu ad refectorium suum pro refectione habeant iii. solidos colon. denariorum. Preterea postquam deus prefatum dominum *Johannem* de ergasculo huius vite euocauerit, siue in religione aliqua siue extra religionem, vbicunque locorum in seculo decesserit fratres nostri de *Maguncia* conscribent suum anniuersarium et celebrabunt. et alios iii. solidos in refectorio pro consolacione communi habebunt et eciam apud nos sepulturam elegit.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXX, iii. nonas aprilis.

(Copialbuch des Auguſtinerkloſters in Mainz.)

№ 329.

1280 (28. April). Nos *Cunradus* dei gratia abbas, *Arnoldus* prior, *Wernherus* cellerarius, *Heinricus*

custos, *Sigenandus* camerarius, totusque conuentus monasterii s. *Albani* extra muros *maguntinos* recognoscimus, quod cum vrgente grauium debitorum necessitate, qua nostra ecclesia premebatur, curiam nostram in *Badenheim*, quam olim *Arnoldus* inhabitabat, vna cum c. iugeribus, quorum vi. prata, vi. vineta et reliqua terre arabilis frugifera esse dinoscuntur, pro quadam certa summa pecunie, quam recepisse et in vsus nostros et ecclesie nostre nos etiam conuertisse profitemur, vendiderimus *Cunrado* de *Buwensheim* et *Gertrudi* vxori sue, ciuibus *maguntinis*, mere proprietatis iure ac tytulo perpetuo possidenda. Resignationeque et declaratione prefate curie, vinearum, pratorum et agrorum coram sculteto, scabinis et incolis eiusdem ville rite et legitime facta, vt iidem *Cunradus* et vxor sua ac ipsorum heredes in prestatione certe warandie dictorum bonorum esse valeant firmiores, presentibus nos firmiter obligamus, quod omne impedimentum, quod vllo umquam tempore ipsis occasione nostri et ecclesie nostre emerserit a quocunque, eis deponere debeamus. Et si in hoc muenti fuerimus negligentes, iam nunc coram judicibus *s. maguntine* sedis eligimus, quod ipsi obmissa citatione et omni judiciorum strepitu quiescente nos et nostram ecclesiam tamdiu suspendere debeant ab officio diuinorum, donec tale inpedimentum per nos ipsis depositum fuerit et amotum.

Act. a. d. M.CC.LXXX, in octaua pasche.

(Die Siegel der Mainzer Richter und der Aussteller hängen zerbrochen an.) Orig.

№ 330.

1280 (23. Aug.). Nos *Fridericus* et *Emecho*, comites de *Linengen*, profitemur, quod nos uendicionem cuiusdam resectionis viarum, que a uulgo *wegesnit* nuncu-

patur, in terminis uille *Osthouen* factam decano et capitulo *wormat.*, decano et capitulo s. *Marie ad gradus mogunt.*, abbati de *Horrenbach*, magistro *domus milicie templi*, monialibus in *Mullen* necnon incolis uille *Osthouen* et aliis habentibus bona in terminis uille eiusdem per *Eberhardum* dictum de *Erenburg* nostrum castellanum, filium quondam *Gerhardi magni* de *Wormacia*, *Juttam* uxorem suam, *Conradum* filium suum et *Johannem* de *Randechen* generum suum, et omnes contractos initos inter partes predictas, ratos et gratos habemus, volentes nichilominus, vt quelibet parcium predictarum in omnibus aliis suis iuribus et consuetudinibus ab antiquo reseruatis in predicta uilla *Osthouen* perpetuo pacifice permaneant.

Dat. a. d. M.CC.LXXX, vig. Bartholomei apost.

(Die Siegel der Aussteller hängen beschädigt an.)

Orig.

№ 331.

1280 (30. Aug.). *Henricus* prepositus ecclesie s. *Andree wormatiens.* constare volumus, quod nos accedente consensu decani et capituli ecclesie nostre predicte xxii. jugera et quartale sita infra terminos ville *Horsultzen, wormat.* dyocesis, infrascripta prepositure nostre attinencia, que nobis et nostris predecessoribus hucusque modicum vtilia extiterunt, cum decima inde proueniente concessimus *Wernhero* dicto *Lerz* de *Munensheim* et suis heredibus perpetuo possidenda pro annua pensione, scilicet x. maldrorum siliginis minus mina nobis et nostris successoribus annis singulis inter duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis in ciuitatem *wormat.* ante quemcumque domum voluerimus perpetuo presentanda suis vecturis, laboribus et expensis, periculo grandinis, regalis exercitus, estus, frigoris, sterilitatis, alio eciam quouis periculo

Digitized by Google

seu casu fortuito non obstante. Debent eciam bona huius apud seniorem heredem masculum, si masculi heredes fuerint, alioquin apud antiquiorem heredem feminam indiuisa penitus permanere. Sunt predicta jugera sita in hunc modum: in campo inferiori v. quartalia prope *engazen*, item vii. jugera continua ex obposito sita, item ii. jugera prope eadem sita consultaneus *Hermannus* miles de *Sulzen*, item duale attingens dicta duo jugera, item in campo superiori *in hange* vii. jugera continua, item duale attingens eadem jugera, item iii. jugera in *Sulzerdale* in *fine marke*, item dimidium juger *an der cruken*.

Dat. a. d. M.CC.LXXX, in crast. decollat. b. Johannis bapt.

(Die Siegel des Ausstellers, des vorg. Decans und seines Capitels hängen sehr beschädigt an.) Orig.

№ 332.

1280 (19. Oct.). Nos *Henricus* prepositus ecclesie s. *Andree wormat.* et frater *Johannes* lector *fratrum predicatorum* in *Maguntia*, electi arbitri a decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* ex parte vna et abbatissa et conuentu in *Nunnenmunstere* extra muros *wormatienses* ex altera ad decidendam questionem, que vertebatur inter dictas ecclesias, super modo decimandi in minutis decimis ville *Liederisheim*, cuius decimatio generalis ad ecclesiam s. *Andree* noscitur pertinere, auditis et inspectis diligenter rationibus et allegationibus partium vtrarumque, volentes finem imponere litibus, deliberato consilio taliter ordinamus, quod predicte abbatissa et conuentus de *Nunnenmunstere* dabunt ecclesie s. *Andree* prefate de quolibet poledro, qui de equabus curie in *Liederisheim* prouenerint, ii. denarios wormat., si vero aliqui vituli vendantur vel commedantur, decimus denarius secundum estimatio-

nem pretii pro decima persoluatur. De ouibus vero iam dicte curie, que ibidem fetus suos proiecerint, decimus agnus pro decima tribuatur. Si autem predicte domine de *Nunnenmunstere* oues aliquas emerint, que per estatem deducte fuerint ad pascua ville et curie prenotate, decimum agnum pro decima soluent, poterunt tamen taliter emptas oues tenere et pascere in pascuis ville *Liederisheim* per tres septimanas uel etiam per vnum mensem et occasione illius mensis uel trium ebdomadarum ad nullas decimas tenebuntur. Reliquis minutis decimis, videlicet porcorum, anserum, anctarum, feni, olerum, papaueris, fructuum arborum et aliorum quorumlibet, de quibus decima solui consueuit, in suo statu ut hactenus permansuris. Volumus etiam et statuimus, quod capitulum s. *Andree* vltra id, quod in hac ordinatione statutum est, nunquam inquietet abbatissam et conuentum in *Nunnenmunstere* nomine minute decime aliquid extorquendo. Vt autem hec nostra ordinatio inuiolabiliter obseruetur, statuimus, quod si aliqua dictarum contra eam venire presumpserit, pene xx. marcarum argenti sit obnoxia et ligata, de quibus x. cedent nobis arbitris et x. alie parti arbitrium obseruanti.

Act. *Wormacie* a. d. M.CC.LXXX, xiiii. kalendas nouembris.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 333.

1280 (1. Nov.) *Henricus* prepositus ecclesie s. *Andree wormaciensis* profitemur, quod nos decano et capitulo ecclesie predicte vendidimus i. libram wormat. census annui in tota curia nostra sita juxta torcular ecclesie, quam claustralem esse volumus annis singulis, medietatem videlicet in natiuitate domini et aliam medietatem in natiuitate b. Johannis baptiste perpetuo persoluendam, pro xxii. libris hallensium. Est autem hec adiecta conditio, quod nos uel is, qui

Digitized by Google

eandem curiam post nos est habiturus, dictum censum in predicto percipiendum de aliqua curia in ciuitate *wormat.* sufficienter ydonea ad prestandum censum predictum deputabimus infra decennium et extunc predicta curia nostra a censu predicto erit libera et soluta.

Dat. a. d. M.CC.LXXX, kalendas nouembris.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 334.

1280 (12. Dec.). *Eberhardus* decanus, *Cunradus* de *Stocheim* et *Gerhardus* de *Lichtenstein maioris, Gerlacus, Fridericus* de *Bopardia* et *Eberhardus* s. *Pauli*, ecclesiarum *wormac.* canonici. Cum inter honorabiles viros dictarum ecclesiarum decanos et capitula super redditibus quondam prepositure ecclesie s. *Pauli* predicte questio verteretur, iidem decani et capitula in dominum *Fridericum wormaciensem* episcopum conuenerunt per formam arbitrii, que est talis.

Fridericus dei gratia *wormaciensis* episcopus. Cum super negotio reddituum quondam prepositure s. *Pauli wormat.* vnitorum prebendis canonicorum ipsius ecclesie inter decanum et capitulum *maioris* ecclesie, asserentes vnionem sine consensu ipsorum esse inefficacem, ex parte vna et decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli* predicte ex alia timeretur oriri materia questionis, nos rogauimus predictarum ecclesiarum capitula, vt in tractatum amicabilem conuenirent, que tandem capitula in hanc formam arbitrii conuenerunt, videlicet quod nos hinc inde de utroque capitulo tres personas assumeremus, que plenam potestatem haberent tractandi et ordinandi quicquid vtilitati ecclesiarum crederent expedire, adeo, quod in quicquid prefate sex persone vel maior pars earum conuenirent, hoc gratum et ratum a capitulis predictis haberetur. Si autem supradicte

persone adeo diuiderentur, quod tres ex vna parte et tres ex alia remanerent, tunc ab arbitrio est recessum. Nos itaque secundum premissam formam arbitrii de ecclesia *maiori: Eberhardum* decanum, *Cunradum* de *Stocheim* et *Gerhardum* de *Lichtenstein*, canonicos *maioris* ecclesie, de ecclesia vero s. *Pauli: Gerlacum*, *Fridericum* de *Bopardia* et *Eberhardum*, canonicos ibidem, elegimus, quibus hinc inde a dictis capitulis tradita est potestas statuendi et ordinandi, super premissa questione, quod ecclesiis erit utile et honestum. Durabit etiam hoc arbitrium usque in diem b. Thome apostoli proxime nunc venturum. Act. a. d. M.CC.LXXX, in oct. b. Andree.

Nos igitur vna cum eodem domino nostro episcopo pronunciamus, quod quandocunque vel quotienscunque de cetero preposituram ecclesie s. *Pauli* predicte vacare contigerit, decanus et capitulum eiusdem ecclesie in nullam vota sua committerent personam nec aliquem prorsus, nisi canonicum *maioris* ecclesie *wormat.* vocem in eiusdem ecclesie capitulo habentem in suum prepositum eligent, qui prepositus ordinatione *Eberhardi wormaciensis* quondam episcopi super reddituum prepositure s. *Pauli* vnione prebendis canonicorum eiusdem ecclesie obseruata, redditus duarum habebit prebendarum cum presencia in sepedicta ecclesia s. *Pauli*, item prata apud *Ibernsheim*, que prepositure eidem attinent ab antiquo, hoc adiecto, quod si idem prepositus in ecclesia *wormaciensi* residentiam facere voluerit personalem, suo obediet decano et in cantando, legendo ac alia faciendo omne suum debitum adimplebit, si autem in eadem ecclesia personaliter residere noluerit, ponet pro se vicarium, quemadmodum usque nunc est consuetum, et tunc prelatura seu personatus, si quem in eadem *wormaciensi* habet ecclesia, vacabit deinceps ipso facto. Hanc igitur nostram ordinacionem siue arbitrium tali duximus pena vallandum, vt si decanus et capitulum ecclesie

Digitized by Google

s. *Pauli* in contrarium venerint extra capitulum *maioris* ecclesie prepositum eligendo, talis electio nullius erit momenti, preterea decanus et capitulum eiusdem ecclesie s. *Pauli* cc. marcarum argenti penam incident, quarum medietas *wormaciensi* episcopo, reliqua vero medietas decano et capitulo *wormac.* ecclesie sub pena excommunicationis infra tres menses ab electionis huiusmodi tempore persoluetur. Vt igitur hoc nostrum arbitrium robur firmitatis perpetuum sortiatur, domini *Friderici wormat.* episcopi, *maioris, nuhusensis*, s. *Pauli*, s. *Andree* et s. *Martini* ecclesiarum *wormat.* sigilla vna cum nostris sigillis presentibus sunt appensa.

Dat. a. d. M.CC.LXXX, pridie idus decembris.

(Nur das zweite und vierte Siegel hängt noch wohl erhalten an, die übrigen fehlen.) Orig.

№ 335.

1280 (20. Dec.). Nos *Philippus* de *Hohenvels* et nostra collateralis *Isengard* profitemur, quod nos deliberato animo et vnanimi consensu ecclesie in *Nunnenmvnstere* extra muros *wormacienses* homines nostros quosdam, videlicet *Cunradum* de *Hepfenheim*, collateralem suam *Berthradim* et filium suum *Burchardum* ob salutem animarum nostrarum propter deum contulimus eisdem perpetuo seruiendos, omni exactioni, omnique iuri, quod nobis in ipsis competebat, tam in domibus, quam in agris seu omnibus bonis, libere renunciantes, ita tamen, quod predictus filius eius *Burchardus* de sua portione, que ipsi post mortem patris sui cedit hereditatis, in nulla nobis exactione uel seruicio teneatur. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris vtrisque sigillis duximus roborandum.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXX, in vig. s. Thome apost.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an, das seiner Gemahlin ist abgerissen.) Orig.

№ 336.

1281. Iudices s. *moguntine* sedis. Notum facimus, quod jugera inferius subnotata, sita in terminis ville *Winterheim* apud *Olmena*, per *Godefridum*, canonicum ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.*, eidem ecclesie collata, decanus et capitulum dicte ecclesie locauerunt *Heinrico* et vxori eius *Hedewigi* de *Winterheim* iure hereditario possidenda pro ix. maldris siliginis per pistorem eiusdem ecclesie approbande, moguntine mensure, infra festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis annis singulis persoluendis et suis expensis, laboribus et periculo ante granarium ecclesie prefate pensionis nomine presentandis. Insuper hec iugera modo debito excolent et fimabunt predicti coniuges, exactiones quoque, censum debitum, peciones, que *Bedu* wlgariter appellatur, et alia seruicia siue iura, quocunque nomine nuncupentur, soluere tenebuntur, nec ius, quod in ipsis jugeribus habere noscuntur, in alium uel in alios transferent, nisi de capituli supradicti consensu. Si uero prefati coniuges aut heredes ipsorum predicta bona aliquo modo decreuerint resignare, fructificata emendata et ante tempus messium resignabunt. Est autem sciendum, quod licet locatio facta sit iure hereditario generaliter, tamen post mortem dictorum coniugum omnes heredes simul non succedent, sed masculi preponentur feminis, ita, quod inter masculos superstes senior tamen predicta jugera sub predictis conditionibus possidebit, masculis uero heredibus non existentibus, demum succedunt heredes femine, ita, quod inter eas antiquior tamen similiter ipsa iugera possidebit. Situs et numerus predictorum iugerum talis est. *An laimbis steinwege* ii. iugera et dimidium, item duale apud *sochерpade*, que iugera ipsi coniuges ipsi ecclesie contulerunt, item apud dominam dictam *Greuensteinere* v. iugera simul, item apud *Billungum* et fratrem suum *Her-*

Digitized by Google

bordum iii. jugera et dimidium, item iuxta *Volmarum* iii. jugera, item in secundo campo iii. jugera simul iuxta *Billungum*, item ii. jugera et dimidium iuxta dominos s. *Victoris*, item duale *ober den berg*, item dimidium jugerum *zu ruben bornen*, item duale apud vineas, item iugerum prati iuxta duo iugera dominorum s. *Victoris*. Notandum etiam, quod dicti *H.* et vxor eius uel ad quoscunque hec eadem bona ex successione hereditaria deuoluta fuerint, si in conditionibus supradictis negligentes extiterint, ad dictum capitulum pro sue uoluntatis arbitrio disponenda simul libere reuertentur.

Act. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXXI.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 337.

1281. Vniuersis etc. *Eberhardus* decanus et capitulum *wormatiensis* ecclesie etc. Cum per impressiones et uiolencias burgensium *wormatiens.* manifestas, utpote in occisione quondam *Conradi*, vicarii nostri, cum in veste religiosa ad matutinas descenderet in claustrum ecclesie nostre, patrata et in confractionibus curiarum concanonicorum nostrorum, *Jacobi* videlicet quondam cantoris, *Wernheri* parrochiani et illorum de *Stocheim*, in ipsius ecclesie emunitate nocturno tempore similiter perpetratis, liquet omnibus euidenter, de quibus videlicet curiis non solum res alique sunt abstracte, verum eciam canonicorum ipsorum equi aliqui interfecti, quidam eciam ex ipsis canonicis manus et insultus ciuium predictorum ultra murum ciuitatis fugientes vix mortis periculum uideantur euasisse, prepositus quoque ecclesie nostre, cuius curiam cum iurisdictionem suam exsequi uellet in corrigendis delictis clerici s. mag., filii dictorum ciuium, clerici cum suis parentibus importune nimium intrauerint, per eos graues et enormas contumelias

sit perpessus neque tandem pertitum sit domino nostro episcopo, cuius famulum pre foribus curie sue in emunitate eadem constitute nequitur occiderunt, venerabilem quoque dominum et patrem *Eberhardum* quondam episcopum predecessorem suum pro optinendis uoluntatibus ipsorum in beneficiis, que assequi nitebantur uerbis elatis et citra honestatem suam sonantibus offenderunt ac in aliis multis, que enumerari non possunt, offense sint et lese frequenter nostra et alie ciuitatis ecclesie, sicut ex earum nobis querimoniis innotuit, cum eorundem ciuium filii concanonicos eorum opprimant et conculcent, quos armata manu aliquando cum ad decantandas matutinas ad ecclesiam pergerent, ut eos uulneribus afficerent aut interficerent, sunt hostiliter persecuti, insuper quod vi uolentes beneficia in ecclesiis optinere comminacionibus et terroribus, quos pretendunt, omnem voluntatem suam uitur . . . apud ecclesiarum canonicos optinere de cognatorum suorum potencia siue violencia confidentes, dicunt eciam filii ciuium eorundem, quod si unum uel duos electores in ecclesia nostra habeant, in assequendis esse debeant et oporteat pociores hiis et similibus enormitatibus multipliciter lacessiti, volentes in posterum nobis precauere, ne si per modum predictum ecclesiam nostram intrarent talia contra nos presumerent, qualia in ecclesiis aliis faciunt et fecerint suos concanonicos opprimendo, cum deliberacione prouida statuimus, ne aliquis uel aliqui filii burgensium in ecclesia nostra ullo vmquam tempore ad canonicum aliquem uel ad prelaturam assumantur, nisi adeo deuotos et obsequiosos cum parentibus ecclesie se reddiderint, quod de communi omnium canonicorum consensu nec vno eorum contradicente procedere uideatur assumptis eorum, si quis autem concanonicorum nostrorum contra huiusmodi statutum nostrum uenire presumpserit, predictorum burgensium filium uel filios in ecclesia nostra in canonicum uel canonicos uel ad prelaturam aliquam eli-

Digitized by Google

gendo, eo ipso beneficio, quod habet in ecclesia, sine spe recuperacionis nouiter se priuatum. Vt igitur hoc factum nostrum robur sorciatur, ac a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, domini nostri *Fr. wormat.* episcopi, *Eberhardi* decani, *Symonis* cantoris, *Berlewini*, *Merbedonis* de *Bilenstein*, *Wernheri* de *Meinkemer*, *Johannis* de *Richenbach*, *Conradi* de *Stocheim*, *Lamberti* de *Bacheim*, *Gerhardi* de *Lichtenstein*, *Arnoldi* de *Schonanburg*, *Friderici* de *Stocheim*, magistri *H.*, *Gisilberti*, *Bertoldi* de *Alzeia*, *Sifridi* de *Schonenburg*, *Gerhardi* prepositi *wilburgensis*, *Emichonis* de *Boimburg*, *Johannis* de *Wizzenburg*, *Cristiani*, *Heinrici Bintrime*, *Jacobi* de *Alzeia*, *Arnoldi* de *Monsheim* et *Johannis* de *Moro* sigilla presentibus sunt appensa.

Dat. a. d. M.CC.LXXXI.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 338.

1281 (23. Jan.). Nos frater *Hartmannus* de *Heldrungin* magister *hospitalis* s. *Marie theutonicorum* jherosolim. protestamur, quod nos pro euidenti necessitate grauium debitorum, quibus pr . . . . vltramarinis partibus fuimus obligati, commendatori et fratribus domus nostre in *Heremo* concessimus, prudencium fratrum nostrorum consilio accedente, quod vendere possent lx. maldra siliginis, wormat. mensure, nomine pensionis perpetue, que dicti commendator et fratres in *Busenshem* jure proprietario possidebant, quo facto veniens vir strenuus dominus *Symon* miles de *Popardia* et castrensis in *Herinbretstein* dicta lx. maldra commendatori et fratribus domus nostre in *Confluentia* pro remedio anime sue et ob specialem gratiam, quam ad commendatorem et fratres dicte domus ha-

buit, in elemosinam suis propriis denariis conparauit perpetuo possidenda, hoc tamen acto, quod dictus *S.* miles dicta lx. maldra recipiat quoad uixerit integraliter. Quia igitur predicti commendator et fratres de *Confluentia* pro recompensatione et restauro cuiusdam vie publice, que per eorum habitacionem dirigebatur et vniuersitati ingressum et egressum exhibebat, quandam viam aliam extra eorum habitacionem vniuersitati *confluentine* construxerunt suis laboribus et expensis et eandem viam firmam et integram se obseruaturos perpetuo obligarunt, pro cuius vie obseruacione et ruine si qua fuerit restauracione, dictus *S.* miles ordinauit, quod dictorum lx. maldrorum siliginis aliqua pars, que ad hoc sufficiat, perpetuo deputetur, reliqua vero pars, que supercreuerit, necessitatibus infirmorum in hospitali dicte domus *confluentine* decumbentium semper et immutabiliter ordinetur. Nos vero predictus frater *Hartmannus* ordinationem et omnes et singulas condiciones predictas ratas et gratas babentes presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras ad peticionem dicti *S.* militis sigillo nostro, sigillo preceptoris *Alemannie*, sigillo commendatoris in *Treueri*, sigillo commendatoris in *Marpurg*, sigillo commendatoris in *Vrankenvorth* eidem *S.* militi dedimus communitam.

Dat. a. d. M.CC.LXXXI, x. kalendas februarii.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 339.

1281 (26. Jan.). *Wernherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* recognoscimus, quod nos pro vi. libris hallensium vendidimus ii. maldra siliginis *Conrado*, prebendario ecclesie *maioris wormat.*, capellano s. *Blasii*, infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. virginis de nostro granario annis singulis quoad vixerit sibi

Digitized by Google

danda, post mortem vero ipsius in anniuersario suo memoriam ipsius et patris ac matris sue, videlicet *Alberti* et *Laudilie* perpetuo in nostra ecclesia peragemus et dicta ii. maldra distribuentur inter presentes in choro, qui vigiliis et misse interfuerint.

Dat. a. d. M.CC.LXXXI, in crast. conuers. b. Pauli.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 340.

1281 (5. Febr.). Ich Emmerich der Schultheiſſe von Odernheim vnd myne wirtinne Jutta dun allen den kunt, die dieſen geinwortigen brieff ane ſehent, daz ich vnd myne wyrtynne myt geſamenter hant verkaufft han den dümherren zü mentze ſ. Martins vmb xlvii. marg colſcher pennige, die ich Emmerich entfangen han vnd gewert bin, lxviii. morgen ackers, die gelegen ſint in gummerſheymer felde vnd on Odernheymer velde, dyeſe morgen ſint alſus gelegen: off gummerſheymer felde v. morgen ackers bii achtemhalben morgene der herren von dem düme, anderwerbe an Mentzer wege eynen morgen. Eber vber voſte ii. morgen bii den iii. morgen der herren vonme düme, aber bii deme zigelhüs ii. morgen. Eber ane bergen iii. morgen vnd ein halp virteil, aber da bii ii. morgen vnd eynen halben, anderwerbe an der ſpitzen vrechten ein zweideil, aber da bii v. virteil, die da gent in den hong, hinderwert off graſebod iii. morgen, aber vber oppinheymer weg iii. morgen, aber i. morgen wingartes zü herſdal, aber da bii an dem berge iii. morgen wyngardes, aber ii. morgen ackers hinder breydenrod bii Heinrich Kirſboymere, aber in dem velde off rehet ii. morgene vnd i. virteyl, aber vber montzenheymer wech ii. morgen, aber bii dem Langenſteine xiv. morgen, aber da bii zehendenhalben morgen ackers, aber an der molen virdenhalben morgen, aber an wormſer wege ii. morgen, aber

in der genſeweide eynen garben, aber in der vrethen bii Heinriche ſeligen einen garben, die zwene garten dunt iii. morgen ackers, aber an weſen v. rudin off rehet, diz lant, da; hie vore beſchriben iſt, daz han ich Emerich vnde myne wirtinne mit geſamender hant vnd myn ſtieffſon Hertwin off gegeben an dem gerichte zü Odirnheim vor ſcholtheiſchen vnd vor ſcheffen, als da recht vnd gewonheit iſt, vnſern herren vonme düme ſ. Martins. Wir Symon ein dechand vnd der capittel von Mentze gemeinlich erkennen vns des an dyſeme ſelben brieffe, daz wir han gelichen diz vorgemarchte güt Emeriche, der da vore iſt genant, vnd ſiner wertinnen vnd zwein ſynen eldeſten Erben ewecliche vnd nymmaneme vmb virtzig malder Kornes, Spirer maſſis, off vnſer herren kornhüs vonme düme zü mentze zu antwortinde, ane allerleye ſchaden biz vnſir frauwen dag der Laſſeren, wie der ſelbe Emmerich vnd ſyne Erbin die virtzig maldere corntel nit enwerent, zü dirre ziit als hie vor beſchrebin iſt, ſo iſt diz vorgenante güt vnſer herren vonme düme ane allerleye weder ſprache, vnd mit deme ſelben güde nach erem willen dun vnd laſſen. Vbir deme offgiſte ſint geweſen Heinrich der Rittere vonme kirſbome, Heinrich der Rittere ſin ſon, Wilhelm der Ritter ſin eyden, Heinrich von Schornſheim der Rittere, Heinrich der Rittere vonme bohele von Schornſheim, Hertwic der Scheffere von Schornſheim, Wernher von Hesloch, der Scholtheiſſe was zü der ſelben ziit in Odirnheim, Hertwic Emrichos ſtieff ſon, Symon ſin eydin, Getze Stemelere, Conrad der Scheffone von Odernheim vnd aüch genüch bidderbe lude ſint me da bii geweſin. Dirre nemelichen morgen ſint xxxii. eygen, die andern ſal Emmerich den herren von deme dume eygen machen, des hat he geſaſt zü Odirnheim ſynen hoff halben zu vndirpande als lange, biz he vnſern herren von deme düme mit brÿſen vnd mit hantfeſten der Jungen von Bolanden daz bewere. Daz dyſe gelebde vnd dieſe vorgenanthe ding veſte vnd ſtede virlibent, han wir Richtere von Mentzen vnd

wir frauwen der conuent von Gomersheim gemeinlich durch Emeriches vnd syner wirtynne, die hie vore sint genant, bedin willen vnsir ingesigelden an diesen brieff gedan.

Dyese ding sint geschen nach godis geborte m.cc.lxxxi, an dem dritten dage nach vnser frauwen lichtmesse.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 341.

1281 (18. März). *Martinus* episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui monasterii in *Dalen*, cisterciensis ordinis, *magunt.* diocesis, salutem etc. Eapropter dilecte in domino filie uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a romanis pontificibus predecessoribus nostris siue per priuilegia uel alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus uobis et monasterio predicto indultas, uobis et per nos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus.

Dat. apud *vrbem ueterem* xv. kalendas aprilis, pontif. nostri ao. i.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 342.

1281 (Juni). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie in campis* extra muros *maguntinos* recognoscimus, quod quia *Volcmarus* miles et *Wolficinus* frater suus, filii quondam *Volcmari*, judicis *maguntini*, renunciauerunt iuri suo, quod habebant in viii. maldris siliginis, pinguensis mensure, que ipsis de decima nostra in *Hilbesheim* soluenda fuerant annis singulis et hactenus soluebantur, eadem viii. maltra nobis et ecclesie nostre

Digitized by Google

soluta et libera pro se et vniuersis suis successoribus perpetuo remittendo. Nos in recompensacionem huiusmodi beneficii nobis ab ipsis impensi vniuersa bona ipsorum, que iam nunc in villa *Wintherheim* iuxta *Olmene* site possident, a solucione census nobis et ecclesie nostre debiti ab eisdem renunciacione similiter pro nobis et vniuersis nostris successoribus facta, dicimus perpetuo libera et soluta, dantes has literas sigillo ecclesie nostre communitas in euidens robur premissorum. Nos quoque prefati *Volcmarus* et *Wolfwinus*, fratres, presentes litteras sigillis *E.* camerarii *maguntini* et *Hermanni* patrui sui petiuimus communiri.

Act. a. d. M.CC.LXXXI, mense junii.

(Sämmtliche Siegel ſind abgefallen.) Orig.

№ 343.

1281 (20. Juni). Nos *Anthonius* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris magunt.* extra muros etc. Vnde cum nostra ecclesia ad laudem et honorem b. Victoris martiris dedicata in ornatu debito et decore huiusmodi detrimenta senciat et defectus, statuimus, ut decanus, cantor et custos consolaciones, quas annis singulis nobis ex debito sui officii et *Heinricus* dictus de s. *Petro* ex jure locacionis et inhabitacionis curie sue, que sita est inter portam et pistrinum, facere consueuerunt, in pecuniam numeratam conuertant ac quilibet ipsorum iii. solidos colon. monete in festo b. Martini nomine annue pensionis tradant illis, quos nos ad recepcionem et conseruacionem eorum duxerimus deputandos pro ornatu nostre ecclesie comparando. Item statuimus, ut denarii, qui ex locatione decimarum nostrarum proueniunt, quos hucusque aut diuidere aut in potacione vini consumere consueuimus, ad supradictum usum et prorsus nullum alium predictis collectoribus per

Digitized by Google

cellerarium nostrum in festo natiuitatis b. Marie virginis assignentur, ut de hiis denariis et predictis simul collectis ornatus ad decorem domus dei in nostra ecclesia necessarius augeatur. Promittimus eciam, quod preter usum iam premissum quacunque necessitate cogente predictos denarios ad nullum alium conuertemus.

Act. a. d. M.CC.LXXXI, xii. kalendas julii.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.)

Orig.

№ 344.

1281 (6. Juli). Nos ***Fridericus*** comes de ***Lyningin*** constare volumus, quod ***Fridericus*** miles dictus de ***Meckinheim*** et ***Johannes*** suus filius in nostra presentia constituti recognouerunt, quod vniuersos census, jura et possessiones ac duas partes decime cum omnibus attinenciis et vtilitatibus quibuscunque, que a nobis in villa ***Rinduringheim, wormat.*** dyocesis, nomine feodi hactenus optinebant, vendiderunt pro clxv. libris hallensium capitulo et ecclesie s. ***Andree wormat.*** et in eos transtulerunt jure patronatus ecclesie eiusdem ville cum vniuersitate transeunte. Nos quoque ad preces eorundem ***Friderici*** militis et ***Jo.*** filii sui, venditioni prenotate et translationi nostrum consensum plenarium adhibemus, transferentes omne jus nostrum quoad dictas decimas, census, jus patronatus, alias vtilitates et jura pretacta totaliter in prenotatos capitulum et ecclesiam perpetuo possidenda. Profitemur eciam, quod per predictas vendicionem et translationem vtilitati seu juri nostro ac successorum nostrorum nullum est dispendium generatum, eo, quod in recompensam et restaurum predicti feodi, quod a nobis dicti ***Fridericus*** miles et ***Jo.*** suus filius optinebant, proprietates seu possessiones suas, accedente consensu coheredum predicti ***Johannis***, videlicet quartam partem castri superioris in ***Kirwilre*** et xiv. jugera vinearum con-

Digitized by Google

tigua sita infra terminos ville *Wachinheim* prope riuulum, eiusdem dyocesis, item ii. jugera vinearum et dimidium sita infra terminos eiusdem ville in loco, qui dicitur *Buderich*, item dimidium juger vinee situm ibidem super riuulum predictum, item ii. jugera vinearum sita ibidem in loco, qui dicitur *mittelinheidin*, item domum sitam in dicta villa *Wachinheim* in strata versus *Osthouin* cum suis attinenciis et v. jugera vinearum adiacentia eidem domui, nobis loco predicti feodi resignarunt, que bona acceptauimus, recognoscentes per assignationem predictarum possessionum et bonorum recompensam sufficientem nobis fore factam, et eadem in feodum eisdem concedimus quemadmodum ante prememorata bona in *Rinduringheim* ipsis in feodo a nobis fuerant tradita, vt exinde nobis sint astricti homagio sicut prius. Testes huius rei sunt: *Rudegerus* de *Munnisheim*, *Fridericus* de *Lutersheim*, *Henricus* dictus *Zolnere*, *Fridericus* dictus *Schelle*, *Helfricus* de *Isimburg*, milites et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CC.LXXXI, in oct. b. Petri et Pauli apost.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 345.

1281 (15. Juli). *Theodricus* dei gracia *olemucensis* ecclesie episcopus dilectis in Christo priori et conuentui *fratrum predicatorum* in *Maguncia* salutem etc. Cupientes, ut ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam memoratam in quatuor festiuitatibus virginis Marie assumtionis, natiuitatis, purificationis, annunciationis et per octauas in die dedicacionis ecclesie et altarium nec non in festiuitatibus patronorum, videlicet b. Dominici confessoris, b. Petri martiris, s. Augustini episcopi, b. Johannis baptiste, b. Johannis ewangeliste, s. vndecim millium uirginum et per oc-

Digitized by Goog

tauas singulis annis uisitauerint et qui uobis suas elemosinas fuerint elargiti, accedente consensu domini archiepiscopi *moguntini* lx. dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Dat. apud *Olomucz'h* a. d. M.CC.LXXXI, idibus julii.

(Das Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 346.

1281 (1. Aug.). Iudices *wormacienses*. Ad noticiam omnium volumus peruenire, quod constituti in nostra presencia in figura judicii *Wernherus* et *Hedewigis*, coniuges de *Flersheim*, pari voto professi sunt, se vendidisse decano et capitulo et prebendariis sociis ecclesie s. *Martini wormat.* vi. maldra siliginis annue pensionis super jornalibus infra scriptis, pro subpignore ab ipsis coniugibus designatis, que maldra singulis annis infra assumptionem et natiuitatem b. virginis in ciuitatem *wormaciensem* ante granarium dictorum dominorum, dictorum coniugum periculo, vectura, expensis et laboribus, ipsi coniuges assignabunt neque bona inter heredes partiri debent sed indiuisa apud heredem seniorem manebunt, et senior heres vi. maldra prehabita de bonis huiusmodi predicte ecclesie assignare tenetur suo tempore, que quidem bona subpignoraticia dicti coniuges in figura judicii predicte ville *Flersheim,* ut propria, dicte ecclesie s. *Martini*, secundum jus et conswetudinem ville, ad solucionem census vi. maldrorum dictorum cum prestacione warandie debite pariter resignarunt et eandem resignacionem prius in dicta villa factam coram nobis dicti coniuges innouarunt. Et sunt huiusmodi bona pro subpignore data hoc modo sita. Primo videlicet v. jugera campestria sita apud *Slidewege* tendencia directe iuxta *Burcwege* uersus villam *Dalsheim,* consultanea relicta *Macharii* cum vii jugeribus, item in alio campo iii. jugera apud

holzwege contigua domui *theutonice*, item iv. jugera in via *heppilnsheim.*

Act. a. d. M.CC.LXXXI, die ad vincula b. Petri.

(Das Siegel der Wormſer Richter hängt beſchädigt an, das des Deutſchordens zu Flörsheim fehlt.) Orig.

№ 347.

1281 (1. Aug.). Iudices *wormacienses.* Ad noticiam omnium volumus peruenire, quod in nostra presencia constitutus in figura judicii *Fridericus* de *Flamburnen*, filius quondam *Sybodonis,* professus est, se iuste vendicionis titulo vendidisse decano et capitulo et prebendariis sociis ecclesie s. *Martini wormat.* vi. maldra siliginis annue pensionis super jornalibus infrascriptis pro subpignore ab ipso *Friderico* designatis, que maldra singulis annis infra assumptionem et natiuitatem b. virginis in ciuitatem *wormatiensem* ante granarium dictorum dominorum dictus *Fridericus* suo periculo, vectura, expensis et laboribus, non obstante grandine, exercitu, decrescentia fructuum uel quauis alia causa sine difficultate qualibet assignabit neque bona infrascripta pro subpignore designata inter heredes partiri debent, sed indiuisa apud heredem seniorem manebunt, et senior heres vi. maldra prehabita de bonis huiusmodi predicte ecclesie assignare tenetur suo tempore, sicut superius est predictum, que quidem bona infrascripta subpignoraticia dictus *Fridericus* in figura judicii predicte ville *Flamburnen*, ut propria, dicte ecclesie s. *Martini* et procuratoribus eius coram sculteto, scabinis et juratis ville ipsius, secundum jus et conswetudinem ville, ad solucionem census vi. maldrorum dictorum cum prestacione warandie debite publice resignauit, et eandem resignationem prius in dicta villa factam coram nobis prefatus *Fridericus* innouauit. Et sunt huiusmodi bona pro subpignore data hoc modo sita.

Digitized by Google

Primo videlicet in campo uersus *Frimirsheim* v. jugera campestria apud superiorem viam *Slidewec*, consultanei *Dizo* miles de *Bischouisheim* inferius et *Rudewinus* miles superius, item ii. jugera in via *Frimirsheim*, consultaneus *Heinricus* de *Miluisheim* cum vno jugere, item in alio campo ii. jugera et quartale tendunt uersus *Flersheim* super strata, consultaneus *Wernherus* frater suus, item i. jugerum et dimidium apud superiorem portam, consultanei *Anzo* pistor et *Morhart*, item *an der flersheimer anewende vndene an der wassircunsse* v. quartalia. In testimonium premissorum presentem literam sigillo curie *wormaliensis* ac sigillo fratrum domus de *Flersheim*, qui presenti empcioni, vendicioni ac renunciacioni atque designacioni bonorum pro subpignore designatorum intererant, dedimus communitam.

Act. a. d. M.CC.LXXXI, die b. Petri ad vincula.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 348.

1281 (7. Nov.). I. n. d. a. Quoniam generatio etc. Eapropter nouerint uniuersi, quod ego *Hartradus* de *Merenberg* vna cum coniuge mea *Gertrude* tertiam partem decime nostre in *Werstat*, tam maioris quam minute, immo totalem omnino porcionem decime predicte nos contingentem nullo excepto vendidimus fratribus sacre *domus hospitalis jerosolimitani* in *Maguntia* pro xl. marcis aquens. denariorum, quam pecuniam a fratribus prefatis nos confitemur recepisse et in usus nostros conuertisse, ipsam quoque decimam siue porcionem eiusdem fratribus sepedictis communicatis manibus nostris et filiorum nostrorum, videlicet *Godefridi* et *Hartradi*, in villa *Werstat* in publica strata, presentibus hominibus eiusdem ville, resignauimus et tradimus titulo emptionis, secundum ius et consuetu-

dinem ville et patrie generalem, promittentes eis nichilominus, quod ipsis contra vniuersos et singulos, qui eos super predicta decima siue porcione decime inpecierint quoquo modo iure canonico uel ciuili, plenam et iustam in omnibus warandiam faciemus, pro quibus omnibus fideliter adimplendis fideiussores dedimus fratribus memoratis, videlicet *Eberhardum* de *Kazzenelenbogen*, *Heinricum Irsutum*, comites, *Hermannum* de *Turri* quondam scultetum *maguntinum*, *Ludewicum* dictum *Ryse* de *Scherstein*, *Hermannum* de *Marcrode*, *Heinricum* de *Aldendorf*, milites, et *Johannem* dictum *vomme korbe*, ciuem *maguntinum*, qui si omnia predicta per nos non fuerint adimpleta, moniti a fratribus eisdem, intrabunt simul vnum hospitium *maguntinum*, tamdiu fideiussionis debitum exoluentes, donec quod promisimus plenarie faciamus, hoc adiecto, quod si aliquis fideiussorum predictorum medio tempore cesserit uel decesserit, reliqui fideiussores moniti similiter more fideiussorio satisfacient, donec loco sui substituamus alium eque bonum. In quorum omnium memoriam dedimus eis dominorum judicum s. *maguntine* sedis, abbatis s. *Albani* extra muros *maguntinos*, decani, custodis et cantoris *maioris* ecclesie *maguntine*, necnon predictorum *Eberhardi* de *Kazzenelenbogen*, *Heinrici Irsuti*, comitum, nostro et coniugis nostre sigillis presentem litteram communitam.

Acta sunt hec presentibus *Philippo* dicto de *Linden*, *Ludewico* dicto *Rysen* de *Scherstein*, militibus, *Conrado* sacerdote, capellano domini de *Lewenstein*, *Wolframo* plebano de *Werstat*, *Arnoldo* aduocato ibidem, *Conrado* dicto *Fos*, *Volzone apud fontem* et filio suo, *Heinrico* dicto *Wedereibere* et filiis suis, *Conrado* de *Sulzheim*, *Conrado* dicto *Dudeman*, *Sygelone* dicto

Digitized by Google

Reydel et vniuersitate predicte ville *Werstat*, necnon a. q. pl.*)

A. d. M.CC.LXXXI, vii. idus nouembris.

(Die Siegel hängen gut erhalten an, das Siegel des Grafen Eberhard von Catzenelnbogen, sowie das des Raugrafen Heinrich fehlt jedoch.) Orig.

№ 349.

1281 (7. Dec.). *Walramus* dei gratia prepositus ecclesie *wormatiensis* decano et capitulo eiusdem ecclesie sincere dilectionis affectum cum superne felicitatis perpetuo incremento. Cum ex officii nostri debito prefate eeclesie nostre teneamur, quantum nobis possibile est, preesse et prodesse, ob honorem dei et b. virginis ac b. Petri apostoli, patroni nostri, jus patronatus ecclesie in *Selsin*, *moguntine* dyocesis, quod ad nos racione prepositure nostre, quam in dicta ecclesia obtinemus, pertinere dinoscitur, in vos transferimus, renunciantes omni juri, quod nobis uel nostris successoribus in dicto jure patronatus a prefata ecclesia in *Selsin* posset competere nunc uel in futuro, et vt prouentus siue redditus prefate ecclesie attinentes vestris prebendis post decessum *Arnoldi* de *Muntiesheim*, concanonici vestri, nunc rectoris ecclesie eiusdem, vnire possitis, nostrum consensum adhibemus. Dum tamen domini nostri episcopi *wormatienses* et aliorum, qui super hoc requirendi sunt, attendat auctoritas et consensus et sacerdoti siue perpetuo vicario in dicta ecclesia deseruienti, cuius presentacio ad vos post decessum predicti rectoris debet pertinere, prebenda competens statuatur, volentes in

*) Am 12. Dec. deſſelben Jahres beſtätigt Erzbiſchof Wernher von Mainz dieſen Kauf. (Das Siegel hängt an roth ſeidener Schnur zerbrochen an.)

hac parte prefate ecclesie nostre necessitati ac vtilitati consulere, vt cum eadem ecclesia infra terminos dicte ville *Selsin* duas partes decimacionum percipiat ab antiquo, tercia parte decime ad ecclesiam dicte ville pertinente cum se facultas obtulerit diuisionem decimacionum, que ecclesiis dampnosa solet existere, valeat euitare.*)

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXI, in crast. b. Nicolai.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 350.

1282 (6. Jan.). Nos *Fridericus* dei gracia *wormaciensis* episcopus, *Eberhardus* decanus, totumque capitulum ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod nos ob dilectionem *Heinrici* et *Gerhardi* fratrum camerariorum, militum *wormaciensium,* quos speciali fauore prosequimur, pratum dictum *Dredelachen*, quod erga *Heinricum Alherum*, filium *Cunradi* quondam *Alheri* militis, de nostro consensu emptionis titulo compararunt et ipsum pratum a nobis in feodo possident in presenti, idem pratum dictis fratribus et eorum heredibus iure feodali hereditario duximus concedendum, ita, quod post mortem dictorum fratrum ad ipsorum pueros masculos, si eos reliquerint, et si masculos non reliquerint, ad feminas, si uero neque masculos neque feminas reliquerint, ad heredes eorum proximos sepedictum pratum iure feodali hereditario deuoluatur, hoc adiecto, quod si memorati fratres decesserint, siue filios relinquant siue non, nichilominus eorum coniuges, *Hedewigis* videlicet et *Methildis*, sepedictum pratum ad dies

*) Am 9. Dec. deſſelben Jahres beſtätigt der Biſchof Friedrich von Worms vorſtehende Schenkung. (Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

Digitized by Google

uite sue pacifice possidebunt, post mortem uero earum ad heredes proximiores, ut pretactum est, deuoluetur.

Dat. a. d. M.CC.LXXXII, in Epiphania dom.

(Die Siegel der Ausſteller ſind abgeſchnitten). Orig.

№ 351.

1282 (7. März). *Wernherus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Hinc est, quod cum decanus et capitulum ecclesie s. *Stephani maguntine* ciuitatis nostre prepositum habeant, ad quem pertinet aministracio ex officii sui debito, secundum hactenus conswetudinem approbatam satis utilem et prouidum ad aministrandum, qui ex uoluntate propria iamdudum reliquit aministrationem sue ecclesie et pacis causa et concordie aministrare hactenus recusauit, ut in futurum saluti personarum canonicorum ibidem et commodo eorundem ab aliis prepositis, qui sibi succederent in futurum, de consensu et uoluntate ipsius prepositi, decani et totius capituli ecclesie s. *Stephani moguntini* ordinamus, ut aministracio apud decanum et capitulum dicte ecclesie residat nunc et perpetuo in futurum et quod de bonis omnibus aministracioni attinentibus ordinent, disponant et aministrent singulis prebendis, prout secundum deum possunt melius et uiderint expedire. Volumus eciam, ut quicunque pro tempore fuerit prepositus, quod fructus prebende sue sine qualibet diminucione sicut vni canonicorum aministrentur, statuimus eciam, ut predicti decanus et capitulum si uoluerint annis singulis pro uoluntate sua in cellerarium eligant personam, quam utilem sibi deputauerint et electam presentent, preposito suo pro tempore existenti, cum in ciuitate fuerit *maguntina*, ab ipso sibi officium committendum, si autem idem prepositus *maguntinus* non fuerit, idem cellerarius officium suum aministrabit quousque prepositus ad ciuitatem *maguntinam* fuerit reuersus, offi-

cium custodie conferet cuicunque uoluerit, dummodo sit frater capitularis ecclesie s. *Stephani* antedicte.*)

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXII, nonas marcii.

(Das Siegel des Erzbiſchofs, ſowie die Siegel des Probſtes und der Stephanskirche hängen unbeſchädigt an.) Orig.

№ 352.

1282 (25. März). *Fridericus* dei gracia *wormaciensis* episcopus. Ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod *Wilhelmus*, ecclesie s. *Martini wormat.* decanus, cum parrochiam s. *Lamperti* decanatui predicte ecclesie annexam per aliquot annos regendo de illa clxx. libras hallensium collegisset et xxvi. agros campestres et x. iugera vinearum, de quibus vineis vi. debent commutari in annonam et domunculam, item iv. maldra siliginis singulis annis danda per quondam *Gernodum* de xii. agris in villa *Gerolsheim*, nostre dyocesis, comparasset, item x. maldra annone apud ecclesiam *Rodinkirgin*, ordinis premonstratensis, *magunt.* dyocesis, item libram wormaciensem super curia fratris sui *Jacobi*, quam tamen libram ipse non dabit quamdiu est in vita, et viii. solidos wormat. preter i. denarium cum capone, qui dantur in carnispriuio supra domo *Crispelini* piscatoris similiter comparasset, vicariam perpetuam constituit cum hiis bonis, consensu sui capituli plenius accedente, donans et legans hec modica ad altare b. virginis *Marie*, quod est in predicta parrochia s. *Lamperti*, decanum et capitulum ecclesie sue executores deputans super eo, volens, vt hec modica vicaria post mortem suam maneat apud *Wilhelmum* scolarem, cognatum suum, quoad vixerit, ita, quod quamdiu non est sacerdos, percipiat istud

*) An demſelben Tage willigt der vorg. Probſt H. in vorſtehendes Statut ein. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

beneficium et competentem partem deputet ydoneo sacerdoti, qui cottidie ad altare predictum cum nota celebret vltimam missam, ipse autem *Wilhelmus* more vicarii chorum frequentabit, obedientiam decano faciet, presenciam chori panis et vini et denariorum presentem et futuram recipiet, et id ipsum omnes sui facient successores. Post obitum suum decanus ecclesie s. *Martini* predicte et duo seniores eiusdem ecclesie infra quindenam conferent istud beneficium idoneo sacerdoti, non dyacono vel subdyacono. Iste sacerdos aget ad memoriam sui, parentum suorum, *Eberhardi* episcopi *wormaciensis* et eorum omnium, de quorum manibus hec processit elemosina ante offertorium, dicens pater noster et aue Maria. In festo omnium sanctorum, festo natiuitatis domini et festo pasce predictus vicarius in quolibet festo habebit a decano uel a quocunque vero plebano parrochie xx. denarios wormat. In diebus processionum cum plebano circuibit parrochiam aquam benedictam aspergendo. Nullum impedimentum parrochie prestabit, eo excepto, quod potest capere, si forte ei aliquid ex testamento relinquatur, prebendam suam in duabus partibus anni recipiet, ut post suum decessum uel recessum successor habet, vnde uiuat, sepulchrum suum post missam suam cum orationibus visitabit et quocienscunque parrochie vtilitas a choro istum sacerdotem abstraxerit, illud capitulum sustinebit. Et si parrochia ecclesiastico supponeretur interdicto ad altare s. *crucis*, quod est in ecclesia, predictus sacerdos faciet suam missam. Scolarem et indumenta habebit a parrochia etc. Huius vicarie ordinacionem decanus et capitulum sepedicte ecclesie s. *Martini* promittent inperpetuum fideliter obseruare, potestatem vero istam vicariam immutandi, minuendi, reuocandi, predictus decanus suo arbitrio reseruauit. Sed cum domus, vinee et agri predicti suis dominis censum soluant, in locum illorum censuum super domo, que quondam fuit *Sigelonis Capush*, x. solidos wormat. depu-

tauit. Si quis uero in aliqua sui parte presenti testamento immutando, minuendo uel quouis alio modo contradixerit, iram omnipotentis dei et b. pontificum Martini et Lamperti se nouerit incursurum, predictus vicarius isto solo contentus erit beneficio, quod si secundum cum isto optinere temptauerit, per decanum et capitulum arceatur et si opus fuerit grauiter puniatur. Et nos sigillo nostro sigillauimus presens scriptum, nos quoque *maioris, nuhusensis*, s. *Pauli*, s. *Andree* et s. *Martini* decani et capitula sigilla ecclesiarum nostrarum appendimus in testimonium premissorum.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.LXXXII, in die annunc. b. Marie virg.

Item lego xi. solidos wormac. in vado *Reni* et vi. capones, quorum iii. dabuntur pro censu dominis ecclesie *maioris*.

(Das erſte und letzte Siegel fehlt, die übrigen hängen an roth, grün, gelb und violet ſeidenen Schnüren wohl erhalten an.)

Orig.

№ 353.

1282 (14. April). *Theodericus* de *Hohenberg*, canonicus *treuerensis*, *Philippus* frater eius et *Margareta* coniux sua profitemur, nos vendidisse decimam nostram, que nos aput villam *Gunderamesheim*, *wormat.* diocesis, contingit, *Heilmanno Judei*, ciui *wormaciensi*, et suis heredibus omni jure, vtilitate, quo ipsa decima ad nos pertinuit et quo ipsam possedimus, in perpetuum possidendam, profitentes, nos pro huius decima vendita ab ipso *Heilmanno* lx. libras hallensium recepisse, quas in vsus nostros meliores dicimus conuertisse, ipso *Heilmanno* nobis faciente gratiam singularem, quod si aliquis vicinior heres infra annum vendicionis presentis inite venieret offerendo dicto *Heilmanno* et suis heredibus lx. libras hallensium, ipse cedet empte decime prenotate, dictam quoque decimam

Digitized by Goog

in figura judicii coram judicio, juratis, scabinis dicte ville in *Gunderamesheim*, prout ius et consuetudo ville deposcit, communicatis manibus, paribus votis resignamus, renunciantes eidem juri et dominio, si quam habuimus uel habere poteramus in eadem, omne nostrum jus in dictum *Heilmannum* et suos heredes quesitum uel non quesitum plenius transferentes. Et nos *Margareta*, ne actio dotis nobis contra dictum *Heilmannum* uel suos heredes reseruetur, dictam decimam coram judicibus *wormat.* ordinariis abiuramus, ita, quod pro ipsa decima ullam mouebimus ullo tempore questionem.*) Et ut predictus *Heilmannus* et sui heredes pro hac decima cerciores reddantur, prestamus warandiam ipsis per fideiussores subscriptos, videlicet per dominum *Lampertum*, officialem *wormacientsem*, consanguineum nostrum et per nos ipsos fratres predictos, qui fideiussimus de warandia predictorum, profitentes, nos predictam vendicionem decime in uerba predicta coram judicibus *wormat.* sollempniter innouasse, addendo fideiussorem videlicet ...**), qui de warandia cum ceteris fideiussoribus cauere tenetur. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris, predicti domini *Lamperti*, decani *monasteriensis*, canonici *wormaciensis*, ac sigillo judicum *wormat.* dedimus roboratam.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXII, fer. iii. post misericordia domini.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 354.

1282 (26. April). *Lukardis* relicta de *Bolandia* recognoscimus, quod *Johannes* et *Philippus*, nati nostri

---

*) Dieser Verzicht ist vom 7. Mai desselben Jahres und besiegelt mit dem wohl erhaltenen Siegel Margarethens von Hohenberg.

**) Leere Stelle.

dilecti, pistriuum suum in *Isinheim* et ii. jugera vinearum cum dimidio sita *amme anwecke* in duabus particulis et i. jugerum *zu Kazzinstein Emerchoni* militi de *Scornsheim* titulo feodi contulerunt, hoc duntaxat adiecto, quod quam cito eidem *Emerchoni* xx. marce denar. colon. fuerint persolute, ipsum pistrinum ad nos debet reuerti et ipse *Emercho* cetera bona prescripta in feodo obtinebit.

Dat. a. d. M.CC.LXXXII, vi. kalendas maii.

(Das Siegel der Ausstellerin fehlt.) Orig.

№ 355.

1282 (15. Juli). Ego *Edelwinus*, prebendarius ecclesie s. *Martini Wormatie* pro salute anime mee, patris mei *Edelwini*, matris mee *Methildis*, *Edelwini* sacerdotis fratris mei, omnium meorum fratrum et parentum, constituo testamentum meum hoc modo. Primo lego curiam meam, quam inhabito, possidendam ab ecclesia s. *Martini* immutatam, quod non vendatis uel commutetis, sed omne emolumentum inde proueniens habeatis ad anniuersaria quatuor peragenda, mei anniuersarium, patris mei die b. Kyliani, matris mee in octaua Epiphanie, fratris mei die b. Alexii singuiis annis a sociis, vicariis et canonicis. Item iv. jugera vinearum sita *Westhouen* in loco dicto *Eckelwarthe Godelmanno* et *Adele*, vxori eius, ad tempus vite sue, post amborum mertem ad beneficium meum s. *Katerine* cedent. Item vi. jugera vinearum in loco *marstein Westhouen* ad beneficium altaris s. *Gerthrudis*, quod martertera mea dotauit in ecclesia s. *Martini* predicti. Item iv. jugera vinearum in loco *freilden Wernhere* scriptori s. *Martini* habenda tempore vite sue, post mortem suam ad beneficium altaris s. *Gertrudis* predictum cedent. Item i. jornalem vinee in dicto loco *freytden*, quem do lumen perpetuum dominis de *Otterburg*. Item i. zweydel

Digitized by Google

et quartam partem iornalis campestrium, quando sunt fructificati, dant iii. maldra, illa do ad beneficium, quod dicta matertera mea *Gysela* instituit in ecclesia s. *Pauli*. Item do pueris fratrum meorum, *Heinrici* et *Bertholdi*, census xxvii. vncias hallensium annuatim de areis parentum meorum cedentes, cuilibet eorum lectum, duos kussinos et participes sunt vtensilium in meliori parte cum pueris patrui mei *Volzonis*. Item pueris dicti *Volzonis*, patrui mei, do annonam meam repositam in domo mea, exceptis viii. maldris ancille mee dandis et tribus dandis ancille *Luze* martertere mee. Item do dictis pueris *Volzonis* xii. libras hallens. Item dicte ancille mee lectum vnum, cussinum et griseam tunicam meam. Item ancille predicte matertere mee do tunicas meas duas schiverstein. Item duos ciphos argenteos habeo, quorum vnum do ad calicem altaris s. *Gerdrudis*, alium ad calicem altaris s. *Marie* in ecclesia s. *Pauli*. Item omnes vestes meas et laneas et lineas volo dari filiis fratrum meorum dictorum. Item lectum meum meliorem et oberdune do *Adele* predicte et cistam meliorem et ladam. Item dominis de *Nuhusa* pro remedio anime fratris mei, mee, qui benefecerunt nobis, lego x. libras hallensium pro ouilegio etc. Item ad hospitale nouum ante portam nouam v. libras, lectum vnum, puluinar capitale ad refectionem infirmorum. Item *sororibus* in monte s. *Andree penitentibus* v. libras. Item *fratribus predicatoribus* vi. libras. Item *Burcardo* de s. *Bartholomeo* libram hallensium. Item *Heinrico* de *Treueri* sacerdoti libram. Item *Gerhardo* plebano libram, *Gudelmanno* scolari suo maldrvm siliginis. Item scolari, cognato rectoris scolarum s. *Pauli*, x. solidos. Item *Wernhero* scriptori librum meum matutinalem. Item duo gradualia habeo, quorum vnum do ad altare s. *Gerthrudis*, aliud ad beneficium s. *Marie* in ecclesia s. *Pauli*. Item quidquid vltra legatum in argenteis clenodiis uel in parata pecunia de

Digitized by Google

meis haberi poterit, committo lectori predicatorum dicto *Wernhero* scriptori et *Luze* matertere mee, meis manu-fidelibus conuertendis ad pios vsus.

Acta sunt hec presentibus *Johanne* de *Herlisheim*, *Wickelmanno Crutsac*, *Heinrico Alheri* et *Dyrolfo*, militibus, a. d. M.CC.LXXXII, in diuis. apost.

(Vidimus der Wormſer Richter von 1289.)

№ 356.

1282 (16. Juli). *Wernherus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. abbati et conuentui monasterii s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* salutem etc. Sane nobis exponere curauistis, quod licet ecclesia uestra tum ex malicia temporis, tum propter casus graues et difficiles, qui emerserunt hactenus et emergunt, non modicum sit grauata et redditus uestri ex parte eciam diminuti, propter instancias tamen et preces inportunas, tam prelatorum quam aliorum nobilium et potentum, supra uires uestras ad recepcionem cogimini puerorum, cum in ipsa ecclesia non sit certus numerus personarum, contra quod, quia deliberacione prouida statuistis, ut in uestro monasterio numerus fratrum determinatus deinceps habeatur, numerum xxii. personarum abbate uestro, qui pro tempore fuerit, pro duabus personis computato, taxatis iuribus facultatum uestre ecclesie statuentes in posterum obseruandum, petentes a nobis, predictum numerum a nobis ratum haberi et eam confirmari. Nos uestris vtilitatibus et commodis consulere cupientes, quod per vos in hiis factum est, auctoritate presencium confirmamus.

Dat. apud *Aschaffenburc* a. d. M.CC.LXXXII, xvii. kalendas augusti.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 357.

1282 (23. Oct.). *Gerhardus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie in campis* extra muros *moguntinos* etc. protestamur, quod ex necessitate, que nostre ecclesie incumbebat, uendidimus magistro *Ottoni* phisico, canonico ecclesie s. *Marie de gradibus magunt.*, x. maldra siliginis, maguntine mensure, pro xx. marcis aquens. denariorum in pecunia numerata nobis traditis, conuertentes eas in necessarios ecclesie nostre usus, quam siliginem sacerdoti pro tempore celebranti in altari s. *Agnetis* in predicta ecclesia s. *Marie ad gradus*, quod idem magister *Otto* pro salute anime sue construxit et cum eisdem x. maldris siliginis dotauit, soluemus in omnem euentum et non obstantibus quibuslibet casibus fortuitis, infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa et presentabimus in *Maguncia* ante quamcunque domum uoluerit idem sacerdos, sub nostris periculis, laboribus et expensis. Volumus eciam, quod si ullo umquam tempore in solucione huiusmodi x. maldrorum siliginis negligentes inuenti fuerimus, judices s. *moguntine* sedis nos suspendere possint et debeant ab officiis diuinorum et mandare suspensos publice nunciari, et si eandem suspensionis sententiam sustinuerimus ad quindenam animo pertinaci, nos iidem judices excommunicare possint et debeant ac mandare excommunicatos publice nunciari.

Act. et dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXXII, x. kalendas nouembris.

(Die Siegel der Mainzer Richter und der Aussteller hängen beschädigt an.) Orig.

№ 358.

1282 (2. Nov.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod in nostra presencia constituti procurator

ecclesie s. *Petri maguntini* nomine ecclesie predicte ex vna et *Wykenondus* dictus de *Oppinheim*, ciuis *maguntinus*, ex parte altera, procurator et *Wikenandus* predicti concorditer sunt confessi, quod *Berno* decanus, totumque capitulum ecclesie iam dicte aream eiusdem ecclesie propriam sitam retro ortum attinentem capelle b. *Margarete mogunt.* prefato *Wikenando* suisque heredibus et successoribus locauerunt pro censu annuo, videlicet i. marca denariorum aquens. eidem ecclesie infra octauam b. Martini episcopi hyemalis persoluenda, huiusmodi onere nichilominus eidem aree adiecto, quod si prefatus *Wi.* uel quicunque alius possessor eiusdem aree extiterit, infra octauam b. Martini prefate ecclesie marcam huiusmodi non persoluerit, a nobis poterit et debebit extunc si requisiti fuerimus excommunicari et mandari excommunicatus publice denuncari, quam excommunicationis sententiam, si idem *Wikenandus* uel alius seu alii quicunque possessores extiterint, aree iam dicte annuo sustinuerint indurato usque ad festum natiuitatis b. Johannis baptiste eiusdem anni proximo sequentis, extunc prefata area cum omnibus edificiis libere ad ecclesiam redibit memoratam.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXII, iiii. nonas nouembris.

(Copialbuch des Peterſtifts zu Mainz.)

№ 359.

1282 (24. Nov.). *Wernherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* recognoscimus, quod *Jacobus* predicte ecclesie nostre vicarius, vniuersos jornales campestres sitos in terminis ville *Herlisheim* cum pratis ipsis jornalibus agrestibus attinentibus, qui ad eiusdem presbyteri prebenda pertinent, *Durenkardo*, qui *Simonis*, quondam sculteti de *Herlisheim*, relictam duxit vxorem ad

Digitized by Google

duodecim annos colendos locauit pro xxiii. maldrorum et dimidio siliginis annua pensione infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis in ciuitatem *wormaciensem* ante domum, quam attingere poterit, presentanda, censum eciam de bonis predictis idem *Durenkardus* solum videlicet in natiuitatis b. Marie virginis iii. mensuras siliginis, in festo uero b. Gedrudis mensuram et dimidium ordei et auene tantundem, in cuius census solucione, si idem *Durkardus* defecerit, omnem dampnum, quod predictus *Ja.* vel eius successor ex tali defectu sustinuerit, idem *Durkardus* satisfaciet et quando maior campus fuerit seminatus, quotquot jornales numero vltra l. jornalium numerum fuerint, de quolibet jornali solum mensuram et dimidium siliginis termino prelibato, numerum autem superexcrescentem numerum jornalium l. predictus *Jacobus* prefato *Durkardo* demonstrabit infra istius anni spacium etc. Est eciam hoc adiectum, quod quolibet anno predictorum iornalium idem *Durkardus* iornalem et dimidium stercorabit et si vno anno plusquam iornalem et dimidium stercorauerit, sequenti anno tanto minus tenebitur stercorare.

Dat. a. d. M.CC.LXXXII, in vig. b. Katherine.

(Copialbuch des Andreasſtifts zu Worms.)

№ 360.

1282 (6. Dec.). *Fridericus* dei gracia *wormaciensis* episcopus omnibus habere noticiam subscriptorum. Cum dilecti nobis in Christo viri s. *Pauli* et s. *Martini wormat.* ecclesiarum capitula a matre nostra et domina bone memorie, nostro et fratrum nostrorum, videlicet *Eberhardi* bone memorie antecessoris nostri *wormat.* episcopi, *Gerhardi* prepositi s. *Germani spirens.* et *Ruperti Irsuti comitis* tunc viuencium accedente consensu, sextam partem decime in *Gunderamisheim* tam in vino, quam in annona

cum omni jure, quo ipsa et bone memorie pater noster ipsum possedit, justo emptionis titulo comparassent et bona fide per plures annos possedissent, *Heinricus Irsutus comes*, filius fratris nostri, asserens, prefatam vendicionem in suum et choheredum suorum preiudicium attemptatam utpote qui ipsi vendicioni non consenserit et dicta capitula auferenda fructus in possessione dicte decime perturbauit, tandem nos paterna sollicitudine indempnitatem et quietem ecclesiarum ipsarum prospicientes de nostris addendo effecimus, quod prefatus *Heinricus* et *Emicho* fratres, fratrueles nostri, pro se et suis choheredibus sex partibus prefate decime penitus et absolute renunciauerunt in villa, vbi decima est situata. Renunciauerunt et omni impeticioni, vexacioni et actioni, recognoscentes, se nullum jus in dictis sex partibus obtinere et omne jus, quod in dicta decima ipsis competebat, in dictas ecclesias pleno jure cum resignacione solempni transtulerunt. Nos *Heinricus Irsutus comes* et *Emicho*, canonici *wormat.* fratres, profitemur, omnia premissa sic esse acta et vera, que in hac litera sunt expressa. In testimonium perpetuum de prehabitis valiturum presentem literam sigillis nostris vna cum sigillo domini nostri et patrui *wormaliensis* episcopi prefati fecimus communiri.

Act. a. d. M.CC.LXXXII, die b. Nicolai episcopi.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 361.

1283. Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod *Rupertus* dictus *Ronzhart* laicus, gener *Megeri* de *Pinguia*, constitutus in figura iudicii coram nobis, confessus fuit, se decimam suam in villa *Borne* sitam uendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* pro certa pecunie quantitate. Et ut indemp-

Digitized by Google

nitati et periculo dictorum decani et capituli in predicta decima totaliter caueatur, promisit eis omnia iusta impedimenta tollere ac prestare veram warandiam eiusdem decime per annum et diem secundum terre consuetudinem generalem, pro qua warandia eis taliter facienda constituit eisdem decano et capitulo *Johannem* dictum de *Pinguia*, prebendarium *maioris* ecclesie *maguntine* et *Volkenandum* clericum de *Pinguia*, sororium dicti *Ruperti*, et *Petrum* sororium prefati prebendarii laicum fideiussores in solidum sub hac forma, quod si prefati decanus et capitulum in predicta decima inpedimentum aliquod sustinuerint per quemcunque, ipsi fideiussores, ex parte dictorum decani et capituli commoniti, intrent vnum hospicium in ciuitate *maguntina* tamdiu more fideiussorio comesturi, donec impedimentum huiusmodi totaliter depositum fuerit.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXIII.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 362.

1283. Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Cunradus* dictus de *Buwensheim*, ciuis *moguntinus*, de consensu *Ger.* vxoris sue testamentum suum fecit in hunc modum, quod in die obitus sui *Baldekinus* duabus marcis super feretrum suum poni debet, qui *fratribus ordinis s. Augustini* in *Moguncia* apud nos sepulturam elegit, et eciam predicta *Ger.* vxor sua post ipsius *Cunradi* tumulacionem dari debet ad ornatum eorum monasterii conuertendus. Item in ipsius exequiis dimidiam carratam hunici vini et iv. maldra panis danda pauperibus ordinauit. Item de censu cuiusdam domus sue, que est sita in platea *Fulmanni* judicis, de qua x. solidos colon. singulis annis persoluuntur inprimis quatuor temporibus, que *vronevaste* vulgariter appellantur, post suum obitum ac deinceps sin-

gulis unnis iii. solidos denar. colon. ad predictorum fratrum refectionem statuit perpetuo ministrandos, ipsique fratres memoriam sui peragent in officiis diuinorum, sequentibus eciam proximis quatuor temporibus conuentui *fratrum minorum* in *Maguncia* similiter iii. solidos colon. de prefato censu, et nichilominus in aliis quatuor temporibus tercio subsequentibus conuentui *fratrum predicatorum* in *Maguncia* iii. eciam solidos colon. ad eorum refectionem de dicto censu, qui eciam memoriam sui peragent, ministrandos perpetuo deputauit. Decimum vero solidum colon. de supradicto censu ad lumen vnius lampadis in capella s. *Michahelis* ad parochiam s. *Ignacii* statuit annis singulis presentandum, hoc prouiso, vt si forte per incendium aut alium quemcunque casum in annua solucione predictorum x. solidorum circa domum predictam quicquam deperire contigerit, talis defectus de censu curie ipsius *Cunradi* in *Selhouia* site, que *langehoff* vulgariter appellatur, tamdiu suppleri debeat, donec antedicta domus per emendacionem sufficientem censum debitum valeat ministrare. Ad hec eciam pauperibus amicis suis ii. marcas denariorum colon. de bonis suis dandas post suum obitum ordinauit.

Acta sunt hec coram *Fulmanno* judice, presentibus *Eberhardo* ad *vitem*, *Cunrado* de *cacuba*, *Eberhardo* dicto ad *vaginam*, *Gerhardo* de *Buwensheim*, *Tudone* de *capella*, *Gerhardo fabro* et *Dietmaro Kezeler*, ciuibus *moguntinis*. Nos igitur *Eberhardus* camerarius, *Jacobus* scultetus ac predictus *Fulmannus* judex sigilla nostra presentibus dignum duximus appendenda, a. d. M.CC.LXXXIII.

(Copialbuch des Auguſtinerkloſters zu Mainz.)

№ 363.

1283 (10. Febr.). *H.* de *Bolandia* dei gracia archidiaconus *treuirensis*, prepositus s. *Martini Wormatie*.

Digitized by Google

Nouerint, quod cum inter decanum et capitulum s. *Martini* ecclesie nostre predicte ex una et *Einolfum* custodem dicte ecclesie, super oneribus et seruiciis racione custodie sue in dicta ecclesia faciendis ex parte altera aliquamdiu questio uerteretur, eedem partes in nos tanquam in arbitratorem compromiserunt. Nos quoque arbitraliter diffinimus, ut custos predictus primo procurabit cottidianam missam ad altare s. *crucis* per se uel per alium, die dominico circuibit per aspersionem aque intra monasterium, memoriam aget ad astantes illorum, qui uel sunt sepulti in paradiso uel in ambitu ecclesie uel in monasterio, intimabit eciam astantibus festa sanctorum occurrencia et anniuersaria, que occurrent per illam septimanam. Item visitabit in nocte et in mane post missam suam cum aqua et thure sepulchra, quorum fit memoria ad ipsum altare. Item canonicis et vicariis et scolaribus existentibus et per capitulum admissis uel admittendis in ecclesia in purificatione dabit candelas consuetas. Item luminaria decencia dabit in choro quocienscunque ad legendum et cantandum est necesse, duas candelas super altare et duas scolaribus quando celebracio est chori, in priuatis diebus vnam in altari, in aduentu et in quadragesima scolari cantanti ad portandum vnam. Item ampullas cum oleo decenter ardere procurabit. Item libros, ornatum ecclesie in tali custodia habebit, quod quicquid de illis perditur, custos illud refundet preter dampnum ecclesie, pallas, tapeta, cappas, casulas, pannos et omnia attinencia mundificabit. Item custos matdas stramineas dominis et scolaribus dabit tempore hyemali. Item pronunciamus, quod custos predictus fructibus, prouentibus, obuencionibus ac omnibus pertinenciis suis custodie, prebende et altaris s. *crucis* absens et exemptus, quem a frequentacione chori et a personali residencia in dicta ecclesia facienda ad tempora vite sue eximimus, pacifice gaudeat et quiete.

Digitized by Google

Act. et dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXXIII, iv. idus februarii.

Ego decanus stans in claustro legi tantummodo hanc literam aliquibus dominis meis.

(Die Siegel des Ausstellers, sowie des vorg. Decans sind abgefallen.) Orig.

№ 364.

1283 (13. Febr.). Nos *Antonius* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris maguntine*, ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod *Eberwino* de *Cronenberg*, scolastico *moguntino*, uendidimus lx. maldra bone siliginis, moguntine mensure, pro certa summa pecunie, quorum quidem maldrorum solucionem infra assumptionem et natiuitatem b. Marie ipsi scolastico quamdiu uixerit faciemus, sterilitate, grandine aut quocunque dampno alio, quod nobis a quocunque posset contingere, non obstante. Vt autem prouideret de salute sue anime in hac uita et sanctorum suffragiis iuuaretur, ipse dominus scolasticus sic ordinauit, quod anniuersarius suus cum maioribus vigiliis, septimus uero et tricesimus obitus sui dies cum minoribus vigiliis et missis pro defunctis sollempniter peragantur, ita, quod in ipso anniuersario vii., in septimo uero vi. et in tricesimo vi., item in festo s. Victoris vii., s. Martini translacione vi., s. Lamperti vi., s. Andree vi., octaua s. Katherine vi. maldra inter presentes in choro nomine presencie diuidantur et quod ad melioracionem siue ad augmentum prebendarum nostrarum residuum conuertatur. Eligimus quoque, quod si omnia premissa per nos completa non fuerint, judices s. *maguntine* sedis per suspensionis sentenciam nos compellant.

Act. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXXIII, idus februarii.

(Die Siegel der Mainzer Richter, sowie der Aussteller sind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Digitized by Google

№ 365.

1283 (13. Febr.). *Eber.* scolasticus *maguntinus* decano et capitulo ecclesie s. *Victoris maguntine* salutem. Vt de illis lx. maldris siliginis, que nobis in perpetuum uendidistis, aliquam consolacionem nobis inuentibus habeatis, promittimus uobis de eisdem lx. maldris singulis annis, quamdiu uixerimus, dare v. maldra inter vos in festo s. Victoris nomine presencie diuidenda, post obitum uero nostrum per vos sic obseruari uolumus, sicut in aliis litteris nostris statuimus de presenciis obseruandis.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIII, idus februarii.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

№ 366.

1283 (14. Febr.). Ego *Wilhelmus* dictus *Bunne,* ciuis *wormaciensis*, notum facio, me ab abbate et conuentu de *Otterburg* super curiam eorum *Sunde* ix. libras denariorum wormac. liberi census nomine comparasse, michi ac meis heredibus perpetuo de ipsa curia assignandas pro eo, quod pro maximis ipsius curie debitis persolui *Judeis* ccxvi. libras hallensium in pecunia numerata, cuius census dimidietas in festo b. Georgii nobis dabitur, reliqua vero dimidietas in festo b. Remigii nobis similiter persoluetur. Si vero predictus census prescriptis temporibus michi ac meis heredibus integraliter fuerit minime persolutus, nosque pro negligencia ipsius census septem diebus abbatem et conuentum premonuerimus antedictos, nec tamen nobis soluerint dictum censum in prefata curia quantum ad valorem tanti census quibuscunque rebus ipsos poterimus pignorare, quod si in ipsa curia substancia qualiscumque non fuerit, qua dictus census valeat pignorari, in aliis ipsorum grangiis vbicunque voluerimus pignus dictis censibus eque

Digitized by Google

ualeus nobis libere accipere suis litteris indulserunt. Nec pretereundum, quod censum predictum abbas et conuentus prenotati processu temporis possunt a me ac meis heredibus redimere sub hac forma videlicet, vt ubicumque infra muros *wormacienses* et non extra comparauerint vnam libram, duas libras aut plures vel ad minus decem solidos denariorum wormac. censuales, dummodo duo magistri ciuium in *Wormacia* pro tempore existentes ipsum censum quem emerint suo dicant testimonio esse certum, ibidem sine sit in vno loco aut in pluribus locis, ego *W.* uel mei heredes censum prenominatum reaccipere nos presentibus obligamus, ita dicendo, quod me siue meos heredes infra x. solidos censuum monete predicte ab ipsis reaccipere non artabunt, quod si ego aut mei heredes censum prescriptum ab ipsis sic diuisim reaccipere recusauerimus, vt superius est pretactum, me ac meos heredes ad penam huiusmodi presentibus sic astringo, videlicet vt statim ipsa recusacione facta a prenominato censu abbas et conuentus predicti integraliter et in toto sint perpetuo absoluti.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXIII, die Valentini mart.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an, das der Mainzer Richter ist abgerissen.) Orig.

№ 367.

1283 (5. März). *Henricus* dei gracia abbas, totusque conuentus monasterii s. *Jacobi* ad noticiam volumus peruenire, quod domino *Heberwino* de *Croninberc*, scolastico *mogunt.*, vendidimus xxx. maldra siliginis, mogunt. mensure, pro xl. marcis denariorum aquens., cum quibus emimus bona ab heredibus *Wernheri*, ciuis *maguntinensis* dicti de *Werstat*, sita in *Brizzinheim*, nobis et nostro monasterio fructuosa, quorum xxx. maldrorum solutionem in omnem euentum infra assumptionem et natiuitatem b. Marie

ipsi domino scolastico quamdiu vixerit faciemus, sterilitate, grandine aut quocumque dampno alio, quod nobis a quocunque possit contingere non obstante. Vt autem de salute anime sue in hac vita penitus prouideret et sanctorum suffragiis salubriter iuuaretur, ipse dominus scolasticus sic ordinauit, quod anniuersarius suus cum maioribus vigiliis, septimus vero et tricesimus obitus sui dies cum minoribus vigiliis peragantur, quoque in ipso suo anniuersario iii. maldra, in septimo ii., in tricesimo ii., in qualibet festiuitate b. virginis i. maldrum, in die palmarum i., Johannis ante portam latinam i., Johannis baptiste i., Petri et Pauli i., Anne i., Lamperti ii., omnium sanctorum i., in commemoratione omnium animarum i., in festo b. Martini i., Andree i., Katerine i., in die qua cantatur de corpore Christi iiii. maldra conuentus percipiat de ipsis pitanciam habiturus. Item deputauit ad lumen b. virginis i. maldrum, item custodi, qui pro tempore fuerit, i. maldrum et in cena domini i. maldrum pauperibus pro mandato, in ipso vero festo corporis x. pro maiori ipsius reuerencia diuinum officium ipse conuentus sollempniter celebrabit.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXIII, iii. nonas marcii.

(Die Siegel des Ausstellers, des Scholastikers und der Mainzer Richter hängen beschädigt an.) Orig.

№ 368.

1283 (12. März). Nos soror ***Katerina*** abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium in ***Dalen***, cisterciensis ordinis, *maguntine* dyocesis, protestamur, quod nos pro xii. marcis colon. denariorum domino ***Heinrico*** dicto de ***Weidas***, prebendario *veteris celle* in ***Maguntia***, ortum monasterii nostri, quem habemus, pro remedio ***Baldungi*** militis dicti ***Jungen***, ciuis *maguntini*, et qui per nos estimatus est pro uno jugero et quartali, situm ex opposito

Digitized by Google

vallis ciuium *magunt.* cum censu xiv. solidorum denariorum aquens., qui census iam nunc de predicto orto soluitur, vendidimus in judicio seculari *maguntino* per fratrem *Wickenandum*, prouisorem nostrum, et mundibordum nostrum *Herbordum* dictum *Carpen*, ciuem *maguntinum*, coram domino *Hermanno* camerario, *Jacobo* sculteto dicto *Walderthemere*, *Fulzone* dicto *Corrindescere*, *Heinrico* dicto *Camere*, *Baldungo* filio *Rozen* priore et *Sybothone* fratre suo, predicatoribus, promittentes, quod si ullo unquam tempore quamdiu vixerit in premissis inpedimentum senserit vel querimoniam habuerit a quocunque, nos sibi sine omni dampno suo tollemus inpedimentum huiusmodi seu querelam, nichilominus ei diebus suis iustam warandiam prestituere. Mortuo autem ipso domino *H.* pro remedio anime sue prenominatus ortus cum censu viii. solidorum denariorum colon. ad monasterium nostrum libere reuertetur et nos residuum censum eiusdem orti, videlicet dimidiam marcam denariorum colon. *fratribus predicatoribus maguntinis* singulis annis in festo b. Martini episcopi perpetuis temporibus persoluemus, quam dimidiam marcam ipse dominus *H.* legauit ipsis fratribus pro anniuersario suo peragendo et nichilominus ad parrochiam s. *Heimberami* libram cere de eodem orto anno quolibet persoluemus.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIII, iv. idus martii in die b. Gregorii pape.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 369.

1283 (13. Juni). I. n. s. e. i. t. a. Nouerit, qualiter ego *Hezelo*, cantor ecclesie s. *Martini wormaciensis* etc. Lego igitur pro remedio anime mee ac parentum meorum b. Martino patrono meo bona subnotata, dotans specialiter

Digitized by Google

per hec bona altare b. *Marie Magdalene*, quod est in ecclesia s. *Martini*, statuens, quod quicunque fuerit senior ac propinquior laycus in mea cognatione uel clericus senior ac propinquior, si non sit laycus, conferet hos redditus alicui clerico de mea agnacione, si inuenitur, uel honesto sacerdoti, qui decano ecclesie s. *Martini* obedienciam faciet ad faciendum ea, que sunt ecclesie decencia et vtilia, et chorum s. *Martini* more uicario frequentabit, presenciam quoque chori percipiet, semper eciam post decantatum offertorium ad altare maius missam cottidie pro defunctis, nisi sit dies dominica uel festiua, in quibus licite officium diei sibi competens sine nota dicet. Sunt autem hec bona et situs eorum: iii. iurnales, ubi puniuntur homines uersus campum, consultanei domini de s. *Andrea*, cum i. iurnali uersus ciuitatem, consultanea vidua *Frizzonis* de *Ostown*. Item extra meluis in eadem uia ii. iurnales versus ciuitatem, consultanei domini de s. *Andrea* cum ii. iurnalibus uersus campum, consultaneus *dominus* de *Ebestein* cum ii. iugeribus. Item in strata *maguntina* i. iurnalem tendens super uiam, qua itur ad patibulum, uersus ciuitatem, consultanei domini de *Nuhusa* cum i. iurnali. Item ii. iurnales tendentes super *bubumwert* versus ciuitatem, consultaneus *Wernherus Amel* cum i. iurnali versus patibulum, consultaneus *Capelere* cum ii. iurnalibus. Item i. iurnalis et dimidius in *ringewandim* versus ciuitatem, consultaneum hospitale cum i. iurnali et dimidio versus campum uidua *Frizzonis* de *Ostowen* cum iii. iurnalibus. Item in *ringewandun* retro ecclesiam domine nostre i. iurnalem versus campum hospitale consultaneum, cum i. iurnale et dimidio versus ciuitatem, consultaneus quidam dominus s. *Andree*. Item i. iurnale et dimidius *inme sezze* versus *Renum*, consultaneus filius *Cunonis* de *Nunnenmunstere*, cum i. iurnale et dimidio uersus stratam *maguntinam*, *Wernherus Rinderchun* cum i. iurnale. Item i. iurnalis

et dimidius super *blat dun* versus *Renum*, consultaneus uicarius s. *Marie Magdalene*, ecclesie s. *Martini* cum i. iurnale et *Dirolfus* miles habet iii. iurnalia tendentes super predictos. Item i. iurn. ibidem versus patibulum, consultanei domini de s. *Martino* cum ii. iur. et iii. iur. predicti *Dirolfi* sunt consultanei uersus ciuitatem. Item in strata *nuhusensi* iii. iur. et dimidius. Item ij. iur. longi versus campum, consultanea uidua *Spanus* cum i. iur. versus ciuitatem consultaneus vicarius s. *Benedicti* in ecclesia s. *Martini* cum ii. iur. Item extra meluis in eadem gwanda ii. iur. et dimidius versus *Hochheim*, consultanei domini de s. *Martino* cum dimidio iur. Item vnus iur. et dimidius versus ciuitatem, consultanei domini de s. *Martino*, versus uallum domini de s. *Andrea* cum iv. iur. Item in alio campo in pari anno, vbi comburuntur homines, ii. iur., consultanei domini de *Nuhusa* versus campum cum i. iur. versus ciuitatem, *Dirolfus* miles cum i. iur. Item ii. iur. tendentes super *bundam* domini episcopi versus ciuitatem, consultaneus *Crutsaccus* miles cum i. iur. et dimidio versus campum, consultanee *domine* de *orto cerusorum*. Item iv. iur. in *Grasewege* tendentes super *wolfgruben* versus ciuitatem, consultaneus *Gerhardus kamerarius* cum ii. iur. Item i. iur. infra meluis, consultaneus versus campum *Sigelo* de *Waldenheim* miles, cum i. iur. uersus ciuitatem, consultaneus *Jacobus Keiser* cum ii. iur. Item i. iur. tendens super *horgeheimer wech* versus campum, consultaneus *wolgeburne* cum i. iur. uersus ciuitatem, consultanee domine de *orto cerusorum* cum i. iur. Item super *Primmam* vi. iurnales. Item iv. iugera uinearum sita in *Oslowen*, quorum ii. sita sunt in gwanda, que dicitur *Rudal*, versus campum, consultanei pueri *Engelmanni* cum iii. iugeribus versus *Renum* domini de s. *Petro*, alia uero ii. sita sunt in gwanda, que dicitur *libenberch*, versus *Westowen*, consultanei *domini de templo*. Sunt eciam

Digitized by Google

hii census, primo vidua *Carlebecheri* de curia sua, quam inhabitat, i. libram wormat. denariorum in festo Remigii et in festo Georgii i. libram denariorum. Item *undern salzcasten Jacobus*, filius *Bersonis* dicti *Steechoseln*, de area domus sue v. solidos wormat. denar. in festo Remigii et in festo Georgii v. solidos de eadem area et ii. cappones in carnispriuio. Item ibi prope *Holzaphel* de area domus sue ii. solidos wormat. denar. minus uno denario et maldrum salis de eadem area in festo Martini et in eodem festo ii. solidos wormat. denar. minus i. denario. Item *Ludewicus Fleming* iii. solidos wormat. et i. denarium de area domus sue in festo Remigii et in festo Georgii de eadem area iii. solidos wormat. et i. denar. et ii. capones in carnispriuio. Item *Burcardo Cerdo* de area domus sue sita iuxta riuum vii. yncias wormat. denar. in festo Remigii. Item iuxta s. *Georgium Wernherus Becherarius* de area domus sue sita ex opposito fontis apud s. *Georgium* v. uncias wormat. denar. et ii. capones in carnispriuio. Item in vico panis Wernherus Hellercpphe de curia sua v. uncias wormat. denar. Remigii et festo Georgii v. uncias. Item in *Seimergazzen Wernherus* pellifex de curia sua in festo Margarete viii. uncias. Item de area liben, que fuit *Ynberns*, x. solidos wormat. denar. in festo assumptionis. Item *Johannes Blencheln* de area domus sue sita ex opposito curie domini *Berlewini* xvii. denar. in festo Remigii et i. caponem in festo Martini. Item *Elizabet*, filia *Lanthechern*, de area domus sue ii. solidos wormat. denar. in festo Remigii et i. caponem in festo Martini. Item *Conradus Span* iunior ii. solidos wormat. denar. de area domus sue, que sita est ex opposito *Wlpecule*. Et quia ea, que in hac litera continetur, volo ad effectum optabilem perduci, talem penam adieci, quod si capitulum ecclesie s. *Martini* eandem uicariam commutauerit in canoniam uel heredes meos circa sacerdotis institutionem ad ipsum bene-

Digitized by Google

ficium impediuerit, ipso facto hec uniuersa bona ad heredes meos proximos reuertentur. Preterea statuo, ut in anniuersario obitus mei die fiat in choro s. *Martini* memoriam mei et parentum meorum cum missa et uigiliis nouem lectionem et eodem die sacerdos, qui hoc beneficium predictum, quod nunc instituo, tunc habuerit, iii. libras hallensium et iii. maldra tritici diuidendas equaliter canonicis et uicariis amministret, de quibus maldris *Wernherus Holtmunt*, decanus ecclesie s. *Andree*, de v. iurnalibus sitis iuxta *Primmam* ii. maldra soluit et i. *Cvnradus Bigarius* in vico canum de iurnali sito in vico canum, consultaneo dominis s. *Martini*, singulis annis persoluit. De prefatis autem maldris tritici ita statuo, quod unum in anniuersario patrui mei *H.*, quondam cantoris, quod est in octaua b. Stephani, secundum in anniuersario matris sue aue mee, qui est tercia die mensis iunii, tercium in anniuersario meo predicto quando occurrerit inter presentes, ut premissum est, diuidenda. Vt autem hec mea uoluntas omni euo firmior habeatur, presenti scripto omnes ecclesie conuentuales in *Wormacia* sua sigilla appenderunt.*)

Dat. a. d. M.CC.LXXXIII, in oct. penthecostes vel i. idus iunii.

(Die Siegel hängen in rothem Wachſe an roth und grün ſeidener Schnur wohl erhalten an.) Orig.

---

*) Am 18. Dec. deſſelben Jahres machte der vorg. Hezelo zur Beruhigung ſeiner Erben ein weiteres Teſtament, in welchem nachſtehende Vermächtniſſe enthalten ſind: „*Lybe*, sorori mee, ac filiabus suis xl. iugera agrorum sitorum in *Osthofen* in vtroque campo, x. iugera vinearum ibidem, terciam partem pratorum ibidem, item *Luze*, filie sororis mee, et pueris suis, ita, quod ipsa *Luza* in eisdem bonis vsufructum diebus suis habeat, xl. iugera agrorum, x. iugera vinearum, terciam partem pratorum. Item *Jacobo*, filio sororis mee, similiter xl. iugera agrorum, x. iugera vinearum, terciam

Digitized by Google

№ 370.

1283 (25. Juni). Vniuersis presentes literas uisuris abbas de *Elewange*, totumque collegium monasterii memorati salutem etc. Sciant vniuersi, quod *Conradus* de

---

partem pratorum. Item *Jacobo* clerico, filio *Brunyng* et sororibus suis omnibus xviii. iugera in vtroque campo et v. iugera vinearum, hec omnia sita sunt in *Oisthofen*. Item eidem *Jacobo* clerico pro aliis mediam partem bonorum sitorum in *Waddenheym* vltra *Renum* cum curia ibidem et agris nouem in *Bybeloz*, aliam uero partem monachis de *Schonaugia*. Item magistro et *Zeyzolfo* pistori i. iuger vinearum in *Oisthofen* et vnam sedem pannum in inferiori foro. Item *Wernhero*, filio *Luze* et *Bigile*, sorori sue, curiam meam magnam in *Oisthofen*. Item domum apud *Rust* in *Oisthofen* *Helfrico* et *Lyse*, alias duos domus *Libe*, sorori mee, et filiabus suis. Item de molendino retro curiam in *Oisthofen* ix. mensuras siliginis ad altare b. *Marie Magdalene* in ecclesia b. *Martini*. Item ad idem altare in *Babestat* alterno anno iiii. maldra siliginis, i. caponem, xi. denarios. Item ad idem altare iii. iugera empta in *Waddenheim* a dominis s. *Andree*. Item in *Houeheim* i. iuger. Item ad idem altare domum *apud fontem* in *Wormacia*, que omnia spectant ad prebendam *Johannis* senioris. Item monachis *laurissens.* bona in *Rorheym* et *Gerensheym*. Item *Hezeloni*, filio *Jacobi* prefati, bona in *Bubensheym*. Item *Jutte*, filie *Jacobi* predicti, xxii. sol. den. et iv. capones de censibus in *holtzgassen* ante portam *Judeorum*. Item dominis de s. *Petro* in *Wormacia* v. sol. den. et ii. capones censuales, quos dat *Paffo* macellarius de area sua. Item ad s. *Andream* v. sol. hall., quos dat *Gudelmannus Sleppere* de *Buehoue*. Item ii. vncias, quas dant *fratres augustinenses*. Item ad s. *Paulum* v. sol. den. de orto *Karlebecher*. Item ad s. *Sixtum* iiii. vncias den. de domo *ad nucum*. Item ad s. *Ciriacum nuhusensem* v. sol. den. et ii. capones de area *iuxta fossatum*, quos dat *Philippus* cantor s. *Andree*. Item do curiam *Buchs Getze Vmensheymer*. Item *Johanni Vmensheymer* ad prebendam suam

Richenbach miles, *Johannes*, *Wiricus*, *Jacobus* et *Conradus*, filii quondam *Wernheri Gauweronis* militis, fratris sui, decimam in villa *Wiszenheim* *) sitam cum

---

curiam cum domo *in vico canum*. Item horreum magnum et domum contiguam in ciuitate do *Jacobo*, filio sororis mee. Item curiam meam, quam inhabito, et ad papam et curiam pecudum ex opposito cum duabus domibus dictis *Lybe*, sorori mee, *Luze* predicte et suis pueris, necnon *Jacobo*, filio sororis mee. Item duas domus ex opposito curie mee de petris cooperatas *Bercmanno* et matri sue. Domino *Herbordo* de *Altzeia* de xxx. libras hall., ad cantoriam s. *Martini* iiii. anserum redditus de curia dominarum de *Sebach* in *Horgeheym*. Item *penitentibus* in monte ii. vncias et dimid. den., quas dat *Crutsaccus* de domibus retro *predicatores*. *Baldemaro* ii. equos meliores et cuilibet seruo vltra precium libram. *Dusemanno* viii. libras, ancille iii. libras, i. lectum. ii. linteannia et cussinum. Item cuilibet vinitori in *Oisthofen* maldrum siliginis. *Getze Ribelus* x. maldra siliginis. Item vltra mare peregrinantibus xx. libras. Item monachis in *Schonaugia* x. libras, dominabus in *Nuwenburg* v. libras, domine *Bertmanne* lectum unum, duo linteannia, cussinum, pauperibus in hospitale lectum, ii. linteannia, cussinum, leprosis lectum, ii. linteannia, cussinum. Item maiorem vllam eream dominis de Summo, quam mihi obliganit dominus de prato pro libra wormat. Item decano *Wilhelmo* libram, plebano x. sol., magistro *Bertoldo nuhusen.* libram et iiii. maldra siliginis, *Echardo* sacerdoti x. sol., scolari parrochie ii. vncias, *Getze Vmensheimer* carratam vini vnici. Item *Jacobo*, filio sororis mee, ortum meum ex opposito curie et domum, quam *Petrus* sacerdos inhabitat, ut ibi introitum habeat etc. et hoc meis manufidelibus, videlicet *Wern.* . . . meo concanonico, *Heynrico* et *Gerhardo*, camerariis, *Wilh. Amelle*, *Jacobo* cognato meo predicto, *Wernhero*, *Ruperto* et *Jacobo Margrauii* committo fideliter exequenda, qui eciam huic legato interfuerunt." (Vidimus der Mainzer Richter von 1370.)

*) Hangenweißheim.

Digitized by Google

omnibus juribus et pertinenciis suis, que a nobis habent in feudo, vendiderunt decano et capitulo *wormaliensis* ecclesie, de nostro et nostri capituli ac conuentus assensu. In cuius rei testimonium vendicionem dictam nostri et conuentus nostri sigillis iussimus roborari.

Act. s. h. *Wormacie* a. d. M.CC.LXXXIII, in crast. b. Johannis bapt.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 371.

1283 (3. Juli). Vniuersis presentes literas inspecturis *Wernherus* dominus de *Bolandia* miles notum facimus, quod cum *Conradus* miles de *Richenbach*, *Johannes* dictus *Gauwere*, *Wiricus*, *Jacobus* et *Conradus*, filii et heredes quondam *Wernheri Gauweronis* de *Richenbach* militis, fratris *Conradi* militis antedicti, necnon *Demudis*, relicta dicti *Wernheri*, vendidissent decano et capitulo ecclesie *wormat.* decimam in *Wissenheim*, quam dicebant se habere in feudo ab abbate et conuentu in *Elwangen*, pro certa pecunie summa, quam decimam dicebamus nos habere in feodo a dictis abbate et conuentu, et dictum *Conradum* militem et fratres predictos a nobis licet prefati abbas et conuentus ac eciam *Conradus* miles ac fratres predicti hoc negarent, nos juri, si quod habemus in decima antedicta, presentibus renunciamus, dantes has literas nostri sigilli munimine roboratas.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIII, v. nonas julii.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 372.

1283 (Aug.). Nouerint vniuersi, quod *Hildegundis*, antiquorum lineorum pannorum uenditrix, duas domos sub uno tecto contiguas, apud *fratres ordinis s. Augustini*

Maguncie sitas, fratri *Anthonio*, magistro curie fratrum *eberbacensium*, nomine dicti monasterii vendidit et resignacione domorum ipsarum in manus prefati fratris *Anthonii* coram seculari judicio facta pro pueris eius, *Johanne* videlicet et *Henrico*, adhuc infra discretionis anno existentibus, *Henricum* dictum de *curia* s. *Galli*, ciuem *maguntinum*, fideiussorem constituit in hunc modum, quod iidem pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, predictarum domorum vendicionem et resignacionem modis omnibus ratam teneant. Et ad hec obseruanda, prefatus *Henricus* pro memoratis pueris sub caucione, que *borgin* wlgariter dicitur, in figura secularis judicii se astrinxit.

Acta sunt hec coram *Thulmanno* judice, presentibus *Henrico Walpodone* et *Friderico* dicto *monacho*, ciuibus *maguntinis*, qui vniuersa et singula premissa coram se fore acta postmodum sub professione juramenti prestiti presentibus domino *E.* camerario aliisque judicibus ac eciam ciuibus *maguntinis* publice recitarunt. Nos igitur predicti *E.* camerarius atque judices *maguntini* sigilla nostra presentibus duximus appendenda.

A. d. M.CC.LXXXIII, mense augusti.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 373.

1283 (20. Aug.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses*. Constare volumus, quod constitutus in nostra presencia frater *Cvnradus* conuersus, procurator priorisse et conuentus *dominarum de celi corona* aput villam *Hochheim* residentium. Dictus frater *C.* professus est, se nomine dicti conuentus vendidisse *Wernhero* dicto *Ritterchen* et suis heredibus, nostris conciuibus, ii. libras wormat. denariorum ceusualium annuatim cedentes super curia dicta *ad keppelerum*, que quondam fuit *Friderici* de

Digitized by Google

Osthouen, in *cwergazen* sita, cum omni spacio attinente, quas ii. libras bone memorie *Elizabet*, relicta dicti *Friderici*, contulit puelle *Elizabet*, filie *Volzonis*, fratris eius, ad prouidendum eidem in claustro aliquo, in quo sub regulari habitu posset domino famulari, sicut etiam peractum est de ipsa puella, que in dicto claustro ad *celi coronam* recepta est in monacham. Habuit eciam dictus *Wernherus Riderchen* ante emptionem istarum librarum duarum ii. alias libras wormat. censuales sibi cedentes annuatim super curia memorata, cuius census medietas festo b. Margarete, reliqua medietas in Ephyphaniam domini annis singulis persoluetur. Professus est eciam dictus frater *C.* procurator ipsum conuentum a dicto *Wernhero* in emptione huiusmodi ii. librarum recepisse lxii. libras hallensium et eas in vsus meliores dicti conuentus conuertisse, scilicet ad emptionem bonorum in terminis ville *Guntheim* sitorum per *Jacobum* militem ipsi conuentui venditorum.

Act. a. d. M.CC.LXXXIII, vi. fer. p. assumpt. b. virg.

(Das Siegel der Aussteller hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 374.

1283 (1. Sept.). *Heinricus* dei gracia prepositus ecclesie s. *Stephani Maguncie.* Ad noticiam vniuersorum cupimus peruenire, quod nos honoris et multorum bonorum, que in predicta ecclesia nos recognoscimus recepisse, non immemores existentes et aliqualem ipsi ecclesie recompensacionem facere cupientes, pro remedio anime nostre de curia nostra, quam habemus ibidem, taliter duximus ordinandum, ut prepositus, qui pro tempore in eadem ecclesia fuerit, habeat curiam antedictam, ita tamen, quod preter marcam colon. denariorum tres vineas et dimidiam denariorum magunt., que de ipsa curia predicte ecclesie s. *Stephani* nomine census annuatim consueuerunt solui, x.

Digitized by Google

marcas denariorum infra tres menses, postquam electus et confirmatus fuerit in prepositum, decano et capitulo ibidem persoluat, alioquin ipsa curia ad eundem ecclesiam libere deuoluetur. Quod si prefata ecclesia dictam curiam vendiderit uel censum, qui nunc dari consueuit de ipsa, exaltauerit, totum illud augmentum cedet ad presencias inter canonicos et socios chori in anniuersario nostro et progenitorum nostrorum equaliter diuidendus et in aliquo festo, prout decano et capitulo visum fuerit, expedire. Et idem fiet de x. marcis predictis, si prepositus occasione predicte curie persoluerit infra tempus, prout superius est expressum, quidquid enim cum predictis x. marcis de annuis redditibus poterit comparari, cedet ad presencias iuxta formam premissam.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXIII, kalendas septembris.

(Die Siegel des Ausstellers und des vorg. Capitels hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 375.

1283 (12. Sept.). Wir Chvnrat der Pvellaer vnd Heinrich von Sachsinhausen, des herzogen Ludwiges von Beiern vitztum bi dem Rin, tun kunt, daz vns vnser herre der kvenic Rudolf von Rome vnd vnser herre der herzoge Ludwic von Baiern vnd phalnzgraue des Rines vmb sogitanen chriec, alse zwischen vnser frowen vir Lvggart, hern Philippes seligen wittewe von Bonlanden vnd iren kinden vnd iren vrwnden von einem teile vnd der stat von Aitzey von dem andern teile was, zi scheidelvten vnd zi rateloten hant gigeben vnd habn wir den selben chriec gescheiden, als hernach stet geschriben, also daz die burgär von Altzey sveln geben den vorg. frowen von Bonlanden vnd iren kinden cc. phunt hallaer, der sveln si wern c. phunt an sant Martinestag der schieres chvnt vnd div anderen c. phunt an dem

zwelftem tag nah wihennehten die schieref choment vnd hant ir dar vuer gigeben zi porgen dif erfam lvte hern Götzen Bok, Dietz Bvergitor, Herden von Offenhaim, Herborden Hasenvel, Heinrich von Mosbach vnd Werrichen von Altzey, alfo ob man in daz gut zi den tagen, alf da vor gischriben ist, niht engit, fo fvln dieselben bvergen ob fif gimant werdent, zi Altzey in ein herbergen varen vnd leisten biz daz gut ir oder iren kinden wirt gigebn vnd svelich bvergen von notsachen an giwaerde selb niht leisten mac, der sol einen kneht vnd phaert vur sich legen. Ez sol auch div vorg. frawe von Bonlanden vmb div vorg. cc. phunt hallaer vnserem herren dem hertzogen biwisen auf ir gut xx. phunt geltes hallaer vnd suln ir kint die selbe gveld vnd daz gut zi einem rehten erbe burclehen haben vnd sitzen z Altzey silicher wis, alf ein grave von Liningen oder der von Valkenstein, die auch burcman da sint, vnd tun alf ein gitrewer burchman sinem herren tun sal vnd sol vnser herre der hertzog die frowen vnd ir kint schirmen alf ander sin burcman. Vnd daz ir kint dif gidinge staete halden so si zi iren tagen chomen vnd si volvueren, des sol div selbe frowe zi bvergin gebn einen grauen von Lining vnd grauen Eberhart von Katzenellenbogen, die sveln sich der boreschaft virbinden mit ir briefen, vnd auf dise taedinc so ist von beiden siten gvetlich vnd einmvetlich verzigen auf allen den schaden, der von des chrieges wegen biz auf diesen tac hivte ist gischehen an aht phaert, div ginomen wurden in dem fride, da sol man vmb tun alf wir zven gisprochen han. Wir han auch alfo gimachet, daz man vuerbaz vnser frowen laevte von Bonlanden in der stat zi Altzey niht sol enphahen, die ir vnd ir kind sint an allerslaht gwaerde vnd sol auch div frowen die vorg. bvergen niht manen vnd sveln auch die burgen niht leisten, biz daz si vuer div cc. phunt xx. phunt geltes hallaer hat biwiset. Zi einem vrchundet diser taeding, so haben wir haizzen schriben der briefe zvene vnd mit vnsern insigeln bivstent. Daz ist gischehen do von Cristes giburt waren m.cc.lxxxiii iar, vnd

von wihennaehten biz an den nähſten ſunnetac nah vnſer frowen tag alſ ſi wart giborn, auf dem anger zi Blanbrunne.

(Die Siegel hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 376.

1283 (15. Sept.). I. n. d. a. Iudices s. *maguntine* sedis etc. Noueritis, quod cum *Gerhardus*, canonicus ecclesie s. *Victoris maguntini*, sindicus seu procurator decani et capituli ecclesie sue predicte, procuratorio nomine et pro ipsis *Johannem* militem dictum *Biz* de villa *Eberbach* super iniuria et molestia, quam contra iusticiam ipsum facere asseruit, decano et capitulo suo in iure percipiendi decimam pro media parte dicte ecclesie attinentem, sitam in terminis decimationum ville *Burnen* prope *Maguncia*, coram nobis traxisset in causam, libellum suum proposuit in hunc modum. Coram nobis petit in iure *Gerhardus*, canonicus ecclesie s. *Victoris maguntini*, sindicus decani et capituli ecclesie sue predicte, *Johannem* militem dictum *Biz* de *Eberbach* villa prohiberi a vobis et compelli cessare ab iniuria et molestia, quam contra iusticiam facit et facere conatur decano et capitulo predictis, super iure uel quasi percipiendi decimam pro media parte dicte ecclesie attinentem, sitam in terminis decimacionum ville *Burnen*, non permittendo decanum et capitulum predictos dicta media parte decime uti et frui quiete, et petit a predictis ipsum per nos prohiberi et compelli, ne decanum et capitulum predictos ulterius impediat. Petit eciam expensas factas et protestatur faciendas in lite. Oblatus est iste libellus, cui respondebitur feria secunda post dominicam quasimodogeniti a. d. M.CC.LXXXIII, propositisque ex parte dicti militis exceptionibus declinatoriis fori et aliis dilatoriis contra libellum predictum et replicationibus ad exceptiones huius-

Digitized by Google

modi ex parte altera subsecutis, interlocutum fuit per nos esse respondendum libello predicto, non obstantibus exceptionibus propositis contra eum, lite quoque coram nobis legitime contestata. Reuerendus in Christo pater et dominus noster archiepiscopus *maguntinus* domino decano ecclesie *maguntine* suas direxit litteras in hec uerba:

Wern. dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. decano *maguntino* salutem in domino. Quia decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris maguntini Johannem* dictum *Biz* de *Ebirbach* militem, super quibusdam bonis, que se a te dicit habere in feudum, traxerunt in causam coram judicibus sedis nostre, mandamus tibi, quatinus dictis judicibus ex parte nostra precipias, ut cause supersedeant memorate. Tu quoque ipsam auditis hinc inde propositis sine debito studeas terminare.

Dat. apud *Wildenberg*, xii. kalendas julii.

Quibus nobis precepit supersedere examinacioni negotii supradicti, quas litteras ad instanciam decani et capituli ecclesie s. *Victoris maguntini* predictorum idem dominus noster archiepiscopus *maguntinus* postea reuocauit, mandans, ut procederemus in dicta causa secundum retroacta, et processus habitos coram nobis vocatisque denuo partibus ad procedendum in dicta causa, sindicus predictus de calumpnia prestiterit iuramentum, prout ordo et cause qualitas requirebat, interrogatusque et iussus a nobis *Jo.* miles predictus, ut prestaret calumpnie iuramentum, noluit hoc facere et a nobis instanter et sepius requisitus, petente quoque sindico predicto, ut predictum *Jo.* militem dictum *Biz* in penam nolentis iurare de calumpnia pro conuicto, quia reus in causa extitit, sententialiter haberemus, ad conuincendam dicti *Jo.* militis pertinaciam, plures terminos eidem assignauimus ad prestandum huius calumpnie iuramentum, qui in predictis terminis omnibus iurare noluit, assignato quoque tandem termino peremptorio uidelicet quarta feria

proxima post exaltacionem s. crucis ad diffiniendum in predicta causa et dictum *Jo.* militem sententialiter puniendum pro eo, quod prestare noluit, ut debebat, predictum calumpnie iuramentum ac ipsa quarta feria predicto sindico coram nobis comparente et aduersarii accusante contumaciam et sibi fieri in premissis iusticiam postulante, ipsius aduersarii absentia non obstante, nos dictum *Jo.* militem usque in diem sequentem post horam prime duximus expectandum et quia nec expectatus comparuit, ipsum exigente iusticia reputauimus contumacem, considerantes, quod reus, qui non vult iurare de calumpnia, pro conuicto merito est habendus secundum canonicas et legitimas sanctiones, sententialiter diffinimus, predictum *Jo.* militem in causa proposita cecidisse, vnde sibi precipimus, ne decanum et capitulum ecclesie s. *Victoris* predictos in iure percipiendi decimam pro media parte ipsi ecclesie attinentem sitis in terminis decimacionum ville *Burnen* non impediat decetero uel perturbet, sed ipsos permittat uti et frui possessione dicte decime libere et quiete, ipsumque militem ad hoc et ad solucionem expensarum in lite factarum sententialiter condempnamus.

Lata est hec sententia a. d. M.CC.LXXXIII, xvii. kalendas octobris.

(Das Siegel der Aussteller ist abgeriffen.) Orig.

№ 377.

1283 (16. Oct.). Nos *Wernherus* de *Bolandia* imperialis aule dapifer profitemur, quod nos decano et capitulo *maioris* ecclesie *wormat.* vendidimus omnem exacionem wlgariter dictam *Bete*, que nobis conpetebat uel conpetere posset de consuetudine uel alias quocunque modo de bonis predictorum dominorum sitis in villa dicta *Hertesheim* pro v. libris hallensium, saluis iustis nostris con-

Digitized by Google

sibus et consuetis, promittentes, nos et nostros heredes nunquam de predictis bonis exaccionem aliquam petituros.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXIII, die s. Galli conf.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 378.

1284 (Jan.). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod in nostra constituti presencia procurator ecclesie s. *Petri magunlini* nomine ipsius ecclesie ex parte vna et *Cunradus* dictus *Rinthouere* cerdo et *Elizabeth* vxor ipsius, ciues *maguntini*, ex altera, communiter sunt confessi, quod *Berno* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Petri* predicte domum lapideam ipsius ecclesie propriam, sitam inter cerdones retro vineam decani predicti et curiam adiacentem concesserunt *Conrado* dicto *Rinthouere* et *Elizabeth* vxori sue ac eorum heredibus, de qua domo singulis annis in die circumcisionis domini vii. solidos colon. denariorum nomine census prefate ecclesie soluere tenebuntur, si uero censum huiusmodi requisitum tenuerint in suspenso, nec infra mensem soluerint, amittent ius suum hereditarium et ipsa domus cum suis edificiis ad prefatam ecclesiam libere reuertetur.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIV, mense ianuario.

(Copialbuch des Peterstifts zu Mainz.)

№ 379.

1284 (2. Jan.). Ego *Johannes*, natus nobilis viri quondam *Philippi* de *Hohenuels*, constare cupio, quod ego vniuersa bona, omne jus cum aduocacia in villa *Armesheim*, omnia seruicia, consuetudines facti vel juris, cum omnibus aliis vocabulis quibuscunque nuncupentur, tam in villa quam in campis, que hactenus in feodo cum fratribus

Digitized by Google

meis diuisa possedi seu mei progenitores a domino abbate et conuentu montis s. *Jacobi* apud *Maguncium*, vendidi eisdem domino abbati et conuentui pro xxxvi. marcis colon. denariorum, hac conditione, quod ego a natiuitate domini proxime nunc transacta infra decem annorum immediate subsequencium curricula, si ad fortunam peruenero pinguiorem, bona eadem in vsum meum michi et nulli alteri pro mea propria pecunia feodali titulo redimendi seu reemendi liberam habeam facultatem. Si vero infra predictum tempus prefata bona, dictum ius non redemero vel reemero, memoratus abbas et conuentus bona eadem, dictum ius cum omni integritate inperpetuum possidebunt. Ceterum si infra prefatum tempus vel eciam post reuolucionem predictorum decem annorum vltra xxxvi. marcas supradictas michi solutas addicionem aliquam apud sepedictos abbatem et conuentum quesiero, quicquid circa hoc due persone vna ex parte eorum et alia ex parte mei ad hoc deputate statuerint faciendum, hoc vtique michi sufficiet et placide acceptabo. Vt autem hec stabilia permaneant, presentem litteram tradidi eisdem, rogans judices s. *maguntine* sedis necnon dominum *Henricum* comitem de *Spanheim* et dominam *Lukardim* de *Bolandia*, vt sua sigilla apponant, insuper apposui meum in testimonium super eo. Testes sunt: *H.* comes de *Spanheim*, *H.* de *Waldekke*, *Emercho* de *Schornensheim*, milites, et *Conradus* dictus *Walpodo*.

Act. a. d. M.CC.LXXXIV, in crast. circumcis. dom.

(Das Siegel der Mainzer Richter iſt zerbrochen, das des Grafen Heinrich von Spanheim fehlt, die beiden anderen hängen unverſehrt an.)

Orig.

№ 380.

1284 (20. Jan.). *Symon* dei gracia *wormatiensis* episcopus. Nouerint vniuersi, quod nos ad peticionem *E.*, decani ecclesie nostre *wormat.*, ii. libras hallensium de

Digitized by Google

censibus nostris annuis, quos capitulum ecclesie nostre singulis annis in festo Georgii et Remigii nobis dare tenebatur, ipsi capitulo remittimus, in quarum ii. librarum recompensam de officio sculteti xx. vncias hallensium, de hospitali uero s. *sepulchri jherosolimitani* extra portam s. *Martini wormat.* iv. vncias hallensium annuatim nos nostrique successores inperpetuum recipiemus.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIV, in die b. Fabiani et Sebastiani.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 381.

1284 (5. März). Nos prior et conuentus *fratrum ordinis* s. *Augustini heremitarum* in *Maguncia*. Tenore presencium de mandato prioris prouincialis ordinis nostre soluere promittimus et soluemus census nomine annuatim decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* vi. solidos magunt. denariorum et i. caponem duobus anni temporibus, videlicet in festo s. Remigii iii. solidos et caponem et in festo pasche iii. solidos maguntinos de quadam area nostre domui proxima ad dictam ecclesiam pertinentem, quam emimus a *Nycolao* et vxore sua *Elizabeth* et suis heredibus de *Ingelheim* pro marca colon. denariorum, pro quo inquam censu nos et domum nostram, quam inhabitamus ad presens, sepedicte ecclesie s. *Marie* in perpetuum obligamus specialiter et nichilominus subicimus nos iurisdictioni judicum s. *moguntine* sedis.

Act. et dat. a d. M.CC.LXXXIV, iii. nonas marcii.

(Copialbuch des Auguſtinerkloſters zu Mainz.)

№ 382.

1284 (1. Mai). Consules et vniuersi ciues *wormacienses*. Constare volumus, *Johannem* decanum, totumque

Digitized by Google

capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* pauperibus hominibus leprosis extra muros ciuitatis *Wormacie* in domo degentibus xviii. jugera agri campestris concessisse, quorum vi. sita sunt apud capellam ibidem et xii. jugera sita sunt in *Adilberge* pro xv. maldris siliginis a dictis pauperibus annis singulis super granarium dictorum dominorum s. *Pauli* infra assumptionem et natiuitatem b. virginis, non obstante grandine, exercitu, effluxione *Reni* seu quauis alia causa presentandis dictorum pauperum vectura, laboribus et expensis. Ad maiorem eciam certitudinem huius pensionis dictis dominis assignande dicti pauperes infrascriptos census ipsis dominis pro subpignore obligarunt, videlicet libram denar. wormat. de sede pannum in inferiori foro, cuius libre medietas dabitur festo Remigii, reliqua medietas festo pasche, item super curia *Ymbers* v. solidos et x. denarios festo Remigii cedentes, item de curia *Wigelin*, quam nunc *Flemingus* possidet, v. solidos denar. die b. Margarethe cedentes, ad quos census respectum habebunt, si dicti pauperes aliquo annorum in assignacione maldrorum huiusmodi xv. fuerint negligentes, donec defectus huiusmodi suppleatur.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIV, die b. apost. Philippi et Jacobi.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 383.

1284 (7. Mai). *Symon* dei gracia *wormaciensis* episcopus. Ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod magister *Hermannus*, carpentarius noster, *wormat.* ciuis, pro remedio anime sue, *Gerdrudis* vxoris sue necnon pro animabus parentum suorum, ad augmentum diuini officii habendi in parrochia s. *Magni*, ciuitatis *wormaciensis*, sacerdoti ydoneo cottidie primam missam in ipsa

Digitized by Google

parrochia celebranti perpetuam, ita, quod omni secunda feria missam pro defunctis celebret, infrascriptos redditus donauit de propriis suis bonis. Primo vi. jugera terre arabilis, in terminis ville *Eplensheim* sita, hoc modo. Tria ex hiis sita sunt in loco dicto *Crechenreine* tendencia super agros *Lemponis*, item i. iuger et dimidium *an huckenhouere wege*, item vnum zweidel *an Dithelnsheimere holzwege*, item vnum zweidel *gegen Chachilenbrunnen*, consulcaneus *Winther* de *Alzeia*. De hiis vi. jugeribus *Wernherus* dictus miles, qui ea colit jure hereditario, annuatim vi. maldra siliginis in ciuitatem *wormat.* infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis expensis suis ante domum sibi denominatam assignare tenetur. Item donauit idem *Hermannus* ad dictam missam habendam dicto sacerdoti v. jornales vinearum minus quartali in terminis ville *Westouen* sitos. Tria ex hiis sita sunt cum i. quartali in loco dicto *an Marstene*, de quibus soluitur annuatim ad ecclesiam b. *Jacobi* in *Westouen* dimidia libra cere. Item i. zweidel retro ecclesiam. Item i. zweidel versus *Wormaciam*, quod fuerat *Herbordi*, nepotis cellerarii. Item dictus *Hermannus* donauit ad procurandam dictam missam domum et mansionem quondam *Godeberti* apothecarii sicut ipse *Godebertus* ipsam possedit. Omnia bona prefata post mortem suam donauit, vt prelibatum est, cedencia sacerdoti, hiis condicionibus interclusis, quod post mortem ipsius *Hermanni* quilibet plebanus, qui pro tempore preest parrochialibus in cantando, communicando et in aliis vna cum quatuor viris juratis parrochie, qui pro tempore fuerint, ad s. *Magnum*, huiusmodi redditus conferent vni clerico de cognacione dicti *Hermanni* seu *Gerdrudis*, vxoris sue, seniori et magis maturo ad ordinem presbyteratus assumendum et quamdiu do cognacione dictorum coniugum clericus quis habetur, nulli alteri predicti redditus conferentur, sed quamdiu presbyteratus ordinem non sump-

serunt medio tempore, ne fraudetur parrochia seruicio diuino, redditus predicti a plebano et juratis sacerdoti ydoneo qui deseruiat conferantur, donec ille cognatus redditus valeat deseruire. Si vero de cognacione dictorum coniugum nullus clericus inueniri poterit, dicti collatores prefatos redditus in animas eorum conferent ydoneo sacerdoti, qui deseruiat, vt est dictum, nulli alteri preterquam predictis plebano et juratis dandi sacerdotem seu clericum de cognacione durante cognacione, ipse *Hermannus* tribuit facultatem. Resignauit eciam dictus *Hermannus* huiusmodi bona plebano et juratis parrochie coram judicio dictarum villarum, vbi bona sita sunt, et ea recepit denuo ab ipsis habenda pro annuo censu, scilicet pro libra cere tempore, quo ipse *Hermannus* vixerit, in purificacione b. virginis parrochie persoluenda.

Act. a. d. M.CC.LXXXIV, dominica cantate.

(Die Siegel des Biſchofs und des Andreasſtifts zu Worms ſind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 384.

1284 (26. Juli). Iudices *wormacienses.* Constitutus in presencia nostra *Heilemannus* dictus *Judeus*, ciuis *wormaciensis,* publice confessus est coram nobis, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* et eorum post ipsos successoribus decimam, quam idem *H.* iure proprietario in villa *Gundramsheim* possedit, pacifice et quiete, pro l. libris hallensium et iv. maldris tritici, que dictis decano et capitulo idem *H.* de bonis suis in villa *Hocheim*, que comparauerat erga *Johannem* militem de *Hocheim*, in censu annuo singulis annis soluere tenebatur, de quorum iv. maldrorum solutione ipsum dicti decanus et capitulum absoluerunt, talibus adiectis conditionibus super vendicione predicta, quod fideiussores, quos idem *H.* dictis

Digitized by Google

dominis in solidum obligauit, videlicet dominus *Berlewinus* scolasticus, *Ediwinus* prebendarius ecclesie *wormaciensis* et *Gotzo* dictus *Pullus*, ciuis wormaciensis, per annum et diem pro iusta warandia eisdem dominis erunt astricti, ita, quod si dictis dominis super ipsis bonis aliqua questio mota fuerit, ipsi fideiussores jus facient more fideiussorio, anno vero et die transactis, dictus *H.* plenam warandiam, prout communis est terre consuetudo et sicut de bonis que propria dicuntur fieri solet, facere tenebitur ecclesie memorate. Item adiectum est, quod si super prenominatis bonis dicti decanus et capitulum ab aliquo impetiti vel in jus tracti fuerint, idem *H.* propriis expensis et laboribus ipsos tenebitur defensare, si autem per ius in ipsis euicti fuerint, idem *H.* et sui heredes siue successores tenebuntur dictis dominis ad restitucionem lx. librarum hallensium et ad solutionem dictorum iv. maldrorum tritici, que de bonis in *Hochcim* ante contractum huiusmodi dictis decano et ecclesie singulis annis soluere tenebatur.

Act. a. d. M.CC.LXXXIV, in crast. b. Jacobi apost.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 385.

1284 (18. Sept.). Iudices s. *maguntine* sedis. Nouerint vniuersi, *Ottonem* dictum de *Seheim* militem, castrensem in *Olmena inferiori*, curiam suam ibidem sitam, contiguam curie *Fredemanni* dicti *Jude*, ciuis *maguntini*, *Petro* preposito ecclesie *maguntine*, qui eandem curiam sibi in usus quos voluerit conuertendam comparauit, pro xx. marcis denariorum aquens. vendidisse, ipsumque *Ottonem* predictum eandem pecuniam plenarie sibi solutam in vsus suos necessarios conuertisse. Qui etiam communicata manu *Metze*, filie sue, et *Meingoti* militis dicti de *Etzil*, filiastri sui, de bona eorundem voluntate, ipsam cu-

Digitized by Google

riam *Cunrado*, notario *Petri* prepositi antedicti, cuius nomine idem *Cunradus* recepit eandem, resignauit et tradidit, secundum quod in iudicio dicte uille consuetudinis est et iuris. Presentibus *Embrichone* canonico et archipresbitero ecclesie *maguntine*, *Ludewico* viceplebano in *Olmena inferiori*, *Cunrado* dicto *Beckere* sculteto ibidem, *Hertwico* fratre suo, *Jacobo* et *Hardungo*, militibus, *Ebirhardo* de *Bleniche*, *Johanne* de *Badinheim*, *Wernhero* dicto *Paffe*, *Siffrido* sutore et *Franckone* de *Lorche*, hubariis, et aliis quam pluribus fide dignis. Et quia de venditione, traditione seu resignatione pecunie solutione et aliis suprascriptis facta nobis extitit plena fides, sigillum sedis nostre presentibus appendi fecimus in euidentiam et testimonium omnium premissorum.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIV, xiiii. kalendas octobris.

(Mainzer Copialbuch.)

N. 386.

1284 (9. Oct.). *Symon* dei gracia *wormatiensis* episcopus ac *Walramus* prepositus *wormatiensis* omnibus Christi fidelibus salutem in domino etc. Hinc est, quod nos recepimus contraentem, quod cum ius patronatus ecclesie in *Wissenheim*, *wormat.* diocesis ac archidiaconatus *wormat.*, cum vniuersitate in ipsos sit translatum, quatinus pure propter deum et in augmentum reddituum et stipendiorum prebendarum ipsius ecclesie predictam ecclesiam in *Wissenheim* ecclesiis et prebendis eorum vnire dignaremur, ut per hoc habundancius habere possent ad sustentacionem eorum necessaria et ut liberius eciam hospitalitatem possint exercere, considerantes itaque prebendarum ecclesie nostre tenuitatem, attendentes eciam, quod ecclesia in *Wissenheim* et in temporalibus et in spiritualibus melius officiari possit per capitulum ecclesie nostre *wormat.* predicte, quam per

personam singularem, nos prefati *Symon* episcopus et *Walramus* prepositus, precibus predictorum decani et capituli inclinati, cum consensu decani et capituli predictorum, predictam ecclesiam in *Wissenheim* prebendis *wormat.* vnimus, statuentes, ut deinceps prouentus dicte ecclesie in redditus et usus cedant prebendarum predictarum.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXIV, in die Dyonisii mart.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 387.

1284 (1. Nov.). Wir Lucgart witwe von Bolanden, Johan vnd Philippe ire kint dun kunt, daß vnßer herre hertzog Ludewig von Beyern vnd pfaltzgraue von Rine vns hat geben cc. phunt heller vnd hat vns vmb dieselben zu Burgluten gewunnen vnd sollen auch wir alles vnß gut, daz wir haben zu Cube, so wir Johans vnd Philippe zu vnßn tagen komen, vnßn vorg. herren den Hertzogen eigenhafft gentzlichen machen, vnd der alteſt vnder vnsern erben sol dasselbe gut zu eim erbeburglehen enpfahen von dem furg. vnßm heren oder sinen erben. Were daz wir, so wir zu vnßn tagen komen, daz wir dasselbe gut zu Cube, daz wir zu lehen haben von vnßm herre dem graue von dem Berge, vnß vorg. herre dem Hertzogen in tarsfriſt nit eigenhafft mochten gemachen, so sollen wir alles daz dun mit demselben gute, daz vnß herre der Hertzog oder sin erben erdenckent vnd auch wir mogen getun, vnd sol der alteſt erbe, ez sin son oder dochter, der dasselbe burglehen hat, zu Altzei burgman sin vnd gebunden sin vnßm vorg. herrn dem Hertzogen als graue Friderich von Lyningen vnd her Philips von Falkenstein, vnd sollen vns darzu binden, wann wir zu vnßn tagen komen mit vnßn eyden vnd mit vnßn briefen in iarsfriſt gen vnßm herren dem Hertzogen vnd sinen erben. Daß auch wir dasselbe zu eim ende bringen, so setzen wir dise burgen: graue Albrecht von Lewen-

ſtein, graue Heinrich von Spanheim, hern Ludewig von Arnſperg vnd hern Heinrich von Waldecke, Rittere, vnd were auch daz wir, alz da vor geſprochen iſt, niht zu ende brehten, ſo ſollent die vorg. Inſarn die burgen, die da geſchriben ſtent, entweder zu Altzei oder zu Spire oder iglicher ſal einen Ritter fur ſich ſenden vnd ſal der leiſten in der dryer Stette ehner, die da vorgeſchriben ſint. Daz daz vnßm herre dem Hertzogen vnd ſinen erben ſtete blibe, ſo geben wir yme diſen brief verſigelt mit vnß Lucgart von Bolanden Ingeß vnd mit der vorg. burgen, ich Heinrich von Waldecke, wan ich nit eigens Ingeß han, ſo han ich ſtete, waz vnder den vorg. Ingeß. geſchriben ſtet.

Geben von gots geburte m.cc.lxxxiv, an aller heiligen tag.

(Pfälzer Copialbuch.)

N. 388.

1284 (17. Nov.). Nos *Rudolfus* dei gracia *Romanorum* rex semper augustus. Notum esse volumus, quod nos concordiam coram nobis siue de scitu et beneplacito nostro inter honestam matronam . . . . . relictam quondam *Philippi* de *Bolandia* et suos pueros ex parte vna et ciues de *Alzeya* ex altera ordinatam, secundum omnes condiciones positas et conscriptas in litteris per viros discretos, videlicet *Pullarium* et *Heinricum* de *Sahsinhusen*, super ipsa concordia datis sub sigillis ipsius relicte ac nobilium virorum *Alberti* et *Heinrici* comitum de *Lewenstein* et de *Spanheim*, necnon *Ludewici* de *Arnsperch*, ita esse, sicut in predictorum litteris super hoc traditis continetur, tenore presencium profitemur.

Dat. *Spire* xv. kalendas decembris, indict. xiii., a. d. M.CC.LXXXIV, regni vero nostri ao. xii.

(Das Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 389.

1285 (13. Jan.). Cum vniuersi etc. Inde est, quod nos *Fridericus* comes de *Liningen* et *Fridericus* filius noster ad noticiam uolentes peruenire vniuersorum, quod nos propter salutem anime nostre vniuersos sacerdotes, plebanos ac viceplebanos in nostra comicia residentes et commorantes in nostram et nostrorum heredum recipimus defenslonem et conseruacionem cum rebus et personis in perpetuum. Adicimus eciam et precipimus districte vniuersis nostris officialis sub periculo corporis et rerum suarum, ne quis manus mittet in res mobiles uel immobiles alicuius sacerdotis, quem viam vniuerse carnis ingredi contingerit, conuertendas ipsas in nostros usus seu utilitates, sed pocius volumus, ut de bonis et rebus ipsius sacerdotis, que post mortem suam dimisit, debita si qua tenebatur primo plenius persoluantur, reliqua uero bona et res, que debitis ipsius supererunt, prout ipse sacerdos de salute anime sue ordinauit, largius distribuantur. In testimonium premissorum litteris presentibus sigillum nostrum est appensum. Nos *Fridericus* comes junior de *Liningen*, quam primum sigillum proprium habuerimus, hiis literis apponi faciemus.

Act. et dat. in oct. Epiphanie dom. M.CC.LXXXV.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 390.

1285 (20. Jan.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses* constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Johannes Russebacke* et . . . . coniuges, nostri conciues, professi sunt, se vendidisse *Wilhelmo* decano ecclesie s. *Martini wormat.* xiv. vncias denariorum wormat. super domo et area *Cunradi* dicti *Barvuze* prout sita est festo Remigii annis singulis cedentes ac predictas

xiv. vncias dicto decano, utpote pro primo censu de prefata domo resignarunt, profitentes, eandem domum nemini alteri censualem.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXV, die b. Fabiani et Sebastiani mart.

(Das Siegel der Aussteller hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 391.

1285 (24. Febr.). Ego *Gisla*, relicta quondam *Ernesti* de *Eberbach*, ciuis *maguntini*, de vniuersis bonis meis, que in terminis comecie ciuitatis *maguntine* possedeo, post obitum meum locis et personis subscriptis coram testibus eciam subnotatis obtinenda in hunc modum dispono, videlicet domum altam lapideam iuxta portam molendinorum inferiorum intra muros *maguntinos* sitam lego monasterio et conuentui dominarum in *Dalen* sub hac forma, quod ipse diem anniuersarium mei obitus sicut occurrit perpetuo cum officio debito debeant celebrare et nichilominus de ipsa domo vi. libras cere et i. libram olei ad cereum in eleuacione hostie incendendum et lampadis lumen fouendum ad parrochiam s. *Marie* in *Vdenmunstere Maguncie* in vigilia annunciacionis b. Marie singulis annis perpetuo ministrabunt. Item domum et curiam, quam inhabito, lego monasterio et conuentui monachorum in *Eberbach* obtinendam, qui tamen de ipsa curia singulis annis in festo b. Martini *Gisle*, nepti mee, moniali in *Dalen*, ii. solidos denariorum aquens. quamdiu vixerit et non amplius ministrabunt. De fundo eciam eiusdem curie vi. denarios et i. obulum, maguntine monete, in festo b. Martini *Johanni* de *Liechenstein* vel suis heredibus nomine census soluent. Item *fratribus minoribus* in *Maguncia* lego iv. marcas ad calicem et non ad alios vsus dandas. Item dominabus s. *Clare* ii. marcas. Item *fratribus predicatoribus* ad

eorum fabricam i. marcam. Item *fratribus* s. *Augustini* ad eorum fabricam i. marcam. Item dominabus s. *Agnetis* i. marcam. Item *dominabus penitentibus* dimidiam marcam. Item *fratribus carmelitis* ad eorum edificium dimidiam marcam. Item singulis plebanis quinque parrochiarum in *Maguncia* i. maldrum siliginis post obitum meum lego. Item ad edificium parrochie mee in *Vdenmunstere* lego iii. marcas et non ad alios vsus conuertendas. Item infirmis in hospitali ad eorum solacium i. marcam. Item leprosis in campo i. fertonem. Item ad opus ecclesie in villa *Eberbach* lego eciam i. marcam. Item *Gisle*, filie fratris mei, et eius pueris viii. marcas lego. Item *Conrado*, nepoti fratris mei, vi. marcas lego. Item *Jutte*, nepti mee in *Maguncia*, iii. marcas. Item post diem obitus mei ordino, vt per tres annos singulis diebus sacrificium vnius magunt. denarii vel equiualentis plebano meo in *Vdenmunstere* ad altare pro anime mee remedio offeratur. Hec omnia premissa committo abbati et conuentui monasterii *eberbacensis* in animas eorum post obitum meum de omnibus bonis meis, que post obitum meum relinquero, de quibus ipsi se intromittent fideliter exequenda, ita, quod ipsi eciam quicquid de bonis eisdem vltra premissa legata residuum fuerit, eorum vsibus debeant retinere, reseruo tamen mihi in hoc liberam potestatem, quod si vltra premissa iuxta consilium mei confessoris aliquid de bonis meis pro salute anime mee ordinare decreuero, in hoc me nullus possit uel debeat impedire. Ordino eciam, vt v. marce denariorum colon., si hoc ante obitum meum non disposuero, post obitum meum infra quatuor annos communis peregrinacio vltra mare in subsidium terre sancte fieri contigerit alicui persone ydonee, pro mariti mei ac mee animarum remedio conferantur.

Acta sunt hec coram *Thudone* judice, *Friderico* dicto *ad sellam* sententiam proferente. Testes et manufi-

deles aderant: *Lodewicus* plebanus ecclesie s. *Marie* in *Vdenmunstere*, *Hartungus* vicarius ecclesie s. *Petri*, *Heinricus* scultetus de *Isinheim*, *Heinricus* de *Rufo*, *Wolframo*, *Jacobus* filius suus, *Karolus* de *Ingelnheim*, *Karolus* iuxta portam molendinorum, *Petrus* de *Rebehove*, *Wernherus* balistarius de *Pinguia*, *Wentzo* filius suus, *Conradus* de *cantu voluerum*, *Heinricus* faber iuxta s. *Vlricum*, *Emmercho* albus cerdo et filius suus, ciues *maguntini*.

A. d. M.CC.LXXXV, die b. Mathie apost.

In quorum euidenciam ego predictus *Dudo* judex sigillum meum presentibus dignum duxi appendendum.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№. 392.

1285 (3. April). Nos *Gebehardus* decanus, *Emmercho* scolasticus, *Eberhardus* cantor, totumque capitulum ecclesie *maguntine* recognoscimus, quod domum et aream nobis attinentem, quam *Stephanus*, sacerdos illustris domini *Romanorum* regis, in predicta ecclesia nostra capellanus et prebendarius, prius inhabitasse dinoscitur, iuxta capellam s. *Remigii Maguncie* sitam, *Eberhardo* sacerdoti vicario et pincerne nostro pro annuo censu v. solidorum denariorum aquens. concedimus obtinendam, predictam pecuniam idem *Eberhardus* nobis annis singulis ad opus vnius presencie in die b. Gregorii presentabit. Ipso autem defuncto, domus predicta, quam suis sumptibus in edificiis commendabilibus dinoscitur exstruxisse, ad nos et ad nostram ecclesiam sub hac forma pro anime sue remedio deuoluetur, quod inhabitator eiusdem domus ex nostra concessione qualiscunque fuerit, de nostra ecclesia de ipsa nobis annis singulis ii. marcas denariorum aquens. siue colon. eisdem ii. marcis, supradictis v. solidis inclusis, nomine

census soluet, quarum vnam in festo Gregorii ad presenciam et in ipsius *Eberhardi* anniuersario similiter vnam marcam ad presenciam perpetuo tenebitur ministrare.

Act. a. d. M.CC.LXXXV, iii. nonas aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller hängt an roth ſeidener Schnur wohl erhalten an.) Orig.

№ 393.

1285 (10. April). *Gebehardus* dei gratia decanus*), totumque capitulum ecclesie *maguntine* decano, totique capitulo ecclesie *wormatiensis* salutem. Justis petentium desideriis grato nos decet assensu concurrere et eadem studiose prosequi et in quantum facultas suppetit effectum mancipare, vestris igitur precibus inclinati donacioni ecclesie parochialis in *Selsen, maguntine* diocesis, quam ecclesie vestre *Walramus*, eiusdem ecelesie nostre prepositus, fecit liberaliter et benigne, nostrum adhibemus consensum, diocesani et loci archidiaconi per omnia et omnibus iure saluo.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXV, iiii. idus aprilis.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt an grün ſeidener Schnur unbeſchädigt an.) Orig.

№ 394.

1285 (6. Mai). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod cum decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris maguntini Heilemannum* de *Blankenberc*, quondam custodem eiusdem ecclesie, a percepcione prebende sue sententialiter suspendissent pro eo, quod quasdam res et

*) In einer ganz gleichlautenden Urkunde von demſelben Datum wird der obgen. Gebhard auch als Probſt zu St. Victor genannt.

ornatum ipsius ecclesie perdidit et distraxit, tandem idem *Heilemannus*, prout in nostra constitutus presencia recognouit, cum eisdem decano et capitulo sic conuenit, quod ipse ab instanti festo penthecostes per decennium extra ciuitatem *maguntinum* et dictam ecclesiam s. *Victoris* continue erit absens, nec infra duo miliaria a predicta ciuitate *maguntina* distancia medio tempore se recipiet ad manendum, iidemque decanus et capitulum interim quolibet anno v. marcas denariorum colon., ii. marcas et dimidiam videlicet in festo penthecostes et tantumdem in festo b. Martini et non amplius, ministrabunt eidem, residuos fructus sue prebende in restaurum rerum perditarum per ipsum et ornatus ad utilitatem predicte ecclesie sine diminucione qualibet conuersuri. Prefatus quoque *Heilemannus* ex speciali gratia desuper sibi facta in quolibet termino predictorum si uenerit pro requisitione pecunie memorate in ciuitate *maguntina* per octo dies et non amplius licite poterit permanere, elapso uero ipso decennio antedictus *Heilemannus* ad percepcionem prebende sue nullatenus admittetur, nisi prius super quibusdam excessibus et casibus sibi a dicto capitulo suo obiectis secum fuerit per sedem apostolicam dispensatum.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.LXXXV, ii. nonas maii.

(Die Siegel der Ausſteller und des Capitels des Victorſtifts hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 395.

1285 (1. Juni). Uenerabili in Christo patri ac domino episcopo ecclesie *verdensis* prepositus, decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* etc. Cum nuper ecclesia nostra predicta casu miserabili et inopinato cum quibusdam ornamentis, organis, libris, ymaginibus sanctorum, altaribus et aliis bonis ipsius ecclesie ignis incendio

Digitized by Google

sit destructa, ita, quod muros, parietes, testudines ac turrim ipsius ecclesie, que iam minantur ruinam, quasi a fundamentis suis nouis oporteat edificiis restaurari ac nos iam dictam ecclesiam b. *Marie* edificare et reparare intendamus opere sumtuoso, nec ad hoc nobis proprie suppetant facultates, reuerendam benignitatem vestram rogandam duximus, quatinus diuine remuneracionis intuitu et ob reuerentiam b. Marie virginis, in cuius honorem dicta ecclesia fundata noscitur et sacrata, necessitati ipsius ecclesie et nostre benigno compatientes affectu, nuncios eiusdem ecclesie s. *Marie*, quos ad vestram clementiam per nostras presentes literas destinamus, sicut uobis patri et domino supplicarint, vestras literas fauorabiles ad recipiendum elemosinas ad fabricam et structuram sepedicte ecclesie per vestram ciuitatem et dyocesim cum vestra conpetenti indulgentia concedatis, consentientes nihilominus in hoc, quod indulgentie archiepiscoporum et episcoporum ad fabricam et structuram dicte ecclesie per eosdem archiepiscopos et episcopos iam concesse et per alios concedende vna cum vestra indulgencia omnibus Christi fidelibus vestre ciuitatis et dyocesis ad uitam eternam proficiant et salutem, qui ad edificationem et reparationem prefate ecclesie manum porrexerint adiutricem. *)

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXV, kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt ſehr gut erhalten an.)

Orig.

---

*) Das Liebfrauenſtift zu den Staffeln erhielt zu demſelben Zwecke eine Reihe von Ablaßbriefen aus den Jahren 1285, 1286, 1287, 1288, 1298 und 1299 von ſämmtlichen Stiftern, Klöſtern ꝛc. zu Mainz, ſowie von vielen Erzbiſchöfen, Biſchöfen ꝛc., welche zwar noch nicht gedruckt ſind, aber auch kein weiteres Intereſſe darbieten, da ſie in ihrem Wortlaute völlig mit einander übereinſtimmen.

№ 396.

1285 (23. Juni). *Fridericus* comes de *Linengen* necnon filius noster *Fridericus* nouerint, quod nos vendidimus commendatori et fratribus domus hospitalis in *Confluencia*, ordinis s. Marie fratrum theutonicorum hospitalis iherosolomitani, aduocaciam nostram seu jurisdicionem, quam habuimus uel habere videbamur in marca seu terminis ville *Iberensheim* cum omni vtilitate et dominio quesito et non quesito, tam super bonis ipsorum fratrum quam aliorum siue sit de jure, de consuetudine uel de facto, cum salmone et omni vtilitate in *Rheno* et in aquis in terminis dicte ville, pro cc. libris hallensium ab ipsis et eorum successoribus proprietatis titulo possidendam. Quod si processu temporis predicta aduocacia seu jurisdictio a nobis euinceretur tamquam feodum, quod non speramus, et ipsi fratres ipsam perderent et amitterent, extunc ipso facto ad penam cc. librarum hallensium ipsis volumus obligari, pro qua pena obseruanda omnia bona nostra in villa *Niueren, wormat.* diocesis, ita, quod de illis cc. libris indempnes reddantur, voluntarie obligamus. Testes sunt: *Fridericus* de *Mekenheim* miles, *Richelmannus, Conradus Holderbaumer*, *Jacobus Margrauius*, ciues *wormacienses*, *Sigelo* aduocatus de *Bokenheim, Fridericus* de *Mauuenheim*, *Sigelmannus Biber*, *Conradus* scultetus de *Karlebach* et *Heinricus* filius aduocati de *Bokenheim.* In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro, *Gerhardi* prepositi s. *Pauli Wormatie* et *Symonis* prepositi in *Hegenehe*, quibus ego *Fridericus* junior, quia sigillo careo, sum contentus, dedimus roboratam.

Dat. in vig. b. Johannis bapt. a. d. M.CC.LXXXV.

(Die Siegel hängen wenig beschädigt an.) Orig.

№ 397.

1285 (28. Sept.). Iudices *wormacienses* profitemur, quod constituta in nostra presencia *Jutda* de *Westouen*, filia *Volmari* de *Sey*, relicta *Cunradi* dicti *Meyelam*, publice est professa, se super curia sua et orto adiacente sitis in inferiore parte ville *Westouen*, decano et capitulo ac prebendariis ecclesie s. *Martini Wormatie* maldrum tritici vendidisse, dicte *Jutde* et heredum suorum vectura, laboribus et expensis infra assumptionem et natiuitatem b. virginis ante granarium dictorum dominorum annis singulis assignandum, in quo maldro soluendo, si predicta *Jutda* uel eius heredes neglientes fuerint, prefati domini ecclesie s. *Martini* respectum habebunt super ortum et curiam antedictam.

Dat. a. d. M.CC.LXXXV, fer. vi. p. Mathei.

(Das Siegel der Wormſer Richter hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 398.

1285 (7. Nov.). Nos *Philippus* de *Hoinuels*, maior natu inter liberos quondam patris nostri bone memorie *Philippi* de *Hoinuels*, recognoscimus, quod cum *Berdoldus* miles de *Maguncia* a nobis decimam soluendam de xxiii. iugeribus, consistentem in ortis olerum sitis apud s. *Petrum* extra muros *moguntinos* ex opposito pontis, vbi exitur a porta *veteris monasterii* in *Maguncia* ac censum de duobus ortis olerum ii. iugera continencium ibidem sitis titulo feodi obtineret, ac idem *Berdoldus* miles pressus onere debitorum cum nostro consensu decimam et ortos predictos, pro quibus noster vasallus existebat, vendiderit decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* pro xliii. marcis pecunie numerate et resignans ad manus nostras bona sua sita in terminis ville *Olmene superioris*, que ad ipsum

proprietatis titulo pertinebant et que ad valorem xliii. marcarum vel amplius se extendunt, in recompensationem feodi predicti ab eo venditi receperit dicta bona in *Olmene* possidenda a nobis iure feodi, pro eisdem nobis homagium faciendo. Nos predictis bonis in *Olmene* contenti venditioni decime et ortorum olerum predictorum consentimus, ita, quod decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris* predictam decimam et ortos olerum predictos cum omnibus juribus et pertinenciis suis in perpetuum possideant tamquam bona sua propria.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXV, vii. idus nouembris.

(Geſiegelt hat der Ausſteller.)

(Copialbuch des Victorſtifts zu Mainz.)

№ 399.

1286 (5. Febr.). I. n. d. a. Nos *Heinricus comes Irsutus* et *Adelheidis* vxor nostra notum facimus, quod nos quartam partem decime site in villa *Solzheim* tam in annona quam in vino, item censum xi. solidorum denariorum colon. et I. capponum soluendum singulis annis de agris sitis in campis villarum *Solzheim* et *Werstat*, nobis iure proprietatis attinentibus, quos census et decimam iure hereditario tenuimus, uendidimus cum omnibus iuribus et apendiciis suis, que habuimus in eisdem, decano et capitulo ecclesie s. *Victoris magunt.* pro cxxx. marcis pecunie numerate et ipsos tradidimus habendos iusto emptionis titulo sine exactione, tallia, angaria uel perangaria et exoneratos ab omni censu et onere in perpetuum libere, pacifice et quiete. Promittimus quoque loco iuramenti, quod contra predictam uendicionem nostram non ueniemus modo aliquo, sed de decima et censu predictis decano et capitulo supra-

dictis, si ipsos ab aliquo contingeret retrahi uel euinci, iustam warandiam faciemus. *)

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXVI, i. nonas februarii.

(Die Siegel der Ausſteller hängen an roth ſeidener Schnur unbeſchädigt an.) Orig.

№ 400.

1286 (24. Febr.). Nos *Johannes* decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris magunt.* notum facimus, quod nos *Heinrico* de s. *Petro*, concanonico nostro, uendidimus xii. maldra siliginis, maguntine mensure, pro xxiv.

---

*) Am 22. Febr. deſſelben Jahres bekennen „*Philippus* dictus *Paffe* de *Strumburc*, *Wolframus* minor de *Lewenstein*, *Philippus* de *Leyen* frater *Vlrici*, milites, *Hugo* dictus *Slump* canonicus ecclesie s. *Victoris magunt.*, *Alardus* dictus *Longus* et *Georgius* de *Beckelnheim*“, daß ſie bezüglich des vorg. Kaufs Bürge geworden ſeien, indem ſie weiter anfügen: „In cuius nostre obligacionis fideiussorie testimonium nos *Philippus* dictus *Paffe* de *Strumburc* et *Wolframus* minor de *Lewenstein* supradicti sigilla nostra apposuimus huic scripto, nosque fidejussores alii, uidelicet *Philippus* de *Leye*, *Hugo* dictus *Slump* canonicus ecclesie s. *Victoris magunt.*, *Alardus* dictus *Longus* et *Georgius* de *Beckelnheim* recognoscimus supradicta omnia uera esse et nos fideiusssorie obligatos, in qua obligacione nostra contenti sumus, confideiussorum nostrorum sigillis militum predictorum. Nos quoque *Heinricus Irsutus comes* predictus recognoscimus, quod super uendicione predicta a nobis facta supradictos fideiussores dedimus, promittentes, quod quandocunque *Adelheidis*, vxor nostra, in ualida fuerit consistencia et corporis sanitate, nos simul ad villas *Solzheim* et *Werstat* ueniemus et decimam et census predictos resignabimus coram iudicio seculari ad ius et opus decani et capituli ecclesie s. *Victoris maguntini*. (Die Siegel hängen unverſehrt an.)

marcis denariorum colon., quos ab eo recepimus et in usus ecclesie nostre, uidelicet in empcionem bonorum in *Solzheim* et *Werstat* dinoscimur conuertisse, quorum quidem maldrorum solucionem infra festum assumpcionis et octauam natiuitatis b. Marie virginis ipsi quamdiu uixerit faciemus, post obitum uero *Heinrici* predicti xii. maldra annis singulis ministrare tenebimur inter presentes in choro nostro nomine presencie diuidenda, iuxta quod ipse in testamento suo aut manufideles sui nomine suo racionabiliter duxerint ordinandum. Eligimus quoque in nos, quod si premissa omnia per nos completa non fuerint, judices s. *maguntine* sedis ad ea complenda, octo dierum monicione premissa, per suspensionis sentenciam nos compellant.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXVI, vi. kalendas marcii.

(Das Siegel der Mainzer Richter fehlt, das der Ausſteller hängt an grün ſeidener Schnur wohl erhalten an.) Orig.

№ 401.

1286 (22. April). *Simon* dei gracia *wormatiensis* episcopus vniuersis salutem in domino. Cum etc. hinc est, quod cum olim in ecclesia nostra *Wormatie* propter magnitudinem expensarum operis sumptuosi, duarum redditus prebendarum ad fabricam eiusdem ecclesie ab ipsius fundatoribus fuissent deputati et postmodum fructus vnius earundem prebendarum propter preces cuiusdam romani imperatoris importunas ac inpaccati temporis necessitatem cuidam eiusdem imperatoris cappellano, propter sue probitatis et obsequiorum merita, fuissent ad sue tempora uite collate et post ipsius cappellani decessum a quibusdam, qui ipsorum fructuum collectores exstiterant, fraudulenter suppressi, nunc autem ueritate a quibusdam ecclesie nostre tam prebendariis quam canonicis circa eosdem fructus inquisita

diligencius ac comparata cupimus ecclesie nostre structuras indecencia debita, sicut a piis fundatoribus fundate sunt, antiquitus conseruari, fructus igitur eiusdem prebende actenus suppressos in usus restituimus debitos et ad seruiendum ipsi fabrice cum fructibus alterius prebende ad hoc similiter deputatis auctoritate nostra perpetuo reuocamus.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVI, fer. ii. p. octav. pasche.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 402.

1286 (7. Juni). Iudices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Eckebertus* et *Cristina*, uxor sua, de *Partenheim* in nostra presentia constituti publice sunt confessi, se domum et curias sitas in villa *Partenheim*, contiguas domui *Albrandi*, et viii. jugera terre arabilis sita in *himmelberge*, liberas et liberam ab omni censu et seruicio, decano et capitulo ecclesie s. *Johannis mogunt.* vendidisse pro vi. marcis colon. denariorum ac huiusmodi bona coram judicio dicte ville in manus nuncii predictorum decani et capituli resignasse, hac itaque resignacione facta supradictus nuncius nomine decani et capituli predictorum eadem bona ipsis *Eckeberto* et *Cristine*, uxori sue, iure hereditario locauit sub hac forma, sane dicti coniuges quamdiu vixerint et post mortem ipsorum senior heredum suorum predicta bona indiuisa tenebunt et de ipsis iv. maldra siliginis, moguntine mensure, ante granarium ipsius ecclesie s. *Johannis* singulis annis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa presentabunt et omnia seruicia, si qua forte ratione eorundem bonorum a quibuscunque fuerint requisita, expedient sine preiudicio ecclesie antedicte etc. Elegerunt eciam iam dicti coniuges pro se et suis heredibus, quod ipsos excommunicare debeamus et

mandare excommunicatos publice nunciari, omni judicio pretermisso, si in premissis negligentes inventi fuerint. Recognoscimus eciam, quod *Wikerus* viceplebanus de *Guginheim* constitutus in nostra presencia promisit, se soluturum ii. maldra siliginis pensionis predicte infra terminum supra expressum decano et capitulo memoratis, quamdiu vixerit pro coniugibus antedictis.

Act. a. d. M.CC.LXXXVI, vii. idus junii.

(Copialbuch des Johanniſtifts zu Mainz.)

№ 403.

1286 (11. Juni). *Wallherus* decanus, *Heinricus* scolasticus, *Daniel* cantor, totumque capitulum ecclesie b. *Stephani maguntini* protestamur, nos domum nostram et ortum s. *Kyliani* in *inferiori Ingilheim* sitam *Heinrico* campanario ibidem, *Sophie* vxori sue et *Petro* eorum filio seniori ad ipsorum perpetuum pro vna marca colon. denariorum et iv. capponibus in festo b. Martini singulis annis persoluendis sub hac forma concessisse, quod si *Petrus*, filius ipsorum, antedictis viuentibus parentibus suis migrauerit ab hac luce, quod *Heino*, frater eius, in eius locum succedat et quod vineam ibidem plantent in locis ad hoc oportunis et domum ibidem emendent et vineam plantatam et domum emendatam debito modo conseruent.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVI, iii. fer. p. Bonifacii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen, das der Mainzer Richter hängt unbeſchädigt an.) Orig.

№ 404.

1286 (16. Juni). Nos *Wallherus* decanus, *Henricus* scolasticus, *Daniel* cantor, totumque capitulum ecclesie b. *Stephani maguntini* statuimus et ordinamus, quod

nullus prelatorum vel canonicorum ecclesie nostre predicte alicui persone curiam suam ecclesie attinentem decetero locare debet pro amicicia vel pro censu, nisi tantum concanonico suo vel socio chori nostri. Si vero predictorum nullus volens conducere inuenitur, tunc honesto clerico locare potest de conniuencia tocius capituli et consensu curie *Conradi* de *Srabeheim*, nostri concanonici, per omnia jure saluo. Si quis autem nostrum huic ordinacioni nostre contrarium fecerit et statuto, ipso facto cadet a jure, quod in eadem curia dinoscitur obtinere, et capitulum locandi eandem curiam persone de ecclesia cui voluerit habebit liberam facultatem. Quilibet tamen ex nobis potest licite secum in curia sua tenere honestam personam extraneam seu coniunctam et dimittere familiam suam in ea, si ipsum canonicum aliquo casu contigerit egredi ciuitatem, statuto nihilominus non obstante, addicimus eciam huic statuto, quod si aliquis nostrum vendiderit curiam suam propter necessitatem vel aliam causam quamcunque, ille pro alia curia in posterum obtinenda nullatenus audiatur.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVI, xvi. kalendas julii.

(Das Siegel der Aussteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 405.

1286 (25. Oct.). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod *Wigandus* et *Metza*, vxor sua, de *inferiori Ingelnheim* in nostra presencia constituti recognouerunt, se vendidisse magistro *Golfrido*, canonico s. Johannis maguntini, vineam unam sitam iuxta curiam ipsius *G.*, quam habet in dicta villa *Ingelnheim*, in qua quidem vinea arbor una, que nux dicitur, est plantata, pro v. marcis et dimidia colon. denariorum. Soluet eciam pre-

dictus *G.* de eadem vinea singulis annis in curiam regis nomine census iii. quartalia vini prout crescit in ea.

Act. a. d. M.CC.LXXXVI, viii. kalendas nouembris.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 406.

1286 (21. Dec.). Nos *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris maguntini* protestamur, quod *Jacobus*, ecclesie nostre canonicus, accedente nostro consensu, vendidit *Heinrico* dicto de s. *Petro*, concanonico nostro, redditus dimidie marce denariorum colon. pro vi. marcis et dimidia de claustrali curia sua, quam ipse *Jacobus* inhabitat, nomine census in festo b. Martini annis singulis persoluendos eidem, hac conditione adiecta, quod dictus *Henricus* censum predictum legandi, donandi, obligandi seu uendendi cuicunque voluerit plenam habeat potestatem. Et quicunque curiam ipsam inhabitauerit ad soluendum huiusmodi censum eidem *Heinrico* vel eis, quibus ipsum legauerit, dederit seu vendiderit, obligatus esse debeat. Elegit eciam memoratus *Jacobus*, ut si censum ipsum neglexerit soluere annuatim in termino subscripto, extunc ad eius solucionem a decano ecclesie nostre per sentenciam suspensionis compelli valeat, si prefatus *Henricus* aut sui manufideles id dixerint requirendum, quod si fortassis predictus *Jacobus* sepefatam curiam siue censum, qui vltra dimidiam marcam haberi poterit, de eadem legare vel vendere voluerit cuicunque, id sibi vel manufidelibus suis licitum erit, ita, quod dictus *Henricus* in censu suo nullatenus defraudetur.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXVI, xii. kalendas januarii.

(Copialbuch des Victorſtifts zu Mainz.)

№ 407.

1287 (17. Jan.). Iudices *wormacienses* ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod constitutus in nostra presencia *Jacobus* dictus *Keyser*, ciuis *wormat.*, recognouit, se omnium heredum suorum consensu accedente iusto empcionis et vendicionis contractu vendidisse parrochie s. *Magni Wormatie* super vi. jugeribus agrorum suorum in terminis ville *Hogheim* sitorum, super ripam versus *Wormatiam* tendencia, consulcanea *Gerhardo* camerario militi, iv. maldrorum siliginis perpetuos redditus singulis annis infra assumpcionem et natiuitatem s. Marie virginis plebano s. *Magni Wormatie* ante domum suam presentanda in subsidium perpetuo deseruiencia cuilibet sacerdoti sacerdotalem missam in predicta parrochia celebranti pro xvi. libris hallensium et hanc pecuniam sibi solutam fore publice est confessus, hac tamen condicione, quod quandocunque predictus *Jacobus* uel sui heredes et vbicunque infra vnum miliare circa *Wormaciam* in loco tamen securo predicta iv. maldra siliginis comparauerint, ibi predicta parrochia acceptabit et erit predictus *Jacobus* et sui heredes a pensione predicta penitus absolutus, predictus eciam *Jacobus Johannem* et *Petrum*, filios suos, pro certa warandia fideiussores et predicta vi. agrorum jugera ipsi parrochie pro subpignore obligauit.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVII, fer. vi. a. fest. b. Fabiani et Sebastiani proxima.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig verletzt an.)

Orig.

№ 408.

1287 (8. März). Ego *Johannes* de *Winterbach* canonicus ecclesie s. *Martini wormat.* profiteor, quod ego volens deum honorare de bonis mihi ab eo concessis cu-

riam meam, quam inhabito, contuli ecclesie mee predicte ab ipsa ecclesia nullatenus alienandam, ita tamen, quod ego et *Gudela*, mea consanguinea, tempore nostre vite ipsius curie erimus possessores, qui decanus et capitulum medietatem horrei versus ortum quondam *Cunradi* dicti *Cormarket* contigui mee curie ad predictam meam curiam perpetuo contulerunt.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVII, viii. idus marcii.

(Die Siegel der Wormſer Richter, ſowie des Ausſtellers ſind abgefallen.) Orig.

№ 409.

1287 (8. Juni). *E.* dei gracia cantor *maioris*, prepositus s. *Marie ad gradus*, ecclesiarum *maguntinarum*, constare volumus, nos ratum et gratum habere, quod decanus et capitulum nostre ecclesie s. *Marie ad gradus* tradiderunt *Wigando* canonico, portario eiusdem ecclesie s. *Marie*, viii. marcas denariorum aquens. in subsidium reparande domus a predicto portario ad nostram collacionem spectantis et in recompensacionem coquine destructe in eadem domo per decanum et capitulum memoratos. Dictus uero *Wigandus* seu alius portarius existens pro tempore in recognicionem pecunie tradite dimidiam marcam predicte monete, cuius medietatem in festo b. Martini hyemalis et reliquam medietatem in festo pasche supradictis decano et capitulo de predicta domo singulis annis soluet.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVII, vi. idus junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 410.

1287 (6. Juli). *Rudolfus* dei gratia *Romanorum* rex semper augustus strenuis et discretis viris dapiferis de

Altzeya gratiam suam et omne bonum. Affectantes ex intimis inter illustrem *L. comitem palatinum Reni*, ducem *Bawarie*, principem et filium nostrum dilectum, et vos vnionis amice et felicis concordie federa firmiter stabiliri, discrecionem nostram attente requirimus et hortamur, quatinus ordinationem illam de nemore communitati *Altzeensi* pertinente, nuper per nos cum *Wormacie* fuissemus, factam, ratam et stabilem obseruetis et obseruari ab aliis procuretis, que quidem ordinacio, si bene recolimus, talis fuit, quod procuratores ipsius *L. comitis palatini* debeant recipere de lignis eiusdem nemoris sine precio uel emptione quantum pro structuris et ignibus ipsius ducis fuerit oportunum. Milites eciam et ciues eiusdem nemoris ligna pro suis necessitatibus similiter sine precio recipient, dum tamen vniuersitatis in hoc concordauerint voluntates. Si vero tam milites quam ciues ordinare voluerint, quod quelibet ipsius nemoris arbor pro precio statuto vendatur, hec ordinatio, si de communi omnium procedat voluntate, licite potest fieri et eciam obseruari, ita tamen, quod uero obstante ordinacione aliqua ipsi duci et suis procuratoribus liceat ipsius nemoris ligna semper recipere sine precio quibuslibet suis vsibus oportuna. Si autem de arboribus predicti nemoris vendendis constitutio aliqua statuatur, precium tale ad ipsam ciuitatem inpendendum est, prout vtile fuerit et honestum. Preterea monemus vos, vt priuilegium super hiis, que inter predictum ducem et vos vertebantur, aliquando confectum ratum et firmum in singulis suis articulis obseruetis, maxime cum ipse *comes palatinus Reni* paratum se offerat ad obseruandum et implendum omnia et singula, que in ipsius nemoris ordinacione et ipsius priuilegii serie continentur.

Dat. *Vlme* ii. nonas julii, reg. ao. xiiii.

(Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgefallen.)

Orig.

№ 411.

1287 (25. Juli). *G.* dei gracia prepositus ecclesie s. *Pauli wormat.* profitemur, nos vendidisse *Bersewino* scolastico, totique capitulo ecclesie *wormaciensis*, uacante decanatu ipsius ecclesie, vi. libras hallensium censuales de curia nostra, quam inhabitamus, persoluendas, cuius census medietas in festo b. Remigii, reliqua uero pars in festo b. Georgii annis singulis persoluetur, tali tamen adiecta conditione, quod quandocunque et quocienscunque i. libram hallensium comparauerimus et designauerimus infra muros wormat. uel si ipsi scolasticus et capitulum comparauerint pecuniam pro huiusmodi censu ab eis empto, non tamen magis uel minus quam xx. libras pro vna libra computando persoluemus et curia nostra pro tanto erit absoluta. Ipsi eciam scolasticus et capitulum libram per nos comparatam uel plus acceptabunt et curiam nostram quoad illud, quod comparauerimus, pronuncient absolutam, si uero decimam aliquam comparauerint et nos cxx. libras hallensium in subsidium emptionis talis decime persoluerimus, extunc curia nostra a censu vi. librarum hallensium predictarum erit penitus absoluta, si uero minus quam cxx. libras soluerimus, iterum xx. libre pro vna libra defalcuntur et pro hoc eciam curia nostra dicetur absoluta.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVII, in die b. Jacobi apost.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 412.

1287 (4. Aug.). Reuerendis viris *maioris*, s. *Widonis* et s. *trinitatis* ecclesiarum *spirensium* prepositis prepositus, decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* oraciones in Christo etc. Intelle-

Digitized by Google

ximus, quod quidam *Jacobus* nomine et quidam alter dictus *Papa*, necnon quidam alii cum eisdem dicentes falso, se procuratores et nuncios nostre ecclesie fabrice deputatos, cum in veritate non sint, elemosinas per ciuitatem et dyocesin *spirensem* sub nomine nostre fabrice colligunt et requirunt in hoc populum decipiendo et ipsam nostram fabricam quamplurimum pregrauando, quocirca super hoc ad vestram duximus prouidentiam recurrendum, rogantes, quatinus deceptores huiusmodi per terminos vestrorum archidiaconatuum reuocetis et in eisdem terminis admitti prohibeatis eosdem percipientes plebanis seu viceplebanis in ipsis terminis constitutis, vt ipsi sic receptam elemosinam ex parte nostre fabrice et collectam suis decanis integraliter porrigant et assignent magistro *Conrado* exhibitori presencium eandem elemosinam presentandam, ad deferendam eam nostre fabrice.

Dat. *Maguncie* ii. nonas augusti a. d. M.CC.LXXXVII.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 413.

1287 (7. Aug.). Nos *Gebehardus* dei gracia prepositus, *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* etc. statuimus et ordinamus, vt ab hac hora in antea sacerdos actu existens ad officium cellerarii per capitulum eligatur, qui illud obseruet iuxta omnem modum et morem in nostra ecclesia hactenus approbatos, qui si negliens, inutilis uel in suo officio fuerit defectiuus et hoc probatum fuerit contra eum et sufficiens fides facta, potest et debet a toto capitulo uel maiore et saniori tocius parte capituli a suo officio remoueri, ne ex sua negliencia uel malicia ledatur ecclesia, cui cellerario dabimus singulis annis de granario nostro xv. maldra siliginis et iii. maldra tritici ratione officii sui et pro generali con-

seruacione tocius siliginis ecclesie nóstre, ut sicca, dura et habilis ad pistandum ab eo de tempore in tempus, quo illam debet distribuere, conseruetur, totidem maldra dabimus sicut hactenus est consuetum. Dabimus quoque eidem cellerario singulis annis de vino nostro in *Osterich* ratione officii iv. carratas vini hunici et ii. pro replectione vasarum nostrorum, in quibus staupus noster seruatur, ut illa munde teneat et conseruet. Idem quoque cellerarius nobiscum presencias integraliter recipiet et septimanam in choro faciet in officio sacerdotis, equum quoque continue habebit, in quo vadat ad negocia ecclesie procuranda, pro cuius equi pabulo duas partes feni recipiet, quod crescit in prato dicto *paffenyme,* cuius tercia pars attinet plebano parrochie in monte nostro. Item statuimus, ut custos ecclesie nostre, quicunque fuerit pro tempore, altare s. *crucis,* quod est situm in ecclesia nostra, conferat idoneo sacerdoti, cui singulis annis pro prouentibus dicti altaris marcam denariorum colon. et xx. maldra siliginis de redditibus custodie ministrabit, in qua amministracione debito tempore facienda, si idem custos se neglientem redderet, potest et debet per decanum ecclesie nostre compelli, per detencionem fructuum dicti custodis ad solucionem huiusmodi faciendam. Idem quoque sacerdos campanatoris officium debet habere, sicut est hactenus in ecclesia nostra obseruatum.

Act. a. d. M.CC.LXXXVII, vii. idus augusti.

(Das Siegel hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 414.

1287 (7. Sept.). Decanus, totumque capitulum ecclesie *nuhusensis* protestamur, quod cum inter nos et ecclesiam *wormatiensem* super jure aduocatie ville in *Flersheim* olim fuisset exorta materia quouis et super eo in bone memorie quondam *Eberhardi* decanum *wormat.*, *Bertewinum* scolasticum et *Johannem* de *Richenbach,* cano-

Digitized by Google

nicos *wormat.*, compromissum exstisset, ipsis asserentibus, quod olim per nostros antecessores eidem impeticioni super iure aduocacie renunciatum esset, nos eandem renunciacionem gratam et ratam habentes similiter renunciamus adeo, quod nunquam de cetero ipsi ecclesie *wormat.* mouebimus actionem super premissis, dantes hanc literam nostro sigillo sigillatam.

Dat. a. d. M.CC.LXXXVII, in vig. nativ. b. virg.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.

№ 415.

1287 (1. Oct.). Nos *Cunradus* dei gratia abbas, totusque conuentus monasterii s. *Albani Moguntie.* Notum esse cupimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos vnanimi consensu duo maldra siliginis, que nobis abbatissa et conuentus sanctimonialium in *Dalen* singulis annis soluere tenebantur, predictis *A* . . . abbatisse et conuentui sanctimonialium vendidimus pro v. marcis aquens. denariorum, quam quidem pecuniam nos recepisse et in vsus necessarios fabrice nostre conuertisse in hiis scriptis recognoscimus et publice confitemur, renunciantes omni actioni siue inpeticioni, quam pro supradictis maldris siliginis supradictis monialibus de iure uel de facto nos siue nostri successores in posterum mouere possemus. In cuius rei euidenciam presentem litteram ipsis dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LXXXVII, kalendas octobris.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 416.

1287 (27. Oct.). Nouerint vniuersi, quod nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* locauimus *Guccilino* pistori et vxori sue *Berte* iv. jugera *in der*

santgruben, consulcanea dominis de *Frankendal* ex utraque parte, pro iii. maldris siliginis nobis singulis annis super granarium nostrum presentandis infra assumptionem b. virginis et festum Martini suis laboribus et expensis. In quibus jugeribus iam campestribus iidem coniuges promiserunt in posterum vineas collocare. Si uero coniuges predicti medio tempore decesserint, predicta locatio ad duos heredes ipsorum, videlicet ad seniorem et juniorem, deuoluetur.

Act. a. d. M.CC.LXXXVII, fer. ii. a. Symonis et Jude.

(Das Siegel der Aussteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 417.

1287 (21. Nov.). Iudices *wormacienses* recognoscimus, quod in nostra constitutus presencia *Henricus* monetarius, ciuis *wormat.,* confrater dominorum ecclesie s. *Andree wormat.,* a. d. M.CC.LXXXVII. in vig. b. Cecilie virg. ecclesie b. *Andree* iam dicte donauit inter viuos l. libras hallensium, pro quibus omnia bona sua in ciuitate *wormatiensi* existencia et in villa *Karlebach* eidem ecclesie recipienti pro se et suis successoribus et prefato *H.* pro annuo censu ii. wormat. denariorum concidenti in signum perfacte tradicionis facte donauit et constituit obligata in integrum cum omni iure et actione, vsu seu requisicione, ipsi ecclesie seu prefato *H.* ex eisdem l. libris hallensium vel pro eis modo aliquo pertinente, que bona idem *H.* predicte ecclesie s. *Andree* nomine se constituit possidere, donec eiusdem pecunie quantitatem receperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi prefate ecclesie licenciam omnimodam dedit, promittens per se et suos heredes prenominate ecclesie s. *Andree* et suis successoribus stipulanti predictam donacionem firmam et ratam habere, ita, quod post obitum ipsius *H.* ille l. libre per manufideles suos predicte ecclesie assignande conuertantur in empcionem pe-

cunie vel annone, que in suo anniuersario peragendo tam inter canonicos quam vicarios in choro actu presentes diuidentur, que quidem pecunia dum prefate ecclesie per manu-fideles fuerit assignata, antedicta bona prefati *H.* ab donacione huiusmodi erunt libera, excepta domo, quam idem *H.* inhabitat, cuius confines sunt ex vna parte curia *Henrici* de *Crumpach*, canonici ecclesie s. *Andree*, et ex altera parte platea, que separat ipsam domum *H.* a domo opposita, quam inhabitat magister *Wernherus*, rector scolarum ecclesie *wormat.*, quam domum idem *H.* recognouit esse predicte ecclesie s. *Andree* et eam communicata manu *Methildis*, vxoris sue nunc defuncte, in ipsam ecclesiam transtulisse, reseruato tamen sibi vsu et habitatione ipsius domus ad uitam ipsorum, quo per mortem ipsius *H.* finito ipsa domus ad prenominatam ecclesiam s. *Andree* libere vltra illas l. libras hallensium deuoluetur.

Act et dat. anno et die prenotatis, presentibus *Berlewino* scolastico ecclesie *wormat.*, *Merbotone* canonico ibidem, *Alberto* dicto *Bezzere*, *Volzone* fratre quondam *Volzonis* super ripa, *Crnrado* dicto *Rildere*, ciuibus *wormat.* et a. q. pl. In cuius rei testimonium presentes litteras curie *wormat.* vna cum decani, tociusque capituli ecclesie s. *Andree* prefate necnon sepedicti *H.* sigillis duximus roborandas.

(Das erſte und zweite Siegel hängt unbeſchädigt an, das mittelſte iſt abgefallen.) Orig.

№ 418.

1287 (29. Nov.). Priorissa, totusque conuentus *sororum* ordinis fratrum predicatorum *in celi corona* notum esse volumus, quod de dimidio iugere sito inter duas cruces in via, qua itur in *Hocheim*, quod spectabat ad dominum *Dyrolffum* militem concambium fecimus cum *penitentibus* priorissa et conuentu in monte s. *Andree* pro alio dimidio

iugere sito *an de clingen* consulcaneo dominabus de *orto cerusorum*, quod pertinebat ad conuentum hactenus prenotatum.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXVII, in vig. s. Andree.

(Copialbuch des Bergklosters zu Worms.)
Orig.

№ 419.

1287 (30. Nov.). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod in presencia nostra constitutus *Huno* decanus ecclesie s. *Johannis Moguntie* legauit ecclesie sue jornalem vnum vinee situm in *Funthene*, censualem domino preposito *moguntino* in vno obolo moguntino annuatim et annum gratie prebende sue, vt de hiis memoria sui in die anniuersario obitus sui agatur. Preterea dedit titulo donacionis inter viuos nomine elemosine propter deum ecclesie s. *Petri mogunt.* bona sua immobilia, videlicet ii. jurnales vinee sitos in campis ville *Selsen*, quos excolit *Merbodo* de eadem villa, qui jvrnales sunt liberi ab omni censu. Item v. jvrnales vinee et dimidium sitos in campis ville *Ebernsheim* liberos ab omni censu, quorum tres colit *Willekinus*, rusticus predicte ville *Ebernsheim*, duos vero et dimidium colit *Sifridus* de *Frankenvort*, rusticus eiusdem ville. Item v. jugera et dimidium terre arabilis sita in predicta villa *Ebernsheim*, que colit *Willekinus* supradictus, quorum duo soluunt .... plebano celebranti in *Ebernsheim* viii. denarios mogunt. nomine censu. Item v. jugera terre arabilis sita in campis *Ebernsheim* in vna pecia in loco, qui dicitur *Grasewec*, libera ab omni censu, que excolit frater *Godebertus* conuersus dominarum s. *Marie* de *Bolandia* de *Jndagine*. Item iv. jornales vinee sitos in campis ville *Ebernsheim* in vna pecia, quorum duo hunici vini soluunt decimam, alii duo franci non soluunt, quos comparauit apud filium et filiam *Wolphini* dicti de *Wickere*.

Hec et aiia bona sua mobilia et immobilia tam habita quam habenda dedit ecclesie s. *Petri* prefati modo predicto in eiusdem ecclesie pios vsus per capitulum et maxime per .... decanum, ... scolasticum et .... cantorem racionabiliter conuertenda, et quandocunque eundem decanum decedere contigerit, sepulturam elegit apud ecclesiam s. *Petri* predictam.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXVII, ii. kalendas decembris.

(Die Siegel der Mainzer Richter und des vorg. Decans ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 420.

1288. Omnibus presentes litteras audituris seu inspecturis *Ph.* dictus *Paffo* de *Strumborch* et *Ebirhardus* dictus de *Bunninhem*, milites, noueritis, quod cum inter nos hactenus super quibusdam bonis sitis in villa *Budinhem*, in quibus ego *Ph.* dictus me ius habere putabam, dissensio habita et causa sit aliquamdiu uentilata, nos ad hortationem discretorum uirorum predicte cause finem inponi cupientes ipsum negotium et eius accessoria arbitris decreuimus committenda. Hinc est, quod nos in discretos uiros *W.* magnum, *W.* paruum de *Lewinsten* et *Cunradum* de *Vorneuelt*, milites, compromittimus tamquam in arbitros, promittentes sub pena xxx. marcarum et periculo cause ratum habere et inuiolabiliter obseruare, quicquid predicti *W.* et *W.* necnon *C.* super causa et lite huiusmodi arbitrati fuerint. Nos quoque *W.* et *W.* et *C.* prefati milites et arbitri recognoscimus, quod nos, assumpto nobis negotio memorato et diligenter examinato eodem, arbitrando concorditer pronuntiamus, quod dictus *Ph.* nichil iuris habet nec habere dinoscitur in bonis superius nominatis et ex nunc et inantea sibi nec suis heredibus quibuscunque ius uel petitio competet aliqualis. Pronunciamus

etiam arbitrando, quod si pueri *Philippi*, quondam militis de *Spanheim*, sibi aliquid iuris in prefatis bonis uendicauerint siue uendicare presumpserint et super ipso prefato *E.* uel suis heredibus mota fuerit petitio uel questio, sepefatus *Ph.* uel sui heredes successiue omnem talem petitionem seu questionem deponere tenebuntur. Ego quoque *Ph.* promitto, me et meos heredes inuiolabiliter obseruaturos omnia et singula prenotata, relegata qualibet captione. In euidentiam igitur omnium premissorum nos arbitri *W.* et *W.* prefati sigilla nostra presentibus duximus apponenda, ego quoque *C.* coarbiter eorundem, cum proprium sigillum non habeam, contentus et usus sum sigillis predictorum, ego etiam *Ph.* ad maius robur pro me et meis heredibus proprium sigillum duxi presentibus appendendum.

Act. a. d. M.CC.LXXXVIII.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 421.

1288 (21. Jan.). Nos *Philippus* de *Hoenuels* junior constare cupimus, quod cum olim soror . . .*) dicta *Babinbergere* vi. jugera agrorum frugiferorum, que in terminis ville *Isenheim* notorie dinoscitur possedisse, pro anime sue remedio monasterio et conuentui dominarum s. *Agnetis* in *Maguncia* pura donatione inter uiuos facta contulerit propter deum, nos de libera uoluntate nostra, precipue ob honorem dei et b. Agnetis virginis, huiusmodi donacioni a memorata beckina dicta *Babinbergere* prefatis monasterio et conuentui facte consensum nostrum plenum presentibus adhibentes, omni iuri seu impeticioni nobis debite uel indebite in prefatis vi. jugeribus competentibus iam nunc et inperpetuum pro nobis et nostris heredibus renun-

*) Leere Stelle.

Digitized by Google

ciamus, volentes, quod predicte monasterium et conuentus dicta jugera mere proprietatis iure ac titulo perpetuo possideat et de ipsis ordinent ac disponant sine impedimento quorumlibet, quicquid ipsorum fuerit voluntatis.

Act. a. d. M.CC.LXXXVIII, die b. Agnetis virg.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 422.

1288 (25. Jan.). Nos priorissa, totusque conuentus ordinis predicatorum claustri in ***Hocheim*** dicti ***ad Hymmelcronen***, ***wormat.*** dyocesis, notum facimus, quod de permutacione iugerum infrascriptorum inter ***kamerarios wormat.***, videlicet ***Heinricum***, ***Gerhardum*** et ***Emerchonem*** ex parte vna et ***Sigelonem*** de ***Wattinheim*** ex parte altera habita, nos dictos camerarios et eorum successores, si qua questio eis in posterum oriatur, reddemus indempnos et immunes. Est autem situs agri predicti talis: juger et dimidium in campo ***Peffilinkeim*** versus ***nidergazen*** prope ***hupstucken***, que dictus ***Sigelo*** de ***Watheim*** sepedictis ***kamerariis*** in reconpensam vnius iugeris et dimidium siti ***hinder der hecken*** zu ***Hocheim*** assignauit.

Act. a. d. M.CC.LXXXVIII, in conuersione s. Pauli apost.

(Das Siegel der Aussteller ist abgeriffen.) Orig.

№ 423.

1288 (28. Jan.). Nos ***Lodwicus*** dei gracia ***comes palatinus Reni***, dux ***Bawarie***, notum facimus, quod strennuus miles ***Wernherus***, scultetus de ***Oppenheim*** et ***Elyzabeth***, vxor sua, pro dilectis fidelibus nostris ***Phylippo***, patre eiusdem ***Elyzabeth***, et ***Gerhardo***, patruo suo, dapiferis, ***Wernhero*** et ***Phylippo***, fratribus dictis ***Wintronibus*** de ***Altzeia***, necnon pro nobis et heredibus nos-

tris pro cc. marcis denariorum colon. solutis per nos eidem sculteto pro dapiferis et *Wintronibus* supradictis, bona et possessiones suas cum pertinentiis suis empta in villa *Albechen* iuxta *Altzeiam* a pueris quondam fratris eiusdem sculteti et *Dieterico* milite dicto *Burgtor*, dederunt et in nos transtulerunt proprietatem siue dominium eorundem, ita tamen, quod deinceps nos uel ipsi heredes nostri teneamus tamquam officio dapiferatus attinentia bona illa quousque iuxta consilium dilecti fidelis nostri *Heinrici* de *Sachsenhausen*, vicedomini nostri in partibus *Reni*, vel eius, qui pro tempore fuerit, predicta summa pecunie infra unum miliare vel infra unum et dimidium ab *Altzeia* sine captione tamen in bona et possessiones alias conuertatur, vel ipsi dapiferi et *Wintrones* vel heredes sui nobis vel eisdem heredibus nostris dent et tradant in eadem distantia ab *Altzeia* tantundem ex immobilibus bonis suis et in nos uel eosdem heredes nostros transferant proprietatem siue dominium predictorum per eos illa uel alia in feudum a nobis uel dictis heredibus nostris habenda, tamquam attinentia dapiferatus officio supradicto, et postmodum ad ipsos sculletum et vxorem suam vel heredes suos bona eadem libere reuertentur. Si autem antequam fiat eiusdem pecunie in possessiones conuersio vel aliorum bonorum eorundem dapiferorum et *Wintronum* translatio memorata, iidem dapiferi et *Wintrones* per se uel heredes suos erga nos vel sepefatos heredes nostros accusati fuerint deliquisse, nec se de hiis iuxta instrumenti continentiam contra se dati potuerint expurgare vel conuicti fuerint, bona premissa et reditus eorundem in nostram retrahemus potestatem, redigenda in usus nostros usque ad satisfactionem debitam et condignam.

Dat. *Altzeie* a. d. M.CC.LXXXVIII, v. kalendas februarii.

(Das Siegel des Ausſtellers iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 424.

1288 (30. Jan.). Nos ***Phylippus*** et ***Gerhardus***, dapiferi fratres, ***Wernherus*** et ***Phylippus***, fratres dicti ***Wintrones*** de ***Altzeia***, notum facimus, quod ad arbitrium virorum nobilium domini ***Friderici burcgrauii*** de ***Nuermberch***, domini ***Kraftonis*** de ***Hohenloch***, domini ***Ottonis*** de ***Bikkenbach*** et viri honorabilis domini ***Alberti*** venerabilis prepositi ***ilmunstrensis***, prothonotarii magnifici principis domini nostri ***Lodwici*** illustris ***comitis palatini Reni***, ducis ***Bawarie***, et strenuorum militum dominorum ***Herdegni*** de ***Grindlach***, ***Winhardi*** de ***Rorbach***, ***Wernheri*** sculteti de ***Oppenhaim*** et ***Heinrici*** de ***Sachsenhausen***, vicedomini in partibus ***Reni*** eiusdem domini nostri ducis, qui ad hec arbitri seu arbitratores ex utraque partium assumpti fuerant seu electi, et promissum erat, quod quicquid arbitrarentur utrimque ratum et gratum inuiolabiliter seruaretur, ipse dominus noster ***comes palatinus Reni*** nobis pro nobis, burchmannis nostris, consanguineis et amicis, qui se nostre discordie immiscuerant siue liti, quam habebamus cum ipso domino nostro duce, pro se et quantum personam suam uidetur tangere, remisit, siquid nos uel iidem nostri burchmanni, consanguinei et amici occasione eiusdem discordie erga ipsum dominum nostrum ducem uulnerando, occidendo aut qualitercumque alias excedendo in ***Altzeia*** ciuitate sua uel extra a tempore libertationis seu exemptionis ipsius usque in hodiernum diem uel antea inuenti fuerimus deliquisse et nos pro nobis et omnibus aliis supradictis remisimus et remittimus, siquid nobis uel eisdem per strenuum militem dominum ***Gotfridum Lettonem***, quondam sculletum eiusdem domini nostri ducis, et viros discretos vniuersitatem militum et ciuium in ***Altzeia*** et eorundem consanguineos et amicos similiter pretextu eiusdem discordie est ab eodem tempore irrogatum et promisimus nichilo-

minus et promittimus pro nobis et nostris heredibus fide data, eidem domino duci pro se et suis heredibus nos eisdem omne ius et honorem suum in ipsa ciuitate *Altzeia* et extra in posterum in judiciis et quibuscunque aliis iuribus integraliter seruaturos, fideliter et efficaciter promoturos et ipsos in eorundem defensionibus pro iuribus adiuturos sibique et ipsis heredibus suis ubicunque et contra quemcumque, prout ministeriales, officiales, fideles seu vasalli facere debuerint, perpetuo seruituros et ipse nobis omnem honorem et ius, si qua habere debuerimus, seruare et defendere tenebitur uice uersa, per hoc tamen non renunciauit nec renunciat instrumento, quod sibi antea nos dapiferi dedimus *Wormacie* sub sigillis virorum nobilium domini *Emerchonis* quondam *comitis Siluestris* et domini *Ruperti* quondam *comitis Jrsuti* et quorundam aliorum nec eiusdem continentie instrumenti, quod saluum, sanum et inconuulsum per omnes sui clausulas remanebit, hoc excepto, quod ad ostendendum nobis, quod si nos ad seruiendum sibi beniuolos disponamus et disposuerimus paratus est, gratiam facere nobiscum, nobis dapiferis remisit omnem satisfactionem et restitutionem, si quam sibi iuxta tenorem eiusdem instrumenti debuissemus fecisse in denariis et frumento, que de bonis suis et possessionibus occupatis indebite tuleramus saluis restitutionibus et satisfactionibus aliis faciendis et saluis sibi bonis et possessionibus, de quibus tulimus supradicta, et breuiter omnibus aliis, que idem continet instrumentum. Ordinatum est insuper, quod nostri dapiferorum et *Wintronum* homines de cetero ad eandem ciuitatem suam in *Altzeia,* quamdiu erga eum uel heredes suos non excesserimus, non recipiat nec recipi patiatur, in arbitrio autem eiusdem domini nostri ducis consistit, an nobis dapiferis aliquam gratiam uelit facere de receptis et iidem remittentur ad iudicia, in quibus antea residebant, ad respondendum in eisdem nobis dapiferis de promissis, que nobis fecerunt,

Digitized by Google

antequam se ut ciues in ciuitate reciperent antedicta. In cuius rei testimonium presentes damus ipsorum dominorum burcgrauii, de *Hohenloch* et de *Bikkenbach* et sculteti de *Oppenhaim*, nostri dapiferorum et mei *Wernheri Wintronis*, in quod et ego *Phylippus Wintro* consentio, et suo et meo nomine cum premissis apponi petii, quia sigillum proprium non habeo, sigillorum munimine roboratas.

Dat. *Moguntie* a. d. M.CC.LXXXVIII, iii. kalendas februarii.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 425.

1288 (15. April). Nos *Hildegardis* dicta abbatissa, totusque conuentus in *orto* b. *virginis* apud *Wormaciam*. Constare volumus, quod dominus *Herbordus* dictus de *Laudenburc*, prebendarius ecclesie *wormat.*, sua nouissima prouidens ac de bonis a deo sibi collatis cupiens aliquid pro remedio anime sue reponere in sazophylatio celestium thesaurorum, dedit et legauit nobis xii. maldra siliginis, que super bonis nostris in *Oppinheim* *) sitis pro xlii. libris hallens. a nobis numerate pecunie comparauit, volens et ordinans, ut de eisdem xii. maldris singulis annis in perpetuum duodecim diebus quatuor temporum conuentus noster per cellerariam domus nostre, que tunc pro tempore fuit, in piscibus recentibus vel ouis, si visum fuerit expedire, vltra statutam et consuetam prebendam procuretur quanto de hujusmodi annone prouentibus potest melius gubernari. Et vt nichilominus ipsius *Her.* ac parentum suorum memoriam in orationibus nostris sollempniter habeamus,

*) Wiesoppenheim.

ad quod obseruandum et memoriter celebrandum, peti a talis siue conditio est adjecta, ad quam nos et nobis succedentes presentibus obligamus, videlicet siquid in amministrationibus predictis in parte uel in toto neglectum fuerit aut subtractum, quod illo anno, quando talis, quod absit, casus euenerit, tenebimur dominis ecclesie s. *Andree wormat.* xii. maldra siliginis presentare et sine relaxatione qualibet assignare. Vt autem premissa omnia, ad que nos et nostrum monasterium obligamus, rata et inconuulsa permaneant, hoc scriptum sigillo conuentus nostri fecimus roborari.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LXXXVIII, fer. v. a. domin. jubilate dom.

(Das Siegel der Aebtissin hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 426.

1288 (2. Juni). I. n. d. a. *Gerlacus*, *Johannes* dictus *Crenzelin* et *Jacobus* de *Flanburnen*, canonici ecclesie s. *Pauli Wormatie*, ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum inter decanum et capitulum ecclesie nostre s. *Pauli* predicte ex parte vna et *Johannem*, viceplebanum de *Iberensheim*, super decima minuta tam in rapis, leguminibus, quam eciam in lino in campo extra sepes ville predicte questio et discordia verteretur, tandem predicte partes in nos conuenerunt, ut receptis probationibus et testibus ydoneis hinc et inde, cui partium predictarum prefata decima pociori jure deberetur, diffinitam sententiam proferremus, nos itaque receptis testibus et examinatis diligenter de eorum noticia et scientia, dictis quoque seu attestacionibus eorum publicatis inuenimus decanum et capitulum ecclesie predicte fuisse et esse in possessione et perceptione decime supradicte a tempore, cuius non extat memoria, vnde in hiis scriptis potestate nobis tradita et

Digitized by Google

commissa a partibus antedictis pronunciamus, prefatam decimam pociori jure debere attinere ecclesie supradicte, quam viceplebano in *Yberensheim* celebranti, sibi et suis successoribus super ipsa decima perpetuum silentium imponentes.

Act. a. d. M.CC.LXXXVIII, die s. Marcellini et Petri.

(Von den Siegeln der Aussteller hängen nur die beiden ersten und zwar wenig beschädigt noch an.) Orig.

№ 427.

1288 (2. Juni). Nos *Ebirhardus* camerarius *maguntinus* profitemur, quod *Salmannus* et *Baldungus*, judices a nobis sub professione iuramenti eorum requisiti, publice recitarunt, quod *Goplo* de *aquis*, ciuis *maguntinus*, presentibus eisdem *Humberto* de *ariete*, *Jacobo Walpodone*, *Petro* de *Wolkenburg*, *Herbordo Karpe* et *Thilmanno* dicto *ad juuenem*, ciuibus eciam *maguntinis*, curiam suam dictam *paris*, quam inhabitat, *Maguncie* sitam, precipue propter deum ac anime sue salutis intuitu, monasterio et conuentui *fratrum minorum* in *Maguncia* pro media parte post ipsius *Goplonis* et *Odilie* begine, sue neptis, obitum legacione iam nunc inter uiuos facta contulerit obtinendam, prefato *Thilmanno ad juuenem* legacionem eandem loco predictorum *fratrum minorum* suscipiente, de residua uero media parte eiusdem curie similiter post suum et dicte *Odilie*, sue neptis, obitum ecclesie et capitulo s. *Stephani maguntini* xxx. marcas denariorum aquens., item monasterio et conuentui monachorum *ebirbacensium* x. marcas et abbatisse et conuentui monasterii s. *Agnetis* in *Maguncia* x. marcas predicte monete recipiendas eciam legauerit in hunc modum, quod supradicti *fratres minores* eandem mediam partem curie antedicte pro l. marcis aquens. denariorum, si uoluerint et

eis placuerit, inter memoratos s. *Stephani* decanum et capitulum, *eberbacensis* monasterii abbatem et conuentum et s. *Agnetis* abbatissam et conuentum proporcionaliter distribuendas redimere debeant premissis omnibus, hoc sane incluso, quod predictus *Goplo*, non obstante legacione prehabita per eum facta, quamdiu uixerit et quando uoluerit ipsam reuocare ualeat et mutare. Huic recitacioni in consistorio judicii super curia domini archiepiscopi *maguntini* rite secundum ius et consuetudinem ciuitatis *maguntine* facte presentes affuerunt *Heinricus* scultetus, *Dudo* judex, *Emercho* de *macula*, *Conradus* de *cacuba*, *Emercho poto*, *Arnoldus* de *Nodo*, *Karolus* et q. pl. a. ciues *maguntini*. In quorum testimonium nos prefati *E.* camerarius, *H.* scultetus, *Ja. Walpodo*, *Dudo*, *Salmannus* et *Baldungus*, judices, sigilla nostra litteris presentibus dignum duximus appendenda.

Acta sunt hec a. d. M.CC.LXXXVIII, iiii. nonas junii.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 428.

1288 (12. Juni). Ego *Johannes*, natus quondam viri nobilis domini *Philippi* de *Hoenuels* senioris, recognosco, quod ego vniuersa bona, omne ius, omnia seruicia, consuetudines facti siue iuris, debiti uel indebiti, quocunque nomine nuncupentur, tam in villa quam in campo, necnon cum vasallis et iure vasallorum ad aduocaciam ville *Armisheim* pertinentibus, que ego cum fratribus meis in diuisione hereditatis a meis progenitoribus iure feodali michi competentis a domino abbate et conuentu monasterii s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* hucusque diuisa possedi, eisdem abbati et conuentui sollempni donatione iam nunc et inperpetuum in manus eorum per me factam, restitui atque dono.

A. d. M.CC.LXXXVIII, die s. Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii.

(Das Siegel der Mainzer Richter ist abgeschnitten, das des Ausstellers hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 429.

1288 (19. Juni). ***Wilhelmus*** decanus, totumque capitulum ecclesie s. ***Martini wormat.*** Constare volumus, nos et ecclesiam nostram teneri in xl. maldris siliginis perpetui redditus erga nos denariis ***Wilhelmi*** bone memorie, quondam decani ecclesie nostre, videlicet cclx. libris hallensium, quorum maldrorum xxx. maldra in remedium anime ipsius ***Wilhelmi*** et memoriam annis singulis distribuentur hoc modo inter pauperes et egentes, videlicet a die b. Seruacii sexaginta diebus continue subsequentibus omni die dimidium maldrum pistandum in xxx. panes dabitur pauperibus ad elemosinam huiusmodi deputatis et eligentur sexaginta pauperes alternatim et diebus alternatis huic elemosine succedentes et si karistia et fames grauis incideret, decanus et officiati nostre ecclesie videlicet vnus ex canonicis et distributor presenciarum, qui pro tempore fuerint, secundum consilium capituli nostri dictorum xxx. maldrorum elemosinam inter pauperes distribuent, qui decanus et duo officiati ecclesie nostre predicti de viii. maldris isto modo consolacionem sui laboris habebunt, videlicet decanus iii. maldra, officiatus ex canonicis iii. maldra, distributor ii. maldra percipient annuatim, ii. vero maldra residua capitulum reseruabit et cum eis labori pistoris et precio respondebit.

Dat. a. d. M.CC.LXXXVIII, xiii. kalendas julii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 430.

1288 (22. Juni). I. n. d. a. *Symon* dei gratia *wormaciensis* episcopus. Cum super questione et controuersia, que inter scolasticum et capitulum ecclesie nostre *wormat.* ex vna et scabinos ac vniuersitatem ville *Gunthersblumen* ex parte altera, super decimatione feni, stucum et aliarum rerum decimabilium vertebatur, vt super eis diffinire deberemus, fuerit compromissum, nos visis et diligenter examinatis hiis, que predicte partes nobis pro instructione sui juris hinc et inde exhibuerunt, habito eciam super eis jurisperitorum et sapientium consilio, in hiis scriptis diffiniendo pronunciamus, prefatos scabinos et vniuersitatem ville predicte de jure teneri ad decimacionem feni, stucum et aliorum fructuum vniuersorum decimabilium, non obstante permutacione, quam ipsi pretendunt et pretenderunt, cum spiritualia cum temporalibus permutati non possint, presertim cum predicti scabini et vniuersitas non probauerunt ipsam permutacionem, que tamen probata non prodesset, cum eciam non probauerint, quod predicta permutatio auctoritate romani pontificis fuerit confirmata, vnde exigente iusticia ipsos ad persolucionem decime inantea feni, stucum et aliorum fructuum decimabilium *wormat.* ecclesie condempnamus, reseruata ipsis scolastico et capitulo contra scabinos et vniuersitatem predictos peticione legitima expensarum.

Act. a. d. M.CC.LXXXVIII, x. kalendas julii.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 431.

1288 (19. Aug.). Iudices *wormacienses.* Constitutus in nostra presencia *Orto*, prebendarius ecclesie s. *Pauli wormat.* procurator et collector censuum eiusdem ecclesie in *Mennelesgarde*, confessus fuit, se locasse nomine ec-

Digitized by Google

clesie predicte *Gerhardo* de *Lichtenstein*, canonico *wormaciensi*, ortum situm extra nouam portam ciuitatis *wormaciensis* prope pontem lapideum, cum vinariis et aliis pertinenciis pro ii. libris hallensium et iv. caponibus iure hereditario possidendum, vna libra et iv. caponibus in festo Remigii, alia vero in festo b. Georgii persoluenda. Actum est eciam inter capitulum ecclesie predicte ac ipsum *G.*, vt quicunque heredum ipsius *G.* census terminis non soluerit prenotatis, cadat ab hereditate et quod ortus cum suis pertinenciis ad ecclesiam reuertatur memoratam.

Dat. a. d. M.CC.LXXXVIII, fer. v. p. assumpt. b. Marie virg.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 432.

1288 (16. Oct.). Nos *Heinricus* abbas, totusque conuentus monasterii s. *Jacobi* prope *Maguntiam* profitemur, nos teneri domino *Philippo*, dapifero de *Alceya*, in l. marcis denariorum aquens. legalium et datiuorum in *Moguncia*, persoluendis eidem in natiuitate b. Marie virginis proxima pro eo, quod idem renunciauit omnibus iuribus, consuetudini et requisitioni, que ipse habuit in villa *Armisheim* a domino *Philippo* quondam seniore de *Hoenuels*, ita, quod ipse uel sui heredes nunquam ad nos habebunt inpeticionem aliquam de premissis. Quocunque autem anno sibi l. marcas denariorum aquens. in natiuitate b. Marie virginis uel in prima vespera ipsius non assignauerimus, in crastino natiuitatis eiusdem sibi in prouincia constituto uel suis nunciis in monte b. *Jacobi* infra septa nostri monasterii v. marcas assignabimus quousque sibi l. marcas persoluerimus prenotatas, quas v. marcas non vltra sortem receptas recognoscimus sed assignatas nomine pensionis, renunciantes omni impetitioni iuris canonici uel ciuilis, que

nobis de v. marcis predictis contra *Philippum* dapiferum posset aliquantulum suffragari. Si autem dominus *Philippus*, dapifer de *Alceya*, extra prouinciam fuerit constitutus vel si decesserit, nos cum strenuo viro *Wernhero* sculteto *oppinheim.* suo genero uel suis nunciis ad hoc deputatis singulis annis de v. marcis supradictis usque ad solucionem l. marcarum expedire debemus in omnem modum, sicut superius est expressum. In cuius rei testimonium nostra sigilla vna cum sigillis nobilis viri domini *Eberhardi* comitis de *Kaczinellinbogin* et ciuium *oppinheim.* presentibus sunt appensa.

Dat. a. d. M.CC.LXXXVIII, prox. dominica a. fest. b. Galli conf.

(Die Siegel hängen wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 433.

1289 (21. Jan.). *Symon* dei gracia prepositus s. *Martini* et cantor *maioris* ecclesiarum *wormat.* Cum honorandi uiri decanus et capitulum ecclesie nostre predicte nostrum statum prosperum prosequentes ccl. libras hallensium nobis mutuauerint pro nostris euidentibus necessitatibus redimendis, nos recognoscentes predictum debitum et confitentes nobis plene satisfactum de pecunia memorata ac volentes ecclesiam nostram et personas conseruare indempnem pro solucione ipsius pecunie per nos integre soluende, viros fidedignos videlicet *Gerhardum* prepositum s. *Pauli*, *Emichonem* fratrem nostrum, *Arnoldum* de *Schoninburc*, *Gerhardum* de *Lithemstein*, *Heinricum* dictum *Bintrime*, *Jacobum* dictum *Rode*, nostros concanonicos, *Egenolfum* cantorem ecclesie s. *Martini*, *Eberhardum* canonicum s. *Pauli*, *Wernherum Amelle* et *Heilmannum* dictum *Jude*, ciues *wormatienses*, nostros constituimus fideiussores in solidum, ita, quod post monicionem de-

cani vel cuiuscumque alterius de ipsa ecclesia *s. Martini* de hoc habentibus mandatum speciale commoniti *Wormatie* in duobus hospiciis per se vel per alios fideiussorias facient commessaciones, quousque prefatis dominis nostris et ecclesie fuerit de prefata pecunia satisfactum. Et nos *Symon* prepositus ac fideiussores prenominati in testimonium presentibus litteris nostra sigilla duximus appendenda.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXIX, xii. kalendas februarii.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 434.

1289 (26. Jan.). Nos *Heinricus* comes de *Spanheim* junior profitemur, quod aduocatiam nostram in villa et terminis ville *Jsenheim*, tum in iudicio quam in hominibus siue bonis cultorum et incolarum eiusdem ville, ex collatione felicis memorie domini *Philippi* de *Bolandia*, nostri soceri, et domine *Lucardis*, socrus nostre, ad nos deuolutis, qualicunque et quocunque modo tenuimus in hunc diem, vno pistrino, quod *Emercho* dictus *Store* miles de *Schornisheim* a nobis in ipsa villa obtinere dinoscitur in feudo, dumtaxat excepto, communicata manu *Kunegundis*, nostre collateralis, de libera voluntate nostra, accedente domini *Johannis* de *Spanheim* comitis, fratris nostri, necnon *Alberti* comitis de *Lewenstein*, nostri sororii, consensu, predicto *Emerchoni* militi de *Schornisheim* et *Johanni* dicto *Sluszel* militi in feudum perpetuum concessimus a nobis et nostris heredibus obtinendum, hac sane interposita pactione, quod predicti *Emercho* et *Johannes* a nobis infeudati supradictos villanos seu incolas nullo exactionum siue seruiciorum genere seu perangariarum, que *herbergen* wlgariter appellantur, ad ipsius feudi ius siue consuetudinem

debite vel indebite attinentium vltra summam ii. librarum hallensium, quas eisdem annuatim in festo b. Martini tantummodo persoluent, non possint aut debeant aliquatenus pregrauare, et idipsum circa memoratos incolas et villanos vniuersi eisdem in dicto feudo succedentes, quorum duo tantum debent esse, videlicet cuiuslibet senior heres heredum suorum perpetuis temporibus obseruabunt. Renunciatione quoque dicte aduocatie ac jurium nostrorum omnium predictorum iam nunc per nos facta, supradictos *Emerchonem* militem et *Johannem* in ipsorum possessionem transmittimus corporalem, promittentes eisdem super ipsorum possessione quieta secundum ius et consuetudinem terre ac nostrorum vasallorum debitam warandiam nos facturos. Promittimus eciam sub sacramento juramenti prestiti, nos et nostros heredes in hiis scriptis firmiter obligando, quod homines et incolas predicte ville, tam presentes quam futuros, nullo vnquam seruiciorum genere impetemus seu ab aliis quibuscumque nostro nomine procurabimus impeti. Nichilominus quoque judices s. *maguntine* sedis, quorum potestati et jurisdictioni iam nunc iuxta proprii nostri electionem arbitrii nos in hac parte subicimus, obmissa citatione et omni iudiciorum strepitu quiescente, excommunicationis in nos et heredes nostros sententiam proferre debeant vsque ad statisfactionem debitam sine relaxatione qualibet duraturam. De feudo quoque xx. maldrorum siliginis et vnius carrate vini, quod *Humberto* de *ariete*, ciui *maguntinensi*, quamdiu vixerit de predicta villa *Jsenheim* annis singulis ministratur, dicimus et fatemur, quod idem feudum post dicti *Humberti* obitum ad communes vsus cultorum et incolarum ville *Isenheim* deuoluetur, nec quisquam in eodem aliquid iuris uel vtilitatis sibi specialiter vsurpabit. Ceterum de supradicto pistrino illo, quod antedictus *Emercho* de *Schornisheim* in prefata villa *Isenheim* a nobis obtinet in feodo, dicimus et fatemur esse taliter obseruandum, quod dicti villani et incole

debent ipsum pistrinum sibi redimere pro xx. marcis denariorum aquens. a festo pasche nunc instante infra duorum annorum terminum immediate succedentium, hoc adiecto, quod idem pistrinum ita comparatum nullius vsui specialiter deseruiet, sed vniuersitati incolarum ville predicte debet subuenire. Testes aderant huic facto *Wernherus* scultetus de *Oppenheim*, *Hermannus* de *Sauwelnheim*, *Heinricus* dictus *Ruhe*, *Sibodo* de *Altzeia*, *Heinricus* dictus *von dem bohele*, *Emercho* et *Marquardus*, fratres sui de *Schornisheim*, milites, qui inquam testes et alii quamplures etiam affuerunt, cum *Philippus*, sororius noster, renunciationem predicti feudi in *Isenheim* coram domino *Rudolfo Romanorum* rege fecit et aliorum suorum quorumlibet feudorum. Ad maiorem itaque certitudinem singulorum et omnium premissorum predictorum judicum s. *maguntine* sedis, necnon *Johannis* comitis de *Spanheim*, fratris nostri, ac eciam *Alberti* de *Lewenstein* comitis et ciuium *maguntinensium* et *oppenheimensium* sigillis vna cum appensione sigillorum nostri ac predicte nostre collateralis presentes litteras petimus communiri.

Act. a. d. M.CC.LXXXIX, in crast. conuers. b. Pauli.

(Sämmtliche Siegel, mit Ausnahme des der vorg. Kunigunde, welches fehlt, hängen an roth seidenen Schnüren wohl erhalten an.)

Orig.

№ 435.

1289 (Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis. Constituti in figura judicii coram nobis *Emercho* aduocatus de *Badenheim* et *Heinricus* dictus *Cleyneschuch* ac *Wernherus*, *Metza* begina et *Grela*, filia quondam *Philippi* ibidem, recognouerunt, se recepisse a decano et capitulo ecclesie s. *Johannis Moguntie* bona infra scripta expressa in literis eorundem decani et capituli, quarum talis est tenor.

Emercho decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis moguntini.* Nouerint vniuersi, quod nos *Emerchoni* aduocato de *Badenheim* iv. jugera et dimidium sita in *Heseloch,* item iugerum *amme diffen wege* apud dominas de *Dalen,* item dimidium iuger commune ipsi aduocato et *Heinrico* dicto *Cleyneschuch* de *Badenheim*, situm *in me nider merse* ac domum sitam in villa *Badenheim* communem eisdem locauimus iure hereditario obtinenda, ita, quod ipse *E.* et suus heres senior, apud quem eadem bona semper indiuisa manebunt, singulis annis maldrum siliginis, moguntine mensure, ad luminaria nostre ecclesie infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa persoluant, quod et ipsi ante granarium ecclesie nostre presentabunt sub eorum periculis, laboribus et expensis, alioquin dicta bona ad nostram ecclesiam libere reuertentur. Si uero prefatus *E.* aut suus heres senior dicta bona uel partem eorum vendere decreuerit, nobis prius ipsa offeret et si tantum pro eis dare uoluerimus quantum alii emptores, nos omnibus emptoribus preferent et si ea emere noluerimus, vendat alteri cuicunque uoluerit, ita tamen, quod nos et ecclesia nostra semper de pensione nostra predicta bene maneamus securi. Act. a. d. M.CC.LXXXIX, mense februario.

Emercho decanus etc. nouerint, quod nos *Heinrico* dicto *Clegneschuch* de *Badenheim* ii. iugera sita in uno sulco *offe diz wer,* item *an oberdorffir berge* ii. iugera, item iugerum prati *in der bis lache,* item dimidium duale *zu rorzune*, item dimidium iuger *in me nider merse,* commune ipsi *Heinrico* et *Emerchoni* aduocato, ac domum sitam in villa *Badenheim,* communem eisdem, locauimus etc. Act. a. d. M.CC.LXXXIX, mense februario.

Emercho decanus etc. nouerint, quod nos *Wernhero* quondam marito *Katherine, Metze* begine et *Grete,* filiabus quondam *Philippi* de *Badenheim,* i. iugerum *offe deme berge an der Harwesheimer marken,* item v. quartalia

Digitized by Google

an deme Riderberge, item duale *bi dem wihere* et jugerum *bi dem miltil breiden steyne* de bonis ecclesie nostre locauimus, ita, quod ipsi singulis annis in decollacione b. Johannis baptiste ii. libras cere ad luminaria ecclesie nostre persoluant etc. Act. a. d. M.CC.LXXXIX, mense maii.

In huius igitur recognicionis fidem nos judices predicti sigillum nostrum appendimus huic scripto.

Act. a. d. M.CC.LXXXIX, viii. idus junii.

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 436.

1289 (28. Febr.). Nos *Gebehardus* decanus, totumque capitulum *maioris*, *Walzo* decanus, totumque capitulum s. *Stephani*, ecclesiarum *maguntinarum*, recognoscimus, quod apothecam vnam extra murum atrii predicte *maioris* ecclesie uersus monetam *Maguncie* sitam nobis communiter attinentem, quam *Adelheidis* vidua prius a nobis obtinuit, ex resignacione ipsius *Adelheidis* *Heinrico* rasori et *Gerdrudi* sue vxori, ciuibus *maguntinis*, hereditario iure a nobis obtinendam, concessimus in hunc modum, quod ipsi et heredes ipsorum de eadem apotheca singulis annis v. solidos et vi. denarios aquens. siue colon. in natiuitate b. Johannis baptiste ac totidem solidos atque denarios eiusdem monete in festo b. Martini nobis communiter, duosque cappunos specialiter michi predicto ecclesie s. *Stephani* decano nomine census soluant, predicte nostre concessioni hoc expresse incluso, quod quandocunque iidem *Heinricus* et vxor sua seu heredes ipsorum super obtentione dicte apothece judicii secularis auxilium inuocauerint, statim ipso facto a iure concessionis nostre ipsis in ea facte cadere debeant et eadem apotheca cum

emendacione sibi ab ipsis inpensa redibit ad nos libera et soluta.

A. d. M.CC.LXXXIX, ii. kalendas marcii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№. 437.

1289 (28. Febr.). Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Hernidus* de *Hocheim* et *Metza* vxor sua, ciues *maguntini*, precipue propter deum ac animarum suarum salutis intuitu, curiam suam dictam *zume spansheimere*, quam inhabitant, abbatisse et conuentui monasterii in *Dalen*, ubi filia ipsorum domino famulatur, contulerunt in hunc modum, quod post vnius eorum obitum i. marce redditus et demum post alterius obitum similiter vnius marce redditus dictis abbatisse et conuentui ad anniuersaria utriusque ipsorum sicut occurrunt perpetuo peragenda de prefata curia debeant ministrari, hac pactione, ut quandocunque inhabitatores et possessores eiusdem curie prefatas ii. marcas debito tempore ad dicta anniuersaria peragenda ultra octo dies ministrare neglexerint, eadem curia ad prefatum monasterium in *Dalin* libere deuoluatur. Et ad hec inuiolabiliter obseruanda supradicti *Hernidus* et *Metza*, vxor sua, se et suos successores in dicta curia sub caucione, que *borgin* uulgariter dicitur, in figura judicii secularis se astrinxerunt.

Acta sunt hec coram *Heinrico* sculteto, *Salmanno* et *Baldungo*, judicibus *maguntinis*, presentibus *Humberto* de *ariele*, *Reinoldo* ad *Lugeln*, qui prefatam donacionem nomine claustri suscepit, item *Conrado* de *speculo*, *Herboldo* filio *Kudelruden*, *Herboldo* filio *Anzonis* de *Britza*, *Conrado* de *cacuba*, *Emerchone* de *macula*, *Arnoldo* de *Nodo*, *Emerchone pacin*, *Karolo* et aliis ciuibus *maguntinis* fidedignis, in consistorio

judicii super curia domini archiepiscopi *moguntini*. In cuius facti testimonium nos prefati *H.* scultetus, *Salmannus* et *Baldungus*, judices, sigilla nostra presentibus dignum duximus appendenda, a. d. M.CC.LXXXIX, fer. ii. prox. p. dom. inuocauit.

(Die Siegel hängen unbeschädigt an.) Orig.

№ 438.

1289 (6. März). Ego *Philippus* dapifer de *Alceya* recognosco, me tenuisse in feodo pignoris v. marcarum redditus in villa *Armisheim* pro l. marcis denariorum colon. a *Philippo* de *Hoenuels* seniore clare memorie et suis filiis, quam villam dictus nobilis et sui filii ab abbate et suo conuentu de monte s. *Jacobi* prope *Mogunciam* possidebant titulo feodali. Sed quia dictus abbas et conuentus prefatam villam *Armisheim* a filiis predicti nobilis senioris de *Hoenuels* conquirentes ad suam retraxerunt potestatem et dictos v. marcarum redditus in l. marcis denariorum colon. assignatis absolutos et liberos reddiderunt, igitur pro me ita, quod mihi nec meis heredibus in dictis v. marcarum redditibus nichil iuris competit, plane renuncio, non obstante, quod instrumentum tale publicum, porrectum mihi a supradicto nobili de *Hoenuels* seniore, de feodo v. marcarum predictarum in *Armsheim* propter immixtionem et conuinctionem iuris, quod habeo a prefato nobili in villa *Bibilnheim*, dicto instrumento insertam confringi, alienari non expedit uel cassari. In cuius rei testimonium meum sigillum vna cum sigillis *Ebirhardi* comitis de *Kaczinellinbogin*, ciuium *oppinheim.*, ac *Wernheri* sculteti ibidem, mei generi, presentibus est appensum.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, domin. reminiscere ii. nonas marcii.

(Die Siegel hängen sehr beschädigt an.) Orig.

№ 439.

1289 (1. April). Ego *Golzo* miles dictus de *Dyninheim* recognosco, me legasse in salutem animarum parentum meorum et in salutem anime mee post mortem meam, de consensu domini episcopi *wormatiensis*, abbatis ecclesie *fuldensis*, prepositi s. *Pauli wormaciensis*, necnon prepositi s. *Johannis* ecclesie *fuldensis*, ad quem spectat collacio parrochie in *Dininheim* et . . . sacerdotis in eadem parrochia pro tempore celebrantis, qui nunquam me uel meos heredes aut sacerdotem talem, cui annuatim prouentus subnotatos recipiendos deputauero, impetet uel uexabit sacerdoti celebranti in capellula s. *Nycolai* in *Dininheim* perpetuo diebus continuis xx. maldra siliginis, wormat. mensure, presentanda *Oppinheim*, ante quamcunque domum sacerdos talis voluerit, qui in prefata capellula b. *Nicolay* pro tempore celebrabit et carratam vini recipiendam in vineis ad hoc deputatis. Sunt autem bona tam in agris quam vineis, de quibus dicta xx. maltra siliginis et carrata vini cedere debent, in hunc modum sita. Videlicet v. iugera superius super fontem dictum *sulceborne* super monachos de *Ebirbaco* in terminis ville *Dyninheim*. Item v. iugera pertingencia uersus *Vluirsheim* et tendencia super . . . . relictam *Helfmanni* militis dicti *Vnbisccidene*. Item iii. iugera *zu plencerin* iuxta *Sigelonem* de *Durinkeim* prope vineam, que fuit *Jacobi* militis dicti de *Lapide*. Item vii. iugera super ascensum dictum *steyge* super agrvm dominorum de *Ebirbaco* prope . . . . relictam *Wigandi*, militis de *Dininheim*. Item iv. iugera in campis *oppinheim.*, in que includit se frustum dominorum s. *Stephani* de *Moguncia*. Item ii. iugera ex altera parte vie dicte *mortwek* iuxta pueros *Friderici* dicti *Oracze*. Item v. iugera uersus *Elldingin* inter *Volcnandissam* et *Alberonem*. Item ix. quartalia propo portam campestrem dic-

tam *vallidor* in vico *Benzonis*. Item vinee iii. iugera zu *Kannile* infra duas stratas contiguas. Item ii. iugera zu *Elldingin* prope magnum agrvm . . . . relicte *Helfmanni Vmbisceidene*. Item ortum videlicet ii. iugera inter monachos de *Ebirbaco* et *Wernherum* militem de *Sauwilnheim*. Item in curia mea in *Dyninheim* domum et cellarium sub domo ac domum torcularíam et edificia uersus *Wormatiam* directe super viam dictam *Twerchwek*. Et notandum, quod predicta bona sunt per me titulo proprietatis assignata, post mortem meam a seniore heredum meorum possidenda, ideo, quod permaneant indiuisa, ita tamen, quod hec bona cum aliis bonis meis post mortem meam inter heredes meos vniuersos proporcionaliter diuidantur. De hiis autem redditibus de capella b. *Nicolay* sacerdoti ibidem celebranti cedentibus dominus abbas *ebirbacensis*, qui pro tempore fuerit, dictam capellam diebus continuis per religiosam personam sui ordinis pro sua voluntate iuxta timorem dei et salutem anime sue et de scitu mei senioris heredis predicti prefate capellule competentem officiari procurabit officiis diuinorum, quod si non fecerit sic, quod eadem persona religiosa infra mensem non celebrauerit in dicta capella continue infra mensem immediate subsequentem, per personam secularem dicte capelle de scitu senioris heredis mei, ut premissum est, prouideri faciet in diuinis. In qua prouisione diuinorum tam in personis religiosis quam secularibus, si dominus abbas *ebirbacensis* negligens fuerit, sub eadem forma, ut supradictum est, ad dominum *otdirburgensem* dicta diuinorum prouisio pertinebit. Qui eciam si in prouisione diuinorum remissus fuerit, extunc ad dominum episcopum *wormatiensem* spectabit prebende collacio supradicte. Sciendum autem de herede meo seniori antedicto, si sibi post mortem meam quocumque sit anno uidebitur forte, quod hec bona mea predicta nimis onerata sint xx. maltrorum siliginis et carrate vini pensione et ideo

forsan eandem neglexerint soluere pensionem, abbas *ebirbacensis*, si prouidit capelle rite in diuinis, se de bonis pro pensione locatis intromittet et sacerdoti ad s. *Nycolaum* in *Dininheim* celebranti de ipsis bonis suam prebendam in vino et annona annis singulis ministrabit, quod dominus episcopus *wormatiensis* et abbas *otdirburgensis* facient, si ipsos ex negligencia abbatis de *Ebirbach* conferre contigerit prebendulam prenotatam. In cuius legacionis mee testimonium episcopi *wormatiensis*, abbatis *fuldensis*, prepositi s. *Pauli wormatiensis*, prepositi s. *Johannis* in *Fulda*, abbatum de *Ebirbach* et *Otdirburg* necnon ciuium in *Oppinheim* sigilla presentibus sunt appensa.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, kalendas aprilis.

(Nur das Siegel der Stadt Oppenheim hängt noch sehr beschädigt an roth seidener Schnur an.) Orig.

№ 440.

1289 (2. April). Nos *Sygilo* de *Wattenheim* miles et *Ida*, coniuges *wormatienses*, vna cum sororio nostro herede profitemur, nos a decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* ii. jurnales cum dimidio campestris agri in fine vici dicti *canum* retro ortum *Henrici*, camerarii militis *wormat.* sitis, conduxisse pro pensione annua, videlicet iii. maldris siliginis singulis annis infra assumtionem et natiuitatem b. Marie virginis nostra vectura, laboribus et expensis ante granarium dominorum ecclesie s. *Andree* presentandis, pro qua pensione soluenda dimidium jurnalem nostrum super prefatos jurnales tendentem pro subpignore prefatis dominis obligamus. Volumus eciam, quod melioraciones, si qua in prefatis jugeribus habite fuerint, post nostrum obitum in diuisione hereditatis aliis nostris liberis per seniorem nostrum heredem restaurentur, cum prefata jugera

ad predictum seniorem nostrum heredem tantummodo post nostrum obitum deuoluantur. In cuius rei testimonium presentem literam sigillo judicum *wormat.* vna cum sigillo mei *Sygelonis* de *Wattenheim* duximus sigillandum.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, in vig. palmarum.

(Copialbuch des Andreasſtifts zu Worms.)

№ 441.

1289 (4. April). *Symon* dei gracia *wormaciensis* episcopus decanis, archipresbyteris, camerariis et gerentibus vices eorum per *wormatiensem* ciuitatem et diocesim constitutis salutem in domino. In propria persona videntes, quam pulchre et quam vtiliter ad diuinum obsequium in fabrica capelle s. confessoris *Nicolai*, ciuitatis *wormat.*, magnifice inchoata opere sumptuoso fidelium elemosine expenduntur, eapropter ob honorem dei et reuerenciam b. Petri apostoli patroni ecclesie *wormat.*, cui dicta capella coniuncta existit, ac propter gloriosa miracula confessoris eiusdem, que domus per eum frequenter operatur ibidem, eam pre ceteris ecclesiis nobis subiectis speciali dilectione fauorabilius amplectentes, promocioni eiusdem intendimus ex affectu, deuocioni igitur vestre mandamus, quatinus vniuersos ecclesiarum rectores et vicarios ac eciam capellarios vobis subditos conuocetis ad certum locum et diem, quos vobis lator presencium nuncius ecclesie *wormaciensis* predicte duxerit assignandos, audituros nostrum mandatum et indulgenciarum litteras, que in presencia legentur eorum, conuenientibus autem iniungatis, vt pro suorum remedio peccatorum et ob nostram fauorem suis promocionibus fabrice memorate subueniant, plebibus sibi subditis consulendo, ut ad opus tam pium suas elemosinas et alia subsidia largiantur.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, ii. nonas aprilis.

(Das Siegel des Ausſtellers fehlt.) Orig.

№. 442.

1289 (20. April). Nos *Eberhardus* camerarius, *Salmannus*, *Baldungus*, *Jacobus* et *Ludewicus*, judices seculares *maguntini*, profitemur, quod cum a. d. M.CC.LXXXIX, fer. iv. prox. p. dom. q. cant. quasimodogeniti, in celebracione rei publice in loco consweto et solito judicio seculari *mogunt.* sollempniter presideremus, *Metza* coniunx *Sigelonis* monetarii, ciuis *moguntini*, duobus bannis primitus rite conquisitis, terciuin bannum suum sibi et *Johanni* puero suo super domum *Lybenecke* et super eius fundum et aream *in der goltgazzen Moguncie* sitam, quam idem *Sigelo* ipsis, priusquam uenisset intrare ordinem b. Johannis hospitalis jherosolom., et suam donandi et legandi facultatem habuit, donauerat, prout *Heinricus*, sculthetus *moguntinus*, a me predicto *E.* camerario commonitus, sub juramento suo ibidem, coram se fuisse peractum, publice pronunciauit, acquisiuit in hunc modum, quod quamdiu predicti *Metza* et *Johannes* vixerint, eandem domum pariter debeant possidere nec vnus ipsorum sine consensu alterius de ipsa quicquam valeat ordinare. Ceterum quemcunque ex eis prius emigrare contigerit ab hac luce, pars ipsius decedentis ad alium vita superstitem libere deuoluetur, ita, quod de ipsa ordinet et disponat, quicquid sue fuerit voluntatis. Nichilominus eciam idem *H.* declarauit, quod prefatus *S.* ante votum suum quandam aliam hereditatem sibi attinentem predicte domui *Libenecke* contiguam in vico *Goltgazzen* sitam *Ortlibo* dicto *de juueni abu* pro xxv. marcis denariorum colon. ipsi *Metze* per dictum *Sigelonem* in eadem hereditate deputatis et de ipsa certis temporibus persoluendis obligauit in pignore sub hac forma, vt si ipse *S.* in vita sua predictam pecuniam totalem prefatis *Metze* et *Johanni* non

soluerit expedite, ipse *Ortlibus* pretactam pecuniam antedictis *Metze* et *Johanni* in solidum soluere teneatur.

Act. et dat. anno et die quemadmodum superius est premissum, presentibus eodem *H.* scultetho, *Ortlibo* supradicto, *Karulo* et *Eberhardo*, scabinis, *Johanne* burggrauio, *Kunone, Cunrado* dicto *Creienberg* et *Wernhero*, ceterisque budellis et ciuibus *moguntinis*. Nos igitur prenotati *E.* camerarius et judices antedicti sigilla nostra vna cum prefati *H.* scultethi, quondam judicis, sigillo presentibus appendimus.

(Die Siegel sind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 443.

1289 (23. April). *Nicolaus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* profitemur, quod *Petrissa*, ecclesie nostre soror, ix. quartalia campestris agri in terminis campi uille *Luzilheim* et pratum attenens eisdem quartalibus situm ex altera parte *Reni*, in quibus eadem *Petrissa* habet usufructum, et post mortem eius ad nostram ecclesiam deuoluentur, locauit *Volzoni*, nepoti *Bernhelmi* de *Peffelincheim*, ad sex annos, quolibet anno pro tribus maltris tritici, ipsi *Petrisse* infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis in ciuitatem *wormat.*, ante quamcunque domum ipsa uoluerit, presentandis, hac adiecta pena, quod si alterutrum eorundem a locacione resilierit, parti obseruanti contractum tenebitur in vna marca argenti a die transgressionis infra decem dies persoluenda, dispositio autem de agris et prato prelibatis in nostra ecclesia ordinanda remanebit in ipsius *Petrisse* arbitrio voluntatis.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, ipso die Georgii mart.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№. 444.

1289 (1. Mai). *Conradus* decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* notum facimus, quod nos domum ecclesie nostre sitam in foro gentili, que fuit quondam *Embriconis* de *Rorbach*, concessimus *Nybelungo* carpentario et *Mechtildi* uxori sue et eorum pueris, si quos simul procreauerint, ita, ut in natiuitate domini xxx. denariorum colon. in festo b. Johannis baptiste, xxx. denariorum eiusdem monete nomine census annis singulis nobis soluant, domum eciam eandem sub bone et honeste fame custodia, ne aliqua inpudica in ea exerceantur opera et nichilominus in statu emendacionis taliter conseruabunt, quod ex hoc nobis in censu debito nichil ualeat deperire. Qnandocunque eciam super eiusdem domus obtencione judicii secularis auxilium inuocauerint aut contra aliqua premissorum uenire presumpserint, a iure concessionis nostre ipsis in ea facte cadent protinus ipso facto et eadem domus redibit ad nostram ecclesiam libera et absoluta.

Act. a. d. M.CC.LXXXIX, kalendas maii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№. 445.

1289 (10. Mai). *Cunradus* decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine.* Constare uolumus, quod *Cunrado* et *Drutlindi*, vxori sue, ciuibus *maguntinis*, et quatuor pueris eorum nunc habitis, videlicet *Johanni* habenti etatem sex annorum, *Katherine* habenti etatem nouem annorum, *Grethe* habenti etatem octo annorum et *Alheidi* habenti etatem quatuor annorum, ad tempora uite eorum tantum concessimus curiam nostram dictam *zume Walhusere* pro ü. marcis denariorum colon.,

Digitized by Google

quarum vnam in octaua Ephifanie et reliquam marcam in festo b. Margarete nomine census annis singulis nobis soluent. Ipsam uero curiam suis sumptibus edificabunt, emendabunt et emendatam conseruabunt. Post mortem uero ipsarum sex personarum ipsa curia ad nostram ecclesiam libere reuertetur.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXIX, vi. idus maii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 446.

1289 (28. Juli). *Nicolaus* episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui monasterii s. *Agnetis magunt.* salutem. Deuocionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presencium indulgemus, vt cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis clausis ianuis quibuslibet aliis presertim interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce canonicas horas dicere et per capellanum proprium diuina officia facere celebrari, dummodo vos vel idem capellanvs causam non dederitis huiusmodi interdicto, nec id vobis aut eidem capellano contingat specialiter interdici.

Dat. *Reate* v. kalendas augusti, pontif. nostri ao. ii.

(Vidimus der Mainzer Richter von 1289.)

№ 447.

1289 (6. Aug.). I. n. d. a. Nos *Johannes,* decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris magunt.* etc. statuimus, ut scolasticus, quicunque pro tempore fuerit in nostra ecclesia, ad regimen scolarum clericum actu et habitu diaconum existentem infra duos menses assumat et eidem in uictualibus honeste prouideat, cui, ut frequentacioni chori continue sit ligatus, presencias nostras sicut vni ex nobis con-

diuidemus equaliter, que solent tantum in choro presentibus ministrari. Habebit quoque annonam et vineas cum attinenciis suis ad luminaria spectantes, de quibus luminaria procurabit, secundum quod est hactenus obseruatum. Cantor quoque succentorem actu et habitu subdiaconum existentem capitulo nostro infra duorum mensium spacium presentabit, cui ipse xviii. maldra siliginis annis singulis ministrabit. Nosque eidem presencias dabimus absque vineis ad luminaria pertinentibus. Quod si scolasticus clericum aliquem subdiaconum existentem inuenerit ad scolarum regimen magis aptum, illum assumere poterit et idipsum cantori de diacono assumendo, qui ad officium succentoris habilior fuerit, saluum erit. Ordinamus quoque, ut diaconus et subdiaconus antedicti, rogati a nobis, prelatis et canonicis, qui sumus in eisdem ordinibus constituti, legant ewangelia et epistolas uice nostra quandocunque et quocienscunque fuerint requisiti, preterquam in maioribus festiuitatibus, in quibus ministrabimus per nos ipsos dictique diaconus et subdiaconus nunquam debent se reddere difficiles ad legendum, nisi sint infirmitate detenti seu alia causa legitima impediti, ita, quod se asserant illa uice se non posse legere uel debere, alioquin si id efficere renuerint indurato animo, decanus eos incarcerabit, scolasticus uero et cantor requisiti a capitulo subtrahent eis totaliter hoc, quod debent, predicti eciam diaconus et subdiaconus septimanas suas eos contingentes prout alii canonici obseruabunt et chorum continue frequentabunt. In cuius ordinacionis nostre robur, decani, scolastici, cantoris et capituli nostri sigilla presentibus duximus appendenda.

Act. a. d. M.CC.LXXXIX, viii. idus augusti.

(Die Siegel fehlen.)

Orig.

№ 448.

1289 (20. Sept.). *Nycolaus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree Wormatie* constare volumus, quod soror *Engula* beckina *wormat.* emit erga priorissam et conuentum in *Hymelcronen* in *Hocheim* et persoluit xxx. maldra siliginis perpetua, carratam vini vnatici, ita, quod illud vinum non sit pendulum neque acetosum perpetuam, ii. libras hallensium similiter perpetuas, quos redditus videlicet vini, siliginis, hallensium, dicta *Engula* dictis priorisse et conuentui contulit simpliciter propter deum, ita, quod ipsos redditus sacerdoti honesto ac ydoneo ministrabunt, qui omni die vltimam missam ipsi conuentui celebrabit, qui sacerdos, si se discrete et honeste non gesserit, ita, quod de jure priuari poterit, ipsum ab huiusmodi beneficio destituent et absque omni juris auxilio priuabunt et quanto cicius poterunt super consciencium suam dictum beneficium alteri sacerdoti honesto et ydoneo assignabunt et si ultra mensem vnum sine sacerdote fuerint, extunc redditus dicti beneficii, secundum quod proporcionaliter contingint, dabunt infirmis in hospitale ante nouam portam tamdiu, donec ad predictum beneficium alium collocent honestum ac ydoneum sacerdotem. Si uero predicti priorissa et conuentus huiusmodi beneficium minorauerint uel sacerdoti tali, ut prescriptum est, non contulerint, nostrum capitulum super tali negliencia predictum conuentum coram officiali curie *wormat.* inpetet et in causam trahet, quam neglienciam, si infra mensem immediate subsequentem non emendauerint, omne jus, quod in collacione dicti beneficii habuerant, perdiderunt et nostrum capitulum in animas nostras assignabimus honesto ac ydoneo sacerdoti beneficium antedictum, cui sacerdoti quocunque voluerimus redditus dicti beneficii de ipsorum cenobio assignabunt. Quicunque eciam sacerdos huiusmodi deseruiens beneficium sano corpore duas

missas in septimana sine licencia alicuius magistri siue magistre claustri celebrare neglexerit, ob talem neglienciam ipsi sacerdoti in prebenda sua maldrum siliginis amputabunt, hoc excepto, si propter auram forte et inundacionem aquarum non posset venire, si uero iste sacerdos cecitatem oculorum uel aliam infirmitatem qualemcunque inciderit, tamdiu . . . eo durantem, quod non posset celebrare missam antedictam, tunc eidem sacerdoti taliter infirmanti priorissa et conuentus predicti xx. maldra siliginis, iv. amas vini, i. libram hallensium quoad uixerit ministrabunt, superfluum vero iu usus sui cenobii expendant. Predictus conuentus eciam quatuor temporibus in anno, secundum quod proporcionaliter ipsum contingit, cuilibet sacerdoti huiusmodi deseruienti beneficium ministrabunt redditus antedictos, sacerdos eciam deseruiens beneficium, si plus quam vnam missam, nisi necessitas funeris uel festi ipsum ad hoc arceret, in die celebrauerit, omne jus suum, quod in sepefato beneficio habuit, dinoscitur amisisse. Item est appositum, quod sacerdos istud beneficium possidens nichil de oblacionibus percipiet. Est eciam adiectum, quod quandocunque prefatus conuentus aliquem sacerdotem qui desiderauerit in suas expensas receperint, prouidens eidem in necessitate, qua contentus fuerit, quamdiu illum tenuerit redditus dicti beneficii cedent conuentui prenotato. Preterea obligauerunt se sepedicti priorissa et conuentus, quod primum sacerdotem ad huiusmodi beneficium deseruiendum de sua cognacione recipient et postmodum usque ad quartam collacionem et usque ad quartam personam, si digni inuenti fuerint ac sacerdotes extiterint, semper seniori et proximiori de sua cognacione prefatum beneficium assignabunt. Si uero alicui aliene persone a sua cognacione ante predictas quatuor collationes in suam cognacionem factas collatum fuerit, antedictum beneficium et interim vnus de sua cognacione in sacris ordinibus constitutus petens sibi cum sepedicto beneficio

prouideri, sepefatus conuentus illum, cui contulerunt, destituet eundem, contradictione qualibet juris canonici non obstante, illi petenti cum eodem beneficio prouidentes. Quilibet eciam sacerdos possidens antedictum beneficium conetur, quod debita hora et tempore ad celebrandum prenominato conuentui sit paratus, omnes eciam redditus supradicti a prefato cenobio dicte *Engule* integraliter presententur temporibus sue vite.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXIX, xii. kalendas octobris.

(Die Siegel der Aussteller, des Klosters Himmelskron und der Mainzer Richter hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 449.

1289 (5. Nov.). Iudices s. *maguntine* sedis declaramus, quod comparentibus in figura judicii coram nobis decano et capitulo ecclesie s. *Stephani maguntini* ex parte vna et *Conrado* milite, *Conrado* filio suo, dictis de *Bleyneche, Petro* milite, *Bertholfo* et *Ebirhardo*, fratribus dictis de *Bleyneche*, *Heinrico* milite dicto *Starke* et *Ebirhardo* fratre ipsius, *Johanne* dicto *Luph* et *Ortlibo* fratre suo, necnon *Bertholfo* filio *Baldemari*, militibus et filiis militum de villa *Budensheim*, sita sub monte *Eysemberg*, eorum et vniuersitatis hominum dicte ville *Budensheim* nomine et pro se et vniuersitate eadem ex altera, ipsi milites et filii militum in iure publice sunt confessi pro se et vniuersitate in *Budensheim* predicta, quod ipsi milites et filii militum et eorum successores hereditarii subnotati sint et esse debeant perpetuo vassalli nobilis viri domini *Thilmanni* de *Hoenuels* et heredum ipsius racione v. solidorum denariorum magunt., quos, sicut subscribitur, persoluendos eisdem memoratus nobilis in feodo a dicta ecclesia s. *Stephani* obtinebit pro aduocacia ville

Budinsheim antedicte, que aduocacia pertinuit ab antiquo jure dominii memorate ecclesie s. ***Stephani maguntini,*** nunc resignata decano et capitulo antefatis et ecclesie s. ***Stephani*** prelibate a domino ***Thilmanno*** de ***Hoenuels*** predicto ex successione hereditaria olim infeodato per illam ab ecclesia pretaxata, et quod ipsos v. solidos denariorum tenere debeant in feodo ab ipso domino ***Thilmanno*** et eius heredibus, sub condicionibus subnotatis, eligentes pro se et eorum successoribus ac vniuersitate prescriptis libera uoluntate, quod si ex nunc inantea ullo unquam tempore in perpetuum ipsi uel successores eorum in feodo dictorum v. solidorum uenerint contra condiciones easdem aut aliquam earundem, nos uel nostri successores judices s. ***maguntine*** sedis contra eos ac successores eorum in feudo memorato excommunicationis sententias proferamus executioni debite demandandas, donec expleantur conditiones huiusmodi annotate, quarum est prima, quod si aliquem uel aliquos ex prescriptis militibus et filiis militum uel successorum suorum a feodo v. solidorum premisso cedere uel decedere contigerit, ipsius uel eorum proximus et senior heres proximiores uel seniores heredes ipsius siue eorum cedentis uel decedentis, cedentium uel decedentium subiturus aut subituri, seruaturus aut seruaturi, omnes conditiones easdem succedet uel succedent cedenti uel decedenti infra quindenam, a cessione uel decessione cuiuslibet uel quorumlibet cedentis uel cedentium, decedentis uel decedentium computandam, deceno duntaxat vasallorum in ipso feodo v. solidorum numero obseruato, requisiti quoque ipsi vassalli uel successores eorum ac vniuersitas dicte ville ***Budinsheim*** a sculteto predictorum decani et capituli s. ***Stephani maguntini***, qui pro tempore fuerit, siue ab ipsis decano et capitulo ecclesie memorate infra sex septimanas a die requisitionis huiusmodi numerandas, omnia et singula jura habita et habenda in terminis dicte ville conseruabunt illibata et salua et iniurias

quaslibet illatas decano et capitulo ac ecclesie s. *Stephani* memoratis, quas in terminis dicte ville *Budensheim* sustinuerint, vndecunque debebunt tanquam vassalli seu defensores fideles per se et dictam vniuersitatem pro iuribus efficaciter uindicare, prosequi et exequi per effectum, ope opera et opere comprobatum. Recognouerunt eciam expresse milites et filii militum antedicti, quod racione feodi v. solidorum premissorum nichil dominii iuris uel uiolencie uel iurisdicionis cuiuspiam habeant, ipsi uel successores eorum predicti in bonis uel hominibus dicte ville uel ecclesie s. *Stephani* prelibate, sed contenti simpliciter v. solidis antescriptis foueant et promoueant ipsos homines dicte ville et ecclesiam s. *Stephani* antedictam. Prefati quoque decanus et capitulum ecclesie s. *Stephani* coram nostro examine constituti fideliter eciam promiserunt, quod contenti prescriptis nunquam in perpetuum aliquos uel aliquem aduocatos uel aduocatum constituant uille prefate, homines eciam solinagi, qui *Eynlouſtege lute* uulgariter nuncupantur, qui ab hoc die ad terminos dicte ville uenerint habitando siue morando in illis cum omnibus seruiciis, consuetudinibus, juribus et pertinenciis quibuscunque attinebunt decano et capitulo antefatis, eis et dicte ecclesie et non dictis militibus nec filiis militum nec eorum successoribus. Ipsi autem homines solinagi, qui iam nunc manent in terminis dicte ville, *Conrado* miiiti et *Conrado* eius filio antedictis ad uite tempora utriusque et non eorum heredibus amplius seruiciis, consuetudinibus, iuribus et pertinenciis attinebunt premissis, post mortem dictorum *Conradi* et *Conradi* filii sui predictis decano et capitulo cum aliis hominibus, qui ex nunc in antea aduenerint, seruituri. Et quia milites et filii militum supradicti pro se et successoribus eorundem, deceno numero subterclusis, propter bonum ecclesie s. *Stephani* antefate, in dicto feodo v. solidorum onus seu jus vassallicum subierunt, scultetus eorundem decani et capituli, qui in

dicta villa *Budinsheim* pro tempore fuerit, nomine ipsorum decani et capituli eis et eorum successoribus, numero deceno tantummodo interclusis, in signum recognitionis beneficii compensati dabit in festo b. Martini episcopi predictos v. solidos denariorum et pro tempore datiuorum uel pro ipsis equiualens pagamentum, prout ipsi decanus et capitulum s. *Stephani* in figura nostri judicii promiserunt.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXIX, nonas nouembris.

(Das Siegel der Aussteller hängt an roth seidener Schnur gut erhalten an, das des Stephanstifts fehlt.) Orig.

№ 450.

1289 (14. Nov.). Pateat omnibus, quod nos *Gerhardus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie in campis mogunt.* bona illa, que nobis bene memorie *Ernfridus*, quondam cantor ecclesie s. *Stephani maguntini*, contulit, domum videlicet cum area adiacente in villa *Hehchesheim* et v. iugera terre arabilis et quartale in terminis ejusdem ville sita, quorum duo sita sunt in *Hougern* vltra fundum, item i. iuger in *heideberge*, item v. quartalia in *kirhcberge*, item i. iuger infra terminos illorum de *Badenheim* et de *Hehchesheim*, qui termini *marke* nuncupantur, concessimus eodem jure hereditario *Cristine* dicte *Beckenhuben*, quo ante jam dictus *Ernfridus* eidem *Cristine* et *Sifrido*, quondam marito suo, concesserat, ita tamen, quod *Nicolaus*, filius suus, si superuixerit, primus sit heres et quod in antea eadem bona apud seniorem heredem semper maneant indiuisa, de quibus bonis singulis annis in festo b. Martini nobis dabuntur vii. vncie denariorum magunt. et iv. cappones. Si uero in festo prescripto in solucione huiusmodi census negligentes fuerint inuenti,

Digitized by Google

cadent a jure suo et sepedicta redibunt libere ad ecclesiam nostram.

Act. a. d. M.CC.LXXXIX, xviii. kalendas decembris.

(Copialbuch des Liebfrauenſtifts im Felde zu Mainz.)

№ 451.

1289 (22. Nov.). *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* notum facimus vniuersis, quod nos *Gerhardo*, ecclesie nostre preposito, concessimus plenam potestatem canoniam siue prebendam in ecclesia nostra conferendi *Heinrico* dicto de *Demone*, nostro nunc concanonico, et ipsum inuestiendi de eadem in omni jure et consuetudine, quibus alter canonicorum nostrorum suam canoniam seu prebendam possidet, et quandocunque dictam prebendam *Heinrici Demonis* ex morte seu resignatione sua uacare contingeret, ipse prepositus uel sibi in prepositura succedens prebendam eandem alteri conferret. Recognoscimus eciam, quod dictus *Gerhardus*, nostre ecclesie nunc prepositus, ac omnes alii in prepositura in ecclesia nostra s. *Pauli* sibi succedentes, ius habent plenum conferendi perpetuo canoniam siue prebendam predicti *Heinrici Demonis* quocienscunque uel quandocunque ipsam prebendam ab ipso *Heinrico* uel ab aliis sibi in eadem prebenda succedentibus uacare contingit.

Dat. a. d. M.CC.LXXXIX, in die b. Cecilie virg.

(Copialbuch des Domſtifts zu Worms.)

№ 452.

1290. Iudices s. *maguntine* sedis. Nouerint, quod *Drutwinus* dictus *Struebe* de *Lurzwilre* miles in nostra presencia constitutus recognouit *Heinemannum*, bone memorie filium *Cunradi* militis de *Lurzwilre*, primo in

sanitate mentis et corporis existentem et postmodum in sua ultima uoluntate coram pluribus fidedignis sibi legandi et donandi xix. jugera et dimidium terre arabilis et vinearum sita in *Lurzwibre*, que dinoscitur habuisse et possedisse prefatus *Heinemannus* ad quecunque pia loca in remedium anime ipsius *Heinemanni* et circa hec faciendi pro sue libito uoluntatis tribuisse plenariam potestatem, necnon hec sibi in suam animam commisisse, et sic idem *Drutwinus* predicta xix. jugera et dimidium ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* pro duabus partibus et monasterio sanctimonialium in *Engildal, maguntine* dyocesis, pro tercia parte donauit pro salute anime ipsius *Heinemanni* pure et simpliciter propter deum irreuocabiliter et in totum.

Act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXX.

(Das Siegel der Aussteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 453.

1290 (4. Jan.). *Eberhardus* dei gratia cantor *moguntinus*, prepositus ecclesie s. *Marie in campis* ibidem, ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod cum bone memorie dominus *Heinricus* dictus de *Bolandia*, prepositus ecclesie s. *Stephani moguntini*, ecclesiam in *Bubenheim*, cuius ius patronatus ad ipsum nomine predicte prepositure spectabat, decano et capitulo eiusdem ecclesie s. *Stephani* in suarum prebendarum augmentum contulerit pleno iure et dominus *Gerhardus* archiepiscopus *moguntinus*, collationem eandem ratam habens et gratam, eisdem indulserit, vt eadem ecclesia vacante decanus et capitulum ipsius ecclesie s. *Stephani* sacerdotem ydoneum archidyacono loci presentent ad illam, ita, quod quidquid ultra competentem sustentationem talis vicarii poterit prouenire, predicti decanus et capitulum in vsus et augmentum suarum prebendarum conuertant, prout in literis predictorum prepo-

siti et archiepiscopi plenius continetur. Nos utriusque pietati fauentes ad comodum et profectum ipsorum decani et capituli gratum et vnanimem prebemus assensum domini archiepiscopi et suorum, nostro et nostrorum successorum per omnia iure saluo.

Dat. et act. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXX, ii. nonas januarii.

(Das Siegel iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 454.

1290 (15. Jan.). *Symon* cantor ecclesie *wormaciensis* et prepositus ecclesie s. *Martini* ibidem decano, totique capitulo ecclesie s. *Martini* predicte salutem. Considerantes curiam prepositure ecclesie nostre s. *Martini* attinentem, sitam retro chorum ipsius ecclesie, prepositure minus fore vtilem et in comoditatibus multis et necessitatibus ipsi ecclesie et personis admodum profuturam, accedente consensu *Symonis wormaciensis* episcopi et decani et capituli ecclesie *wormat.*, eandem curiam uobis et ecclesie uestre donamus ad habendum et ad amplificandum ambitum et officinas ecclesie uestre, non tamen ad edificandas domus alicui locandas vel ab aliquo inhabitandas cum omnibus et singulis, que infra terminos predicte curie continentur, et cum omnibus accessibus et egressibus factis et faciendis et aliis omnibus et singulis, que habet et sicut iam sita est curia memorata. Nos uero *Symon wormat.* episcopus ac decanus et capitulum ecclesie *wormat.* prefate donacionem huiusmodi ratam et gratam habentes eam confirmamus, dantes presentes litteras sigillatas nostris sigillis vna cum sigillo *Symonis* prepositi supradicti.

Dat. a. d. M.CC.LXXXX, xviii. kalendas februarii.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 455.

1290 (7. März). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod cum dominus *Anselmus* de *Dierne*, canonicus *maguntinus*, apud *Ottonem* militem, filium quondam *Ottonis* militis de *Olmene*, *Hermannum*, *Petrum* et *Ottonem*, filios eius, comparasset sibi et ecclesie *moguntine* jugera hic notata et in terminis *inferioris* ville *Olmene* sita, scilicet in campis aduersus *sulgeloch* vii. jugera *zu varsporin*, item apud arbores *Ebirhardi* superius iii. jugera, item vii. jugera *zu difenburnen*, item *zu hoenbergen* ii. dualia, item *zu Ruchelnheim* apud agros ecclesie *moguntine* xiii. jugera, item iii. jugera sita aduersus molendinum *Vrbani* trans ripam, item apud ortum *Willekini* vnum et dimidium jugera prati pro xlii. marcis denariorum colon., ipse dominus *Anshelmus* suo et ecclesie *moguntine* nomine eidem *Ottoni* militi dicta jugera tamquam ipsorum colono locauit sub condicionibus annotatis, ut ipse miles et post eius obitum vnus tantum suorum heredum prefato domino *Anshelmo* et ecclesie *maguntine* annis singulis ante festum b. Michahelis in *Moguntia* et in domo, que sibi ab ipsis fuerit deputata, assignet et soluat suis periculis, laboribus et expensis xx. maldra siliginis nomine perpetue pensionis ac ipsa jugera stercoranda modo debito et colenda et sine censu quolibet alio absque precariis, exactionibus, angariis et oneribus quibuscunque perpetuis temporibus permansura, per se vel vnum suorum heredum jure hereditario libera et indiuisa conseruet, memoratique *Anshelmus*, decanus et capitulum ecclesie *moguntine* a sepedictis *Ottone* milite, *Hermanno*, *Petro* et *Ottone*, eius filiis, per *Johannem* de *Pinguia* et *Gotefridum* magistrum granarii, vicarios ecclesie *moguntine* ad hoc specialiter ad iudicium ville *Olmene* predicte missos, a nobis ac ipsis eorundem resignacionem jugerum co-

Digitized by Google

ram schulteto et mansionariis siue hubariis dicte ville in judicio constitutis, auctoritate nostra judiciaria ipsis in hac parte commissa eorundem dominorum et ecclesie *moguntine* vice et nomine liberam receperunt, *Petro* seniore milite de *Bertoluisheim*, prescriptorum *Hermanni*, *Petri* et *Ottonis*, fratrum, legittimo curatore, medio et per ipsum et quia domini supradicti voluerunt esse cerciores, ut prescripta jugera sine precariis, angariis, censibus et oneribus quibuslibet in perpetuum conseruentur, maneant et persistant, iidem *Otto* miles, *Hermannus*, *Petrus* et *Otto*, fratres, dicto curatore medio super eo quatuor eorum jugera, videlicet iii. et dimidium jugera sita in via dicta *cruceweg*, item dimidium juger situm juxta siue supra agros dicte *Kvse* in terminis prenotatis, tamquam prefatis dominis et ecclesie *moguntine* subpignoraticia, coram vicariis, sculteto et mansionariis prelibatis resignauerunt, promittentes, ut si ipse *Otto* miles vel vnus heredum suorum in omnibus jugeribus prenotatis hereditarie successurus eidem fecerit contra condiciones vel continenciam preiacentes, eadem jugera ad prefatos dominos et ecclesiam *moguntinam* solute et libere reuertantur. Recognoscimus insuper nos, quod predictus *Otto* miles, *Hartungus* de *Olmene* miles, *Sygelo* de *Durinkeim*, *Heinricus* dictus *Runkel* sculteus, *Ebirhardus* de *Bleyneche*, *Volgmarus* frater dicti *Ottonis* militis, *Petrus* dictus *Cluer*, *Wernherus Longus*, *Wernherus* dictus *Selsener* et *Syfridus Hase*, mansionarii siue hubarii dicte ville, coram nostro examine constituti, recognicione publica sunt confessi, continentiam prenotatam coram se et predictis vicariis iudicialiter esse factam secundum jus et consuetudinem dicte ville.

A. d. M.CC.LXXXX, nonas marcii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 456.

1290 (13. April). Decanus, totumque capitulum ecclesie *maguntine* vniuersis volumus esse notum, quod nos vnanimi voluntatum nostrarum assensu curiam sitam *Maguntie* in loco, qui dicitur *lõscherhoph*, quam *Waltherus* vicarius ecclesie *maguntine* olim inhabitauit, locatam eidem *Walthero* ad tempora vite sue, locauimus magistro *Sifrido* lapicide et *Alheidi*, vxori sue, ex vna parte et *Abe* puelle sorori predicte *Alheidis* ex altera parte ac heredibus vtriusque post mortem dicti *Waltheri* habendam et iure hereditario perpetuo possidendam sub condicionibus hic notatis, ut ipsi cappellano altaris s. *Petri* positi in ecclesia *maguntina* ante cappellam s. *Godehardi*, qui pro tempore fuerit, soluant in natiuitate b. Johannis baptiste ii. vncias denariorum magunt. et in festo b. Johannis ewangeliste ii. vncias eorundem denariorum magunt. annuatim census nomine annualis de fundo curie antedicte, nobisque post mortem dicti *Waltheri* in eius anniuersario soluant perpetuo denariorum colon. uel aquens. legalium et datiuorum maguntinorum vnam marcam inter presentes in eodem anniuersario presentiarum nomine diuidendam. In quorum omnium et singulorum testimonium euidens damus eis presentes litteras sigillo nostro munitas. Nos etiam magister *Sifridus* et *Alheidis*, coniuges antedicti, ex vna parte et *Aba* predicta ex altera locationem premissam recipimus pro nobis et nostris heredibus sub conditionibus prenotatis, quas pro nobis et eisdem nostris heredibus promittimus fideliter et inviolabiliter in perpetuum obseruare ad eas, nos et heredes nostros perpetuo presentibus obligantes sigillatis ad preces nostras sigillo judicum s. *maguntine* sedis vna cum sigillo decani et capituli predictorum. Nos judices s. *maguntine* sedis ad preces prefatorum coniugum ex vna parte

Digitized by Google

et *Abe* antedicte ex altera sigillum nostrum duximus presentibus appendendum.

Act. et dat. *Maguntie* a. d. M.CC.LXXXX, idus aprilis.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 457.

1290 (19. April). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. dilectis in Christo abbatisse et conuentui monasterii sanctimonialium s. *Agnetis* in *Maguntia* salutem in domino. Ad nostram peruenit noticiam, quod monasterii vestri prouentus adeo sint tenues, quod multitudo personarum inibi domino famulancium ex eis nequeant commode sustentari, volentes itaque tranquillitati ipsius monasterii in hoc de oportuno remedio prouidere, numerum sanctimonialium dicti monasterii ad xxx. personarum numerum duximus restringendum, deuocioni vestre sub pena excommunicationis inhibentes, ne aliquas de cetero in collegii vestri consorcium assumatis personas, donec numerus monialium vestrarum xxx. personarum numerum sit restrictus, quem extunc in vestro monasterio perpetuo volumus obseruari, nisi ipsius monasterii facultates in tantum excrescant, quod propter hoc superioris auctoritate personarum numerus merito sit augendus.

Dat. *Maguncie* xiii. kalendas maii, a. d. M.CC.XC, pontif. nostri ao. ii.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

№ 458.

1290 (9. Juni). *Hiltegardis* abbatissa, totusque conuentus monialium *ad ortum* b. *virginis* extra muros *wormacienses*. Constare volumus, nos ortum cum duabus domibus adiacentibus retro ambitum ecclesie s. *Martini*

wormat. sitis, nobis per *Gerdrudim*, relictam quondam *Jacobi* dicti *in foro*, ad filiam suam *Lysam* in nostrum collegium et habitum receptam collatis, decano et capitulo ecclesie s. *Martini* predicte vendidisse, quibus dominis s. *Martini* dedimus fideiussores in solidum istos *Richelmannum*, *Wernherum Amelle*, *Wilhelmum Bunnen* et *Jacobum Eberzonis*, generum ipsius *Wilhelmi*, ciues *wormatienses*, et eosdem in hunc modum obligauimus apud decanum et capitulum memoratos, videlicet quod ipsi obligati erunt donec *Cunradus* dictus *Gudelher*, gener predicte *Gerdrudis*, et *Jutda*, vxor sua, vna cum ceteris pueris ipsius *Gerdrudis* minoribus annis predictum ortum cum ipsis domibus resignauerint sicut consweludinis est et juris. Et si medio tempore sepedictis dominis s. *Martini* ab heredibus dicte *Gerdrudis* racione nominati ortus et domorum aliqua actio moueretur, dicti fideiussores moniti tamdiu fideiussionis debitum exequentur, donec actio huiusmodi dictis dominis mota penitus sit sopita, vno eciam fideiussorum decedente alius loco decedentis infra mensem sub monicione fideiussoria statuetur.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXX, v. idus junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 459.

1290 (21. Juni). *Wernherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* profitemur, quod *Methildis*, famula *Sigelonis* de *Guntheim*, nostri concanonici, xii. maldra siliginis singulis annis percipienda in nostra ecclesia comparauit, quorum medietatem, videlicet vi. maldra, quascunque casus uel necessitas ingruerit, alienare nequaquam poterit ab ecclesia, sed semper manebunt in ecclesia, ita, quod post ipsius *Methildis* obitum in die sui anniuersarii inter presentes in choro distribuantur. De re-

liquis vero vi. maldris ad libitum sue uoluntatis poterit disponere liberamque facultatem habebit, eadem nostre ecclesie monachis vel monialibus vel eciam suis legare cognatis aut alias expedire, in optione tamen nostra manebit, post prefate *Methildis* obitum hiis, quibus dicta vi. maldra donata fuerint vel legata, aut ipsa vi. maldra aut pro quolibet maldro iii. libras et v. solidos hallensium persoluere, si extra nostram ecclesiam eadem donari contigerit vel legari.

Dat. a. d. M.CC.LXXXX, in die Albani martiris.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 460.

1290 (24. Nov.). *Gerhardus* dei gracia s. *magunt-tine* sedis archiepiscopus decano et capitulo ecclesie s. *Petri magunt.* salutem in domino etc. Eapropter vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates ab archiepiscopis *maguntinis* predecessoribus nostris siue per priuilegia seu alias indulgentias vobis et vestre ecclesie concessas, necnon iura, res et possessiones ac redditus, quos ab eorundem predecessorum nostrorum concessione et auctoritate habetis et vobis competunt, presencium auctoritate vobis et per vos vestre ecclesie confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Dat. *Maguntie* viii. kalendas decembris a. d. M.CC.XC, pontif. nostri ao. ii.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 461.

1290 (15. Dec.). I. n. d. a. Nos *Wernherus* de *Lewenstein*, custos *maioris* ecclesie *wormat.*, et *Sy-*

mon, prepositus de *Henche*, *wormat.* dyocesis, recognoscimus, quod cum super collacione cuiusdam vicarie sacerdotalis ordinate de bonis quondam bone memorie *Dauid*, militis *wormaciensis*, in ecclesia s. *Andree Wormatie* inter decanum et capitulum eiusdem ecclesie ex parte vna et *Dauid, Sifridum, Sigelonem, Rukelinum* et *Emerchonem*, fratres, laicos, filios predicti *Dauid* militis, ex altera questio aliquamdiu verteretur, tandem placuit dictis partibus in nos tanquam in arbitros compromittere, super controuersia huiusmodi decidenda sub hac forma, ut auditis intencionibus et probacionibus partium hinc et inde, causam ipsam in animas nostras secundum quod nobis iustum uisum fuerit decidere debeamus ac promiserunt eedem partes, quicquid super controuersia huiusmodi pronunciauerimus, se sub periculo cause ratum et gratum habituras et inuiolabiliter obseruaturas. Nos eciam recepto in nos arbitrio promisimus, quod nos simul uel alter nostrum, si vnum decedere contingat, dictam causam per nostram pronunciacionem infra dominicam, qua cantatur reminiscere, decidemus, nisi causa necessaria et euidenti fuerimus prepediti, quod si aliqua predictarum parcium inpedimentum prestiterit per suam negligenciam super probacione facienda sue intencionis seu alio quocunque modo, quo minus ipsam causam infra predictum terminum decidere possimus, illam pronunciabimus a causa cecidisse, et ad omnia et singula premissa obseruanda, se partes hinc inde firmiter astrinxerunt.

Dat. a. d. M.CC.LXXXX, fer. vi. p. fest. b. Lucie virg.

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an.)

Orig.

№ 462.

1291 (7. Jan.). *Ger.* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus dilectis in Christo s. *Stephani maguntini* et *nuhusensis* extra muros *wormat.* ecclesiarum cantori-

Digitized by Google

bus salutem in domino. Exhibita nobis prepositi, decani et capituli ecclesie *wormaliensis* petitio continebat, quod cum pie memorie dominus *E. wormaliensis* episcopus tenuitatem prebendarum predicte ecclesie *wormal.* attendens, cum consensu quondam *Walerami* prepositi, *Alexandri* decani, *Gerhardi* prepositi s. *Pauli* et *Wilhelmi* custodis necnon tocius capituli ecclesie antedicte, numerum quinquaginta prebendarum, que in ipsa ecclesia extiterant, in quadraginta quatuor prebendas duxerit restringendum, statuens vna cum consensu omnium predictorum, vt predicta *wormal.* ecclesia decetero et inantea predicto quadraginta quatuor prebendarum numero sit contenta, predictaque ordinatio tam sedis apostolice, quam felicis recordationis domini *Wern.* archiepiscopi, nostri predecessoris, auctoritate confirmata existat, nos eandem ordinationem similiter dignaremur auctoritate metropolitica confirmare. Justis igitur eorum postulationibus inclinati, discretioni vestre mandamus, quatinus predicta ordinatione et confirmacionibus subsecutis diligenter inspectis, si inueneritis ita esse, eandem ordinationem auctoritate et vice nostra confirmetis et faciatis inuiolabiliter obseruari.*)

Dat. apud *nouam domum* a. d. M.CC.LXXXXI, vii. idus januarii.

(Vidimus von 1291.)

№ 463.

1291 (25. Jan.). Nos *H.* dei gracia abbas et conuentus monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* recognoscimus, quod *Cunradus* scultetus noster ac ipsius heredes in *Armisheim* vi. mensuras siliginis census nomine

*) Am 21. März deſſelben Jahres erfolgte dieſe Beſtätigung. (Die Siegel fehlen.)

et iv. mensuras auene, que wlgariter *summeren* nuncupantur, de bonis quondam *Craftonis* militis, que nobis in forma iudicii fuerant iudicata et de particula agri, qui vocatur *Grumad*, nobis annis soluent singulis infra natiuitatis et assumptionis b. Marie virginis duo festa. Item maldrum siliginis de bonis predictis. Item v. maldra mogunt. mensure cum dimidio de bonis *Domme* de *Castele* nomine et uice nostri custodi nostro soluere debebunt annis et termino prenotatis, quorum duo, ut est solitum, ad seruitium cedent fratrum, ut ipsi fratres predicti *C.* anime memoriam peragant annualim, prefatum uero censum seu pensionem prescripti *C.* ac ipsius heres seu heredes nobis infra muros nostri cenobii uel ad locum ciuitatis *mogunt.*, quem nos ipsis ostenderemus, in omnem euentum integraliter presentabunt, post mortem vero sepefati *Cunradi*, heres seu heredes superstites predictum censum seu pensionem nichilominus soluero tenebuntur.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCI, viii. kalendas februarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 464.

1291 (1. Febr.). Iudices *wormacienses* profitemur, quod constitutus in nostra presencia *Petrus*, pastor ecclesie in *Bermersheim*, publice est confessus, se super curia sua sita in villa *Bermersheim* et orto et vineis ipsi curie adiacentibus, necnon super nouem jugeribus agri campestris in terminis eiusdem ville sitis retro *heckin*, quibus consulcaneus est *Cunno* miles de *Westhouen*, decano et capitulo ecclesie s. *Martini Wormacie*, necnon prebendariis eiusdem vi. maldra siliginis perpetui redditus ad presenciam chori spectancia juste vendicionis titulo vendidisse dictis dominis in ciuitatem *wormat.* ante granarium ipsorum infra assumpcionem et natiuitatem b. virginis annis singulis dicti

pastoris vectura, expensis et laboribus assignanda, non obstante exercitu, grandine aut alia quauis causa. In quibus vi. maldris siliginis soluendis, si sepedictus pastor vel illi ad quoscunque bona predicta post eum quocunque modo fuerint deuoluta tempore solutionis assignato negligentes fuerint, domini ecclesie s. *Martini* predicti bona prenotata tollent vt propria, non obstante auxilio quolibet juris canonici vel ciuilis. In cuius rei testimonium presentem literam sigillo curie *wormat.* dedimus consignatam.

Dat. a. d. M.CC.LXXXXI, Brigide virg.

(Das Siegel hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 465.

1291 (29. März). Nos *L.* dei gracia cantor *maioris* et prepositus s. *Marie in campis*, ecclesiarum *maguntinarum*, recognoscimus, quod decano et capitulo ecclesie s. *Marie* tenemur et quilibet prepositus, qui pro tempore fuerit, annis singulis soluere et assignare xx. maldra siliginis nomine annue pensionis de decima, quam habemus in villa *Sowelnheim inferiori* nomine prepositure predicte, vnde cum huiusmodi pensio nobis sit et cuilibet preposito, qui pro tempore fuerit, satis intollerabilis et onerosa, tum propter diuisionem dicte decime, tum eciam propter inportunas instancias, quas sustinemus ex parte decani et capituli predictorum, pro peticione pensionis predicte permutacionem pro redempcione dicte pensionis cum curia nostra in *Pinguia* et vineis nostris cum aliis attinenciis, que ibidem habemus nomine et racione prepositure nostre predicte, intendimus facere, considerantes fere equalitatem esse in pensione xx. maldrorum predictorum et vineis ac curia antedictis. Nos uero decanus et capitulum ecclesie s. *Marie* predicte uersa uice cum domino nostro preposito permutacionem in predictis rebus facere cupientes pariter et volen-

tes nostre ecclesie utilitate considerata in permutacione predicta ex eo, quod predictam pensionem a predicto preposito nostro raro uel nunquam habere possumus, nisi cum magna instancia, laboribus, sumptibus et expensis et timemus, quod magis est, quod fortassis ab alio preposito, qui *Maguncie* continuam residenciam non faceret nec fortassis maneret, multo difficilius obtinere possemus pensionem predictam, considerantes eciam, nobis graue esse incurrere offensam prepositi nostri, qui pro tempore esset, et litigare cum eodem pro dicta pensione, si in solucione ipsius esset negliens, et nos propter hoc euagari oportere a dicta nostra ecclesia et distrahi a cultu diuino, hiis omnibus pensatis et consideratis, cum fere sit equalitas in rebus permutandis predictis, credimus huiusmodi permutacionem nostre ecclesie utilem esse et nobis quietem et commodum preparare. Hinc est, quod nos prepositus, decanus et capitulum predicti permutacionem facimus per presentes inuicem cum pensione, vineis, curia et earum attinenciis antedictis, et nos prepositus possessionem vacuam et absolutam curie et vinearum predictarum decano et capitulo predicto tradimus cum omne iure, quo nos possedimus bona predicta. Nos vero decanus et capitulum sepedicti renunciamus pensioni predicte et ipsum prepositum a solucione quitum dicimus.

Act. et dat. a. d. M.CC.LXXXXI, iiii. kalendas aprilis.

(Das Siegel des Probſtes hängt unbeſchädigt an, das des vorg. Capitels iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 466.

1291 (6. April). Magister *Henricus* s. *Stephani* et magister *Golfridus* s. *Johannis*, ecclesiarum *maguntinarum* scolastici, arbitri electi a partibus infrascriptis, vniuersis salutem. Noueritis, quod cum in causa, quam decanus et capitulum ecclesie s. *Mauricii maguntini Wern-*

hero, plebano ecclesie s. *Ingnacii* ibidem, mouent super iuribus, que vtraque parcium sibi in curiis et domibus ac areis dictis *zume Romere, zu Lateran, zu deme Walhusere* et domo *Culmanni* pistoris, sitis iuxta ecclesiam s. *Mauricii* supradicti, competere asserebat, in nos fuisset concorditer compromissum a partibus hinc et inde et ipsas partes nostras pronunciaciones, quas in iure secundum probaciones coram nobis magistro *G.*, scolastico supradicto, et *Erke* . . ., canonico ecclesie s. *Petri maguntini*, prius arbitriis electis ab ipsis partibus in hac causa factas, faceremus seruare et in nullo contrarium facere sub pena x. marcarum denariorum colon. soluenda a parte contraueniente parti non contrauenienti promisissent, prout in compromisso desuper confecto plenius vidimus contineri, nos, recepto in nos huiusmodi compromisso, quia inuenimus decanum et capitulum ecclesie s. *Mauricii* supradicti intencionem suam plenarie probauisse ac partem aduersam in probacione sue intencionis penitus defecisse, sententialiter diffinimus, jura predictorum bonorum ad predictos decanum et capitulum s. *Mauricii* pertinere et pertinere debere, ipsi . . . plebano super huiusmodi iuribus perpetuum silencium inponentes saluo jure post obitum predicti *Wernheri*, plebani parrochie s. *Ingnacii* antedicti. In quorum fidem sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Act. a. d. M.CC.XCI, viii. idus aprilis.

(Nur das unbeſchädigte Siegel des vorg. Magiſters Gottfried hängt noch an.) Orig.

№ 467.

1291 (3. Mai). Iudices *wormacienses* profitemur, quod in nostra presencia constituti *Sophia*, relicta quondam *Conradi* dicti *Ammetman*, ciuis *wormat.*, a. d. M.CC.XCI, fer. v. p. dom. quasimodogeniti proxima, ix. jor-

nales agri campestris sitos in terminis ville *Pedirnsheim* et iv. jornales vinearum sitarum in terminis eiusdem ville, que omnia fuerunt *Conradi* quondam mariti sui predicti et in quibus habere dinoscitur vsufructum, ad dies vite sue legauit priorisse et conuentui sanctimonialium montis s. *Andree* extra muros *wormacienses*, ita, quod *Katherine* filie sue, moniali ibidem, iv. maldra siliginis pro necessitate victus et vestitus ipsius annuatim assignare debeant ad dies vite ipsius *Katherine* predicte. In anniuersario eciam dicte *Sophie* maldrum tritici vbicunque eam sepeliri contigerit de fructibus dictorum bonorum perpetuo assignabunt moniales supradicte, quod si in assignacione dicti maldri tritici conuentui ibidem si contingat eam ibidem sepeliri vel alias vbicunque sepelietur dicta priorissa negligens inventa fuerit, abbatissa et conuentus monialium *de orto* b. *virginis* dictum maldrum tritici percipient, si in monte sepulta fuerit, uel priorissa, si in orto cerusorum sepulta fuerit, percipiet dictum maldrum annuatim quociens dictum maldrum non fuit conuentui assignatum.

Acta sunt hec presentibus magistro *Johanne* de *Flandria* aduocato, *Siffrido* de *Burgheim* clerico et *Conrado* de *Laudenburg* clerico, tabellioni curie nostre, necnon pluribus fidedignis.

(Copialbuch des Bergklosters zu Worms.)

№ 468.

1291 (3. Mai). Nos *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris magunt.* recognoscimus, quod duas particulas vinearum sitarum in loco, qui dicitur *Rinhelde*, apud *Wizenowe*, magistri *Gernodi*, concanonici nostri, attinencium, pro vinea sita apud s. *Albanum*, que *Spitze* uocatur, ad decanum et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* spectante, permutauimus,

Digitized by Google

accedente utriusque capituli consensu, omne ius, quod in vineis ipsis habuimus, in prefatam ecclesiam s. *Marie* libere transferentes, decima, que de vineis debitur eisdem, expresse excepta et nostre ecclesie reseruata. *)

Act. et dat. a. d. M.CC.XCI, v. nonas maii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt ganz zerbrochen an.)

Orig.

№ 469.

1291 (8. Mai). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Cum sicut *Eberhardi*, cantoris *maioris*, prepositi s. *Marie in campis*, ecclesiarum *magunt.*, necnon decani et capituli eiusdem ecclesie s. *Marie in campis* nobis insinuatis patefecit, iidem sua et successorum suorum vtilitate inspecta pensionem annuam xx. maldrorum siliginis, quam prepositus ecclesie s. *Marie in campis* dictis decano et capitulo de decima in *Sawelnheim inferiori* annuatim exhibere consueuit, et curiam prepositure ipsius sitam in *Pinguia* cum vineis et aliis pertinenciis suis, que prepositus habebat ibidem, ad inuicem permutarint, ita sane, quod dictus prepositus pro se et successoribus suis et prepositure predicte nomine in prefatos decanum et capitulum ac per eos in ecclesiam memoratam dictas curiam, vineas et pertinencias, ipsi uero decanus et capitulum viceuersa in prefatum prepositum, successores ipsius et preposituram predictam prescriptam annuam pensionem xx. maldrorum prouida deliberacione transtulerint, nos tam ipsius prepositi quam dictorum decani et capituli supplicationibus fauorabiliter inclinati, quod per ipsos vtrimque in premissis factum existit, ratum habemus et gratum, illud

*) An demſelben Tage ſtellt das Liebfrauenſtift zu den Greben in Mainz eine völlig gleichlautende Urkunde aus. (Das Siegel iſt zerbrochen.)

auctoritate presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, non obstante inequalitate rerum permutatarum, si qua videretur quam propter incessabilem certitudinem xx. maldrorum, que absque diminucione gratis veniunt, et incertitudinem vini, quod nonnunquam ex diuersis periculis atque plagis nimis diminute laboribus grauibus ex expensis solet venire, tollimus per presentes et volumus esse sublatam.

Dat. *Pinguie* viii. idus maii a. d. M.CC.XCI, pontif. nostri ao. iii.

Orig.

№ 470.

1291 (14. Juni). Sancte religionis patri in Christo domino abbati cystercii *Symon* dei gracia *wormat.* episcopus etc. Vestre paternitati innotescat, quod cum super incorporatione ordinis vestri abbatissa et conuentus monasterii s. *Marie* in *Nunninmunstere* prope muros nostre ciuitatis *wormaciensis,* in quo loco quondam fuerant canonice seculares, que postquam vestre religionis habitum receperunt, diuina fauente gratia in obseruancia mandatorum regularium persistentes ac temporalium necessitatem sufficienter habentes cum ecclesia et officinis et aliis edificiis necessariis et vtilibus honeste constructis taliter profecerunt, quod inter alia vestri ordinis cenobia fama coruscant laudabili, aliquas litteras vestras seu aliud testimonium sufficiens omnino non habeant nec consensum nostrum vel alicuius predecessorum nostrorum, super exempcione et incorporacione earum, adhibitum ostendere possint vel aliqualiter conprobare desiderant affectuose prefate abbatissa et conuentus et nos eciam nostrum consensum adhibemus vna cum ipsis sanctimonialibus propter vestri ordinis sanctitatem, rogantes, vt ipsas vestro ordini incorporari dignemini

Digitized by Google

et vobis easdem assumere immediate in vestras filias speciales.*)

Dat. a. d. M.CC.LXXXXI, xviii. kalendas julii.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

№ 471.

1291 (24. Aug.). Nos ***Philippus*** et ***Gerhardus*** dapiferi, fratres, ***Wernherus*** et ***Philippus Wintrones,*** fratres de ***Altzeia,*** notum facimus, quod cum inter ***Lodwicum*** illustrem ***comitem palatinum Reni,*** ducem ***Bawarie,*** burchmannos suos, exceptis hiis, qui inter eosdem apud ***Oppenhaim*** ciues fuerint aut burchmanni, et complicibus eorundem, quo ad ea, de quibus per eos nobiscum prius inita est compositio specialis, et vniuersitatem ciuium suorum in ***Altzeia***, et illorum consanguineos et amicos ex parte una et nos ac nostros burchmannos, consanguineos et amicos ex parte altera, super homicidiis, uulneribus, captiuationibus, depecuniationibus, rapinis, incendiis, ictibus machinarum et dampnis aliis quibuscunque irrogatis utrobilibet a tempore compositionum ordinatarum ante ***Wormacie*** et nouissime ***Moguntie***, grauis esset suborta discordia, de hiis ad plenam concordie rediuimus vnionem et de prestanda satisfactione congrva de predictis in virum nobilem dominum nostrum ***Fridericum***, comitem de ***Liningen***, compromisimus utrobique et plenam in eum transtulimus potestatem, discordiam illam decidendi per iusticiam uel amorem et terminandi sine captione abhinc usque ad festum b. Martini

*) An demselben Tage ertheilt auch das Domkapitel eine gleiche Urkunde. (Das Siegel hängt in rothem Wachse wenig beschädigt an.)

1293 (21. Oct.) beurkundet die Aebtissin Jutta und das Kloster Nonnenmünster selbst die vorg. Incorporation. (Die Siegel sind abgefallen.)

proxime uenturum, uel si forte detineretur impedimento legitimo aut occuparetur aliis quibuscumque negociis, quod non posset commode interim decisioni intendere predictorum usque ad subsequentem dominicam inuocauit, ita, quod ipse dominus noster comes assumat sibi pro parte ipsius domini nostri ducis pro consiliariis strenuos milites *Chunradum* de *Eglingen* et *Heinricum* de *Sahsenhausen*, vicedominum memorati domini nostri ducis in *Reni* partibus, pro parte uero nostra strenuos milites *Johannem* de *Randecke* et *Wolframum* de *Lewenstein* pro supradictis, que uertuntur, ex utraque partium decidendis, prout superius est expressum. Et promisimus utrimque fide data nos ratum et gratum habituros, quicquid per omnes quinque in premissis arbitratum fuerit seu ordinatum. Si autem predicti quatuor uel aliqui ex eisdem cum sepefato domino nostro comite concordare nequiuerint aut noluerint, ipse dominus noster comes solus diffiniendi causas huiusmodi habebit plenariam potestatem. Adiectum est insuper, quod si altera partium ueniret contra compositionem huiusmodi, eadem ad commonitionem prefati domini nostri comitis de hoc satisfacere tenebitur infra mensem a commonitionis facte tempore computandum, alioquin ipse dominus noster comes de *Liningen* iuuabit partem alteram contra illam et si indiguerit, vir nobilis dominus noster *Eberhardus* de *Chatzenellenbogen* comes et viri discreti ciues *moguntinenses*, *wormacienses* et *spirenses* moniti ad hoc ei iuxta statuta pacis auxilio suo adesse et assistere tenebuntur, quousque ea, in quibus contra compositionem illam uentum fuerit, in melius reformentur. Et si ex parte nostra aliquid contra premissam compositionem factum fuerit, strenui milites *Embrico* et ipse *Wolframus* de *Lewenstain*, cum omnibus consanguineis et amicis nostris, contra nos et complices nostros parti sepefati domini nostri ducis aderunt, sicut promiserunt, auxilio manuali, si qui etiam ex premissis quatuor,

quos ipse dominus noster comes de *Liningen* sibi assumpsit pro consiliariis in decidendo negotio memorato, sine captione cum eo interesse non possent, sepedictus dominus comes de *Liningen* potestatem habebit loco illius aut illorum absentium alium uel alios assumendi. In cuius rei testimonium presentes damus sigillorum antedictorum domini nostri *Friderici* comitis de *Liningen*, *Embriconis* et *Wolframi*, fratrum de *Lewenstain* et nostrorum robore communitas.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.XCI, in die b. Bartholomei apost.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 472.

1291 (16. Sept.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Theodericus* miles de *Vluersheim*, sororius *Jacobi* quondam *Hunonis* militis, in nostra presencia constitutus fuit confessus, se vendidisse vna cum *Lysa*, vxore sua, vniuersa bona sua sita in villa *Nacheim*, que cesserunt ei in diuisione bonorum facta cum *Jacobo Hunonis* predicto, magistro *Golfrido*, scolastico ecclesie s. *Johannis Moguntie*, pro clxviii. libris hallensium, eo iure quo . . . cantor ecclesie s. *Stephani maguntini* partem supradicti *Jacobi* dinoscitur comparasse ac coram sculteto et scabinis ibidem in manus domini *Wanonis*, vicarii s. *Johannis* predicti, nomine ipsius scolastici, communicata manu vxoris sue *Lyse* predicte, tradidisse iuxta morem et consuetudinem ville *Nacheim* predicte, a. d. M.CC.XCI, ii. fer. post diem b. Egidii, que fuit iii. non. septembris. Est autem situs bonorum ipsorum talis. In campo versus *Badenheim* sita sunt retro ecclesiam ii. iugera et dimidium *zu diindal*, item iii. iugera *offe deme Riche bi meyleborne*, item iv. iugera *amme Girsberge*, item dimi-

dium iuger *zu Redilhecke,* item duale *amme grase wege bi me fronehoue*, item viii. iugera ibidem apud *Humbertum* de *ariete*, ciuem *maguntinum,* item ii. iugera et dimidium parum vlterius apud dominos s. *Stephani magunt.,* item iuger et dimidium apud predictum *Humbertum,* item iuger *an dir bartin*, item duale apud moniales de *Indagine* prope *Bolandiam*, item ii. iugera et dimidium *amme lurzwilre wege* apud *Gelfradum* militem, item iuger et dimidiam *an dir dirhelde* apud eundem *Humbertum*, item iuger apud *Wigandum* militem, item v. quartalia apud *Johannem* militem, item iuger et dimidium *amme hagenbusche* apud dominos de s. *Stephano* memoratos, item duale apud predictum *Wigandum,* item duale ibidem non longe apud moniales predictas *amme hagel cruce,* item curiam suam in *Nacheim*, item in alio campo iuger et dimidium retro curiam *bime fronehoue*, item iuger ibidem *der stoszit drin,* item iuger et dimidium *an Badenheimere pade*, item xi. iugera ibidem, item ii. iugera apud *Culmannum* militem de *Lurzwilre,* item iii. iugera *offe deme Riche* apud moniales de *Oppenheim*, item ii. iugera et dimidium in *dauvelsloche* apud *Johannem* militem, item dimidium iuger parum vlterius apud dominos s. *Stephani* predictos, item iuger et dimidium ibidem apud eosdem dominos, item iuger et dimidium *bi crucereine,* item duale ibidem apud supradictum *Humbertum,* item duo iugera et dimidium *an dir dirhelde* apud *Wicnandum* predictum, item dimidium duale ibidem, item *offe deme berge* viii. iugera tam in agris, quam in vineis diuidenda in duas partes equales. Hec sunt prata: Extra villam sita sunt viii. slege, item ii. iugera et dimidium apud priuignos *Steincop*, item iuger vlterius uersus *Badenheim*, item iii. slege apud *Johannem* militem. Fuit eciam dictus *Theodericus* miles confessus coram nobis, quod dicta bona sint censualia ecclesie s. *Stephani* predicte, videlicet in

censu viii. solidorum magunt. denariorum et oboli et quod nulli alteri ad aliqua seruicia teneantur, promittens ipsi scolastico ius tam warandiam facere de bonis eisdem.

A. d. M.CC.XCI, xvi. kalendas octobris.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 473.

1291 (16. Nov.). I. n. d. a. Cum in nos *Wernherum* de *Lewenstein* custodem ecclesie *wormatiensis* et *Symonem* prepositum de *Henehe* super controuersia, que super collacione cuiusdam vicarie sacerdotalis ordinate de bonis quondam *Dauid* militis *wormatiensis* in ecclesia s. *Andree wormat.* inter decanum et capitulum eiusdem ecclesie ex parte vna et *Dauid*, *Syfridum*, *Sygelonem*, *Ruckelinum* et *Emerchonem*, fratres, laicos, filios predicti *Dauid* militis, ex altera vertitur, tanquam in arbitros compromissum existat, nos consideratis plenius hiis, que nostrum animum circa iura parcium mouere poterant et debebant, deliberacione competenti prehabita, de iurisperitorum consilio et tractatu, quia inuenimus predictos decanum et capitulum intencionem suam probasse, pronunciamus et diffinimus arbitraria potestate, jus collacionis vicarie sacerdotalis predicte ad ipsos decanum et capitulum pertinere et pertinere debere, parti aduerse super iure collacionis huiusmodi silencium imponentes. In cuius facti testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Lata est hec sententia in capitulo ecclesie s. *Andree Wormatie*, domino *H.* preposito ibidem, *Gerhardo* de *Liethtenstein* et *Friderico* de *Stocheim*, canonicis *wormat.*, presentibus, quorum sigilla presenti cetule sunt appensa.

A. d. M.CC.LXXXXI, fer. vi. p. fest. b. Martini.

(Die Siegel hängen unbeſchädigt an.) Orig.

№ 474.

1291 (26. Nov.). *E.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie in campis magunt.* volumus esse notum, quod nos vineas nostras, videlicet i. quartale situm in campo *pinguense*, in loco dicto *Eisehelde*, versus pontem, et aliud quartale in via tendenti versus *Ockenheim*, concessimus *Gotschalco* et *Methildi*, coniugibus de *Pinguia*, necnon post obitum eorum seniori semper heredi pro media parte vini crescentis in eis iure hereditario possidenda, ita videlicet, quod debitam et consuetam culturam certis horis et debitis temporibus impendant et quolibet anno duas bonas plaustratas finii ipsis vineis ad emendacionem earum inducant, partem quoque ipsos coniuges siue eorum heredes de xxviii. quartalibus vini, que de bonis nostris in campo *pinguensi* sitis consueuerunt solui, ad curiam domini nostri archiepiscopi *moguntini* pro iure, quod wlgariter *fortase* dicitur, nobis ex eo competente proporcionaliter contingentem vna nobiscum persoluant, saluis nichilominus iure et consuetudine preter hec in eisdem vineis hactenus obseruatis. Alioquin, si in aliqua predictarum condicionum quisque eorum negligens inuentus fuerit, cadat a iure ex locatione sibi competente. Ad que omnia et singula complenda nos partes hinc inde coram judicibus s. *moguntine* sedis constitute voluntarie obligamus.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCI, in crast. b. Katherine virg.

(Gesiegelt haben die Aussteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Liebfrauenstifts im Felde zu Mainz.)

№ 475.

1291 (13. Dec.). Nos priorissa et conuentus sanctimonialium *penitencium* ordinis s. *Marie Magdalene* in *Moguncia* recognoscimus, quod nos ex parte pie memorie

domini *Symonis*, quondam episcopi *wormaciensis*, vi. libras hallensium nomine legati recepimus sub hac forma, quod singulis annis anniuersarium suum sollempniter peragemus et ii. maldra siliginis de granario nostro nomine consolacionis siue pitancie inter sorores nostras presentes ipsa die anniuersarii diuidere equaliter perpetuis temporibus debeamus, quod si nos in predicto anniuersario peragendo uel in danda consolacione prefata fuerimus negligentes, eligimus decano et capitulo s. *Johannis* iv. maldra siliginis nomine pene dare et hoc tociens faciemus, quociens fuerimus negligentes. *)

Act. et dat. *Moguncie* a. d. M.CC.LXXXXI, in die Lucie virg.

(Gesiegelt haben die Aussteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 476.

1291 (17. Dec.). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* recognoscimus, quod *Conradus* dictus de *Frankenfurt* presbyter, vicarius ecclesie *maguntine*, nobis apud *Johannem* de *Zorneheim* militem et vxorem eius in bonis suis, sitis in terminis ville *Ebernsheim*, vi. maldrorum siliginis, maguntine mensure, perpetuos redditus comparauit et sua pecunia soluit ac nobis tradidit in hunc modum, quod nos in omnem euentum eidem *Conrado* ad vitam suam et post eius obitum *Hildegundi* et *Alheidi*, beginis, sororibus suis, si superstites fuerint, ac alteri earum post decessum vnius ad vitam earum et vtriusque ipsarum vi. maldra siliginis de nostro granario sine omni diminutione et protractione dabi-

*) Ganz gleiche Urkunde des Agneskloſters zu Mainz von demſelben Datum. (Daſelbſt.)

mus, nomine annue pensionis, singulis annis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa, post obitum vero dictarum trium personarum, nos earundem et parentum suorum anniuersarium vigiliis et missis in vna die, quam ad hoc duxerimus deputandam annis singulis pagemus, qua die ipsa vi. maldra nobis per ipsum *Conradum* sicut premittitur comparata presentiarum nomine inter presentes distribui debent more debito et consueto. *)

Act. et dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XCI, xvi. kalendas januarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt etwas beſchädigt an.)

Orig.

№ 477.

1292 (13. Jan.). *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris moguntini* recognoscimus, quod nos domunculam illam supra portam nostram constructam et curie *Heinrici* de s. *Petro*, concanonici nostri, contiguam, eidem *H.* donauimus sic, quod ad dictam curiam suam in perpetuum pertineat pleno iure, saluo censu videlicet iii. solidorum colon., qui de dicta curia ad ornatum

*) Auf der Rückſeite ſteht von gleichzeitiger Hand: Descriptio bonorum in *Ebernsheim Johannis* militis et *Beatricis*, coniugis eius. In campo versus *Heichisheim* apud *santgruben* ii. jugera, item apud curiam monachorum ii. jugera, item circa eandem curiam i. juger et dimidium, item uersus *Zornheim* prope stratam, que dicitur *menzir straze*, ii. jugera, item *bi deme viwege* infra bona monachorum et relicte dicti *Spiz* v. quartalia, in alio campo iv. jugera et dimidium infra jugera predictorum monachorum et relicte predicte *Spizen*, item inter jugera *Jacobi* dicti *Isenmengere*, ciuis *magunt.*, ii. jugera et quartale. Summa xv. jugera et ii. quartalia.

ecclesie nostre in festo b. Martini annis singulis persoluuntur.

Dat. a. d. M.CC.LXXXXII, idus januarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt ſehr beſchädigt an.)

Orig.

№ 478.

1292 (15. März). Nos magistra, totusque conuentus monasterii montis s. ***Ruperti*** iuxta ***Pinguiam***, nos quoque magistra, totusque conuentus monasterii ***Vlenhusen*** recognoscimus, quod cum ***Arnoldus*** dictus ***Rapado*** pie memorie et ***Jutta,*** vxor eius legittima, nobis magistre et monasterio montis s. ***Ruperti*** quartam partem, nobis quoque magistre ac monasterio ***Vlenhusen*** predictis similiter partem quartam omnium bonorum, tam mobilium quam immobilium, vbicunque locorum existencia siue sita, post obitum amborum coniugum predictorum iure hereditario contulerint possidendam, nos ad eiusdem ***Jutte*** peticionem vi. solidos den. colon., quos abbas ac ***eberbacensis*** ecclesia nomine annue pensionis dicte ***Jutte*** de pomerio eorum ultra ***Naam*** festo Martini singulis annis soluere tenebantur, de nostra nostrorumque conuentuum bona uoluntate pro nostra parte renunciauimus.

Dat. a. d. M.CC.XCII, sabb. ante domin. letare.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№ 479.

1292 (16. März). Nos frater ***Sifridus*** abbas, totusque conuentus monasterii ***eberbacensis*** recognoscimus, quod omnibus bonis, tam mobilibus quam immobilibus, vbicunque locorum existentibus siue sitis, que ***Arnoldus*** dictus ***Raputdo*** pie memorie et ***Jutta,*** vxor eius, post ipsorum obitum amborum nobis contulerunt possidenda et que post

obitum dicte *Jutte* nostro monasterio cedere possent seu deberent, de nostro ac tocius nostri conuentus uoluntate et consensu renunciamus, promittentes nichilominus, quod consolacionem seu refectionem nostri conuentus communem in bonis piscibus, albo pane et vino franco liberaliter et honeste in festo b. Petri et Pauli apostolorum uel infra octauam facere tenebimus annuatim, excusatione qualibet pretermissa, veruenciam pro dicta bonorum renunciatione ac fratrum refectione prenoninata *Jutta* ccc. marcis denariorum apud *Pingwiam*, quas sibi racione mutui tenebamur, et dimidie marce, quam sibi nomine annui pensionis de pomerio nostro ultra *Naam* festo b. Martini singulis annis persoluimus, nobis et ecclesie nostre renunciauit et eandem dimidiam marcam apud alios heredes renunciare procurauit. Eligimus insuper spontanee pro nobis nostrisque successoribus, quod si in amministracione dicte refectionis anno aliquo fuerimus neglientes, extunc decanus et capitulum ecclesie *pingwensis* viii. marcas apud *Pingwiam* bonorum denariorum super curti nostra *pingwensi* et vinea nostra sita in *Rinderweige* illo quidem anno percipiant, quo premisse refectionis fuerit negliencia per nos facta, sub ista tamen condicione, quod idem decanus et capitulum ecclesie predicte cum iv. marcis dicte summe pecunie pisces bonos nostro conuentui comparare procurabunt, reliquas marcas quatuor in dictorum defunctorum anniuersario ecclesia *pingwensis* memorata anno neglecto presentibus distribuent, maiores uigilias cum leccionibus nouem, missam pro defunctis peragentes.

Dat. a. d. M.CC.XCII, dominica letare Jherusalem.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 480.

1292 (19. März). Iudices s. *maguntine* sedis literas subscriptas uidimus in hec uerba.

Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani maguntini* recognoscimus, nos locasse *Cunrado* dicto de *Bercheim* sartori, ciui *oppinheimensi*, quandam aream nostram sitam in *Nacheim* iuxta ortum dictum *mulingardin* pro xxx. denariis magunt., singulis annis in festo b. Martini ecclesie nostre soluendis, iure hereditario possidendam, ita tamen, quod census predictus annuatim in iudicio aput *Nacheim* expediatur et obtineatur, quod *Gedinge* ulgariter appellatur, et quod ipse dictam aream ab introitu generali cum suis laboribus et expensis annuatim muniat et defendat.

Dat. a. d. M.CC.XCII, prox. iv. fer. a. domin. judica.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 481.

1292 (6. April). Nos *Petrus* de *Berdoldisheim* scultetus, consilium et vniuersitas militum et ciuium in *Oppinheim* recognoscimus, quod constituta coram nobis *Gerdrudis* de *Oppinheim* vna cum suis pueris, *Heinrico* et *Johanno*, recognouerunt, se vendidisse *Godefrido* militi dicto de *Dininheim* hec iugera sita in terminis ville *Gimminsheim*, videlicet viii. iugera prope *latum lapidem* apud dominam de *Moguncia* et *Arnoldum*, scultetum in *Gimminsheim*, item iv. iugera in campo superiori attingencia viam *wormaciensem* iuxta dominam de *Moguncia* predictam, item ix. quartalia iuxta *Johannem* militem et *Berdoldum* de *Gimminsheim*, ciuem in *Oppinheim*, que predicta iugera dictus miles *Godefridus* reconcessit dicte *Gerdrudi* et suis pueris predictis singulis annis pro vi. maltris siliginis, wormat. mensure, infra assumpcionem et natiuitatem b. Marie virginis, ante domum, quam uoluerit, in *Oppinheim* sibi presẽtandis annuatim, iure hereditario possidenda, quod si non fieret, dictus *Godefridus* miles

eadem bona publicandi, quod *vfholin* dicitur, habebit liberam facultatem. Item *Petrvs* de *Alsheim* et *Katherina*, uxor sua, coram nobis nichilominus recognouerunt, se vendidisse dicto militi iugera subnotata, scilicet iuger cum dimidio sita prope dominos de *Otdirburg* uersus *Oppinheim* in terminis uille *Alsheim*, item duale iuxta dominos domus *theutonice*, item iuger situm inter dominos domus *theutonice* predictos et dominos de *Otdirburg*, que iugera predictus miles *Go.* reconcessit predictis conjugibus *Petro* et *Katherine* possidenda hereditarie pro maltro siliginis, wormat. mensure, presentando annuatim iuxta omnem modum, ut predictum est. Quos quidem vii. maltrorum redditus prefatus *Godefridus* miles post mortem suam legauit ad fabricam cappelle in *Dininheim* b. *Nicolay* videlicet, ita, ut quocunque anno persona religiosa uel secularis pro tempore celebrans in dicta capella b. *Nicolay* pro xx. maltris siliginis et carrata vini, per dictum *Go.* dicto sacerdoti deputatis, ex detrimento seu negligencia qualicunque bonorum supradictorum aut alio casu qualicunque superueniente in perceptione dictorum xx. maltrorum siliginis et carrate vini defectum sustinuerit aliqualem, quod ille defectus de vii. maltrorum redditibus memoratis debeat adimpleri.

Dat. a. d. M.CC.XCII, die pasche.

(Das Siegel der Stadt Oppenheim fehlt.) Orig.

№ 482.

1292 (28. Juni). Iudices *wormacienses* recognoscimus, quod constitutus in presencia nostra a. d. M.CC.XCII *Fridericus* dictus *Baleis* de *superiori Flersheim* recognouit, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* perpetuam viii. maldrorum tritici pensionem pro xl. libris hallensium, presentandam eisdem singulis annis infra duo b. virginis festa assumptionem et natiuitatem, suis

laboribus et expensis in ciuitatem *wormat.* ante granarium suum, obligans eis pro certa huius pensionis solucione bona infrascripta nomine subpignoris in terminis dicte ville *Flersheim* sita, in superiori campo videlicet i. iuger consulcaneum dominabus de *Ramusen,* item dimidium juger consulcaneum *Godilmanno* militi, item i. iuger consulcaneum predictis dominabus, item ii. jugera consulcanea dominis de domo *theutonica,* item vnum cum dimidio consulcaneum dominis de *Ottirburg,* item ii. *in der harsnur* consulcanea predictis dominabus de *Ramusen,* item ix. quartalia in via, que tendit versus *Stedin,* item dimidium juger consulcaneum dominis de domo *theutonica,* item ibidem in inferiori campo i. juger cum dimidio *an Guntirsbumirwege* consulcaneum dominis de *Otterburg,* item vnum cum dimidio *durch den Celler wec* consulcaneum dominis de *Wissin,* item vnum cum dimidio consulcaneum *Craftoni,* item vnum consulcaneum predictis dominis de domo *theutonica,* item vnum consulcaneum predictis dominis de *Otterburg,* item ix. quartalia in via, que tendit versus *Miluisheim,* item i. juger ibidem, ad que quidem bona seu agros et cultores eorundem, qui erunt tamen duo seniores ipsius *Friderici* heredes, dicti decanus et capitulum respectum habebunt de annua solucione pensionis prelibate. Protestamur eciam . . . . *Jacobum* et *Fridericum,* liberos predicti *F.,* cum eorum coniugibus *Altrude* videlicet et *Katherina,* die infrascripto in nostra presencia constitutos . . . . et obligacioni bonorum prefatorum prefatis decano et capitulo factis mutuum et voluntarium adhibuisse consensum.

Act. ao. dom. incarn. predicto, in vig. b. apost. Petri et Pauli.

(Die Siegel der Wormſer Richter, ſowie des Deutſchordenshauſes zu Flörsheim (frater *Cunradus Lumpo* commendator) hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 483.

1292 (26. Juli). Iudices *wormacienses* profitemur, quod constitutus in nostra presencia a. d. M.CC.LXXXXII, in crast. b. Jacobi apost. *Jacobo*, prebendario ecclesie noui monasterii *herbipolensis* ac *Lieba*, matre eiusdem, ex vna parte, ac *Conrado* dicto *Margrauii*, clerico *wormat.*, ex parte altera, *Jacobus* et *Lyeba* prefati recognouerunt, se redditus ii. librarum hallensium, quos habebant in villa *Herlsheim*, super curia et orto iuxta curiam *Johannis*, quondam de *Lapide*, militis, situatis, qui ortus et curia quondam fuerant ipsius *Jo.*, pro xx. libris et v. solidis hallensium dicto *Conrado* vendidisse.

(Copialbuch des Bergklosters zu Worms.)

№ 484.

1292 (22. Sept.). Nos *Fridericus* comes de *Liningen* senior recognoscimus, quod cum bone memorie *Jacobus* de *Alzeia*, cantor *maioris* ecclesie *wormat.*, nomine ecclesie sue predicte curiam quandam liberam ab omni censu, precaria, exactione et seruitio quolibet in villa *Selsen* possederit et postmodum dicte ville *Selsen* aduocatiam, nobis domino feodi eiusdem principalis consenciente, a nobilibus viris de *Lewenstein*, nostris fasallis, compararit, ipsam aduocaciam, vtpote clericus habere non valens, nomine suo *Heinricum Rufum* de *Alzeia* permisit suum consanguineum recipere et regere, vtpote laycum ad feodum habilem aduocatiam eandem et homagium proinde prestare, processu itaque temporis dictus cantor de nostra voluntate dictam curiam liberam permutauit in aliam curiam dicte ville, que censualis fuerat et seruitium debebat, quam tamen curiam in recompensam prime curie libere, que tamen prima curia censualis erit et seruilis, de nostro consensu fecit liberam ab omni censu, precaria, exactione et seruicio, et eandem curiam sic permutatam dictus cantor

Digitized by Google

possedit ad tempora vite sue, quam permutacionem curiarum et libertatem de vna curia ad aliam factam ratam et gratam habuimus.

Dat. a. d. M.CC.LXXXXII, in die b. Mauricii et sociorum ejus.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 485.

1292 (12. Nov.). Nos *C.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus* profitemur, quod domum nostram in vico, qui *henfergazze* dicitur, *Maguncie* sitam, quam olim *Heinricus* dictus *albus* inhabitabat, *Siboldo* et *Elizabeth*, vxori sue, ciuibus *maguntinis*, ac pueris eorundem iam nunc generatis pariter et in posterum generandis, necnon *Nicolao* et *Mechtildi*, pueris predicte *Elizabeth* de priori viro suo genitis, ad uite ipsorum tempora obtinendam concessimus in hunc modum, quod predicti *Siboldus* et *Elizabeth* quamdiu uixerint, nobis et ecclesie nostre singulis annis de eadem domo xii. solidos denariorum colon. in festo b. Thome apostoli et totidem solidos eiusdem monete in festo natiuitatis b. Johannis baptiste nomine census soluant, post mortem uero predictorum *Siboldi* et *Elizabeth* supradicti pueri eorundem in prefato festo b. Thome apostoli xviii. solidos denariorum colon. et in festo b. Johannis baptiste totidem solidos eiusdem monete pro censu domus antedicte singulis annis nobis et ecclesie nostre soluere tenebuntur. Ad hec eciam prefati *Siboldus* et *Elizabeht*, vxor sua, xx. marcas supradicte monete in edificiis utilibus et necessariis infra duos annos proxime nunc instantes dicte domui notorie impendent et nichilominus ipsam in antea tam ipsi quam eorum pueri in statu emendationis conseruabunt. Cauebunt eciam predicti pueri, quod domus eadem post obitum parentum suorum maneat

Digitized by Google

indiuisa et si forte prefati *Siboldus* et *Elizabeth* aut pueri eorundem, necessitate et indigencia compulsi, domum nostram prefatam pro iure ipsorum vendere, obligare seu ad alias personas transferre uoluerint, hoc utique de nostro scitu facient et assensu.

Act. a. d. M.CC.LXXXXII, in crast. b. Martini episcopi.*)

(Das Siegel der Ausſteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 486.

1292 (26. Nov.). Ego *Gerhardus* dapifer de *Altzeia* notum facio, quod *Ebirhardum* comitem de *Spanheim* generum meum et *Loisam* vxorem suam, meam filiam, et liberos, quos ex se inuicem susceperunt et suscipient, de castro in *Alczeia* pro parte, que me contingit in eadem, quod a *Ludewico comite palatino Reni*, duce *Bauarie*, in feudum teneo et jure, si quid mihi in officio dapiferatus competit uel debet competere iure feudi et censibus quarundam domorum in *Altzeia*, quos mihi ab eo similiter iure feudi assero attinere, ac decimis, que wlgo *Bevnczehenden* dicuntur, in *Alczeia*, *Rockenhusen*, *Vluersheim* et *Schafhusen* pro parte mea, necnon decimis et jure patronatus in *Wolfsheim* cum pertinenciis suis pro parte mea et quarta parte judicii mihi et hiis, que cedunt mihi in frumento et hallens. de peticione in villis *Gondramsheim* et *Onsheim* annuatim, quas decimas cum aliis subscriptis ab ipso *comite palatino* in feudum possideo, et aliis bonis meis, possessionibus, juribus et hominibus, que ab eo eciam in feudum teneo, per pactionem legitimam, legitimos successores constitui ac heredes, nec sibi quicquam juris ex pactione illa in successione huiusmodi vendicabunt, nisi postquam ego et *Mechthildis*, vxor mea, mater eiusdem

*) Die Urkunde datirt wohl von dem Jahre 1282 und ſcheint die Jahreszahl 1292 auf einem Verſehen des Urkundenſchreibers zu beruhen.

Digitized by Google

Lyse, transierimus de hac vita, et ipsam *Mechthildem*, vxorem meam, precipue si me supervixerit in predictis feudis non impedient quoad uiuet nec ad secundas nupcias conuolaret ad pactionem illam, prefati domini ducis accedente consensu, de cuius eciam bona voluntate procedet, si quam amiciciam ego et ipsa vxor mea quoad successionem feudorum illorum eis fecerimus nunc in vita. Liberos autem illos, si quos ego et *Mechthildis* vxor mea adhuc ex nobis procreauerimus, nolo ex pactione ista fraudari jure, si quid habere debuerint in premissis, nec ipse dominus meus dux quicquam eis adimit in hac parte. Si uero prefata *Lysa*, filia mea, premortua fuerit absque liberis susceptis ex ipso *Eberhardo* comite, marito suo, idem dominus *Eberhardus* omnia bona premissa, quelibet eo jure, quod mihi competit in eisdem, tenebit pro tempore vite sue et postmodum ad eum uel eos, ad quem uel quos iure deuoluenda fuerint, deuoluentur.

Dat. in *Altzeia* a. d. M.CC.XCII, vi. kalendas decembris.

(Gesiegelt hat der Aussteller und der vorg. Graf Eberhard von Spanheim.)

(Pfälzer Copialbuch.)

№ 487.

1292 (26. Nov.). Ego *Connemannus* miles de *Rudunshem* et *Ida*, mea coniugata, constare cupimus, quod nos in bonis, que frater meus *Gysulbertus* miles emit apud abbatem et conuentum in *Eberbach* in villa *Gausulhem*, dominam *Elizabet*, eiusdem militis relictam, nunquam uerbo uel opere attemtabim impedire, sed de nostra bona uoluntate et consensu cum eisdem bonis faciet et disponet quidquid ei pro salute sua et anime fratris mei antedicti videbitur melius expedire.

Dat. a. d. M.CC.XCII, in crast. b. Katerine.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

Digitized by Google

N. 488.

1292 (1. Dec.). Iudices *wormacienses* ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod in nostra constituti presentia *Durenkardus* et *Elizabeth* de *Herlesheim*, coniuges, recognouerunt, se conducisse a decano et capitulo ecclesie s. *Andree Wormatie* quoscunque agros in terminis ville *Herlesheim* predicte sitos, quos *Dauid* quondam miles *wormatiensis* ad altare summum ecclesie s. *Andree* predicte deputauit et legauit, pro annua pensione xxiii. maldrorum siliginis et dimidio soluenda singulis annis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis sacerdoti predictum altare officianti, predictorum tamen coniugum vectura, laboribus et expensis in ciuitatem *wormat.* ante domum, quam predictus sacerdos eis duxerit designandum, pro qua pensione soluenda predicti coniuges iv. jornales agri campestris in predicte ville *Herlesheim* sitos terminis hoc modo pro subpignore obligarunt, videlicet i. juger situm in loco dicto *vf der nun wisen* iuxta dominam *Lengen* viduam *wormat.*, item ii. jugera consulcanea *Dicxoni* dicto *Cletdinberg* retro salices *Johannis* dicti *de Lapide*, item i. juger *in der murc wisen* situm consulcaneum agris dotis ecclesie in *Herlesheim*, hac cum adiecta condicione, quod si predicti coniuges uel eorum heredes, quem predictam pensionem soluere contigerit in posterum, pensionem ipsam non soluerint, prefata iv. jugera ipsi decanus et capitulum vna cum sacerdote predicto tollere possint confiscacionis modo et ea tanquam propria suis vsibus applicare. Sunt autem agri, quos predicti coniuges conduxerunt, tales, videlicet in superiori campo *Herlesheim* vi. jornales agri campestris super *Mitdelberg* consulcaneus *Eigelmar*, item ii. iugera in Twerchgewanden iuxta viam *Petdrusheim* consulcanea dominis de *Olderburg*, item i. juger et dimidium, per quem transit via supradicta, consulcaneum domi-

Digitized by Google

nis de *Olderburg*, item apud *weldercrvce* i. et dimidium jugerum consulcanea relicta *Rufi*, item i. et dimidium iugerum consulcaneum *Vernzone Ridderchin*, item i. et dimidium ibidem consulcaneum *Flegel*, item in Therchgewanden iuxta *weldercrvce* iii. jornales et dimidium consulcaneus *Johannes de Lapide*, item ibidem iv. jugera consulcanea *Flegel*, item i. et dimidium juger tendencia per *Caldenberg* consulcanea *Philmanno* de *Pedrusheim*, item i. et dimidium tendencia super viam *Habenheim*, item iv. jugera tendencia vltra *Habenheim* consulcanea dicto *Flegel* vtrobique, item sub vineis iii. jugera preter quartale consulcaneus *Dubenkardus*, item ibidem ii. iugera consulcaneus *Hermannus*, item apud *Stafflen* v. quartalia consulcanea *Cyppura*, item xv. jugera apud *puffenphade* consulcanea *Flegel*, item in campo inferiori primo super arena apud leprosos i. jugerum consulcanea dicta *Deuben*, item ibidem versus stratam *Reni* i. et dimidium, item ibidem ii. jugera consulcaneus *Rockenhuser*, item super arena iv. jugera consulcaneus *Durenkadus*, item ibidem i. juger, quod non plene transit viam, consulcaneus dictus *Crutsac*, item i. iuger et dimidium consulcaneus *Johannes* de *Lapide*, item vnum pratum iuxta *Wornzonem* militellum, item super arena ii. jugera et dimidium consulcanea *Cyppura*, item ibidem i. jugerum et dimidium, item iii. iugera in *specbunden*, item ii. jugera versus *puteum* consulcaneus *Wernso Ridderchin*, item ii. jugera iuxta *Nuhusen* consulcanea *H.* dicto *Flegel*, item duale in *Hochetmer marke* consulcanea dicta *Roden*, item in *Kirseberge* i. jugerum consulcaneum *Wernzone* dicto *Ridderchin*, item duale ibidem consulcanei filii *Henrici* de *Hochheim*, item ii. jugera uersus molendinum consulcanea dicta *Milweren*, item duale retro *Nuwelendin*, item duale versus *hohenbaume* consulcaneus *Hellecrupphe*, item *vnder lenzen* dimidium juger, quod finit in ambabus, consulcanea

domina *H.* de *Hochheim*, que quidem bona tam conducticia quam pignoraticia apud vnum heredem dictorum coniugum semper remanebunt indiuisa, censum autem frumentalem de dictis bonis cedentem predicti coniuges vel eorum heres, qui in bonis predictis eis successerit, sacerdos vero censum denariorum eorundem bonorum eis, quibus de iure soluendus fuerit, persoluent.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCII, crastino Andree apost.

(Die Siegel des Andreasstifts in Worms hängen unversehrt an.)

Orig.

№ 489.

1293. Nos *Berno* decanus, totumque capitulum ecclesie b. *Petri Moguntie* recognoscimus, quod curiam nostram sitam in vico se protendente versus ecclesiam s. *Gingolfi*, *Baldemaro*, quondam ecclesie nostre vicario, attinentem, concessimus *Cunrado*, predicte ecclesie nostre cellerario, possidendam jure hereditario sub hac forma, quod ipse in octaua b. Nicolai episcopi singulis annis vnam marcam denariorum colon. de eadem curia ad presencias ipso die in coro ecclesie nostre presentibus distribuendam nomine census soluat. Ceterum idem cellerarius noster uel eius heres in ipsa curia residens de eadem annuatim vnam marcam denariorum colon. in die anniuersario supradicti *Baldemari* peragendo nomine census soluet, que ipso die in coro ecclesie nostre presentibus distribuetur presencias ad communes. Preterea prefatus *C.* uel alter ipsi in eadem curia jure hereditario succedens, de supradicte curie nostre fundo et area singulis annis in die s. Marci ewangeliste ii. vncias denariorum mogunt. monete soluere tenebitur. Sane nos de curia supradicta per manus *Ottonis* de *Sigen* nostri concanonici, *Arnoldi* et *Wilhelmi*, sacerdotum, dicte ecclesie nostre vicariorum, prefati *Baldemari* manufidelium, supradicto *Cunrado* cellerario per annum et

diem, prout *Moguncie* consweludinis est et juris, certam possessionis dicte curie warandiam faciemus.

A. d. M.CC.XCIII.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 490.

1293 (Febr.). Ratio juris exigit etc. hinc est, quod nos *Eberhardus* et *Walramus*, fratres, comites *Geminipontis*, ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, cum felicis recordationis *Eberhardus*, quondam comes de *Ebersteyn*, noster auus et *Adelheidis*, eius collateralis, ecclesiam de *Hilnsheym*, cuius collatio cum jure patronatus ad ipsos spectabat, monasterio et conuentui de *Rosendal*, ordinis cisterciensis, *wormaliensis* diocesis, contulerunt et pleno jure, prout in ipsorum literis plenius continetur, nos successiue tamquam veri fundatores dicte ecclesie et heredes huiusmodi collacioni gratam et ratam habentes et presentibus innouantes, predictam ecclesiam cum jure patronatus supradicto monasterio et conuentui de *Rosendale* secundario contulimus et conferimus per presentes, vt post decessum vel resignationem *Bertholdi*, decani ecclesie *Cellen*, pastoris, nunc ipsam ecclesiam possidentis, abbatissa et conuentus prefati monasterii potestatem habeant de cetero memoratam ecclesiam perpetuo vicario conferendi, mediante nichilominus auctoritate ordinaria prelatorum, presentem paginam nostris sigillis dedimus communitam. *)

Dat. a. d. M.CC.XCIII, mense februario.

(Copialbuch des Kloſters Roſenthal.)

---

*) 1294 (21. März) gibt Probſt Hugo zu St. Paul und am 27. Oct. deſſelben Jahres Biſchof Emicho von Worms die Einwilligung in obige Schenkung. (Daſ.)

Digitized by Google

№ 491.

1293 (1. Febr.). Vniuersis pateat manifeste, quod nos ***Cunradus*** decanus, totumque capitulum ecclesie s. ***Marie ad gradus maguntine***, propter nostram et ecclesie nostre vtilitatem, permutauimus ***Saxoni*** prespitero, nostro vicario, ad tempora vite sue domum et curiam nostre ecclesie cum suis attinenciis vniuersis, in quibus bone memorie ***Golfridus***, quondam noster concanonicus, inhabitauit, ita videlicet, quod ipse ***Saxo*** personaliter inhabitet in eadem, nec ad solucionem alicuius census de eis nobis et nostre ecclesie teneatur, sed a solucione census huiusmodi sit liber et ipsam domum et curiam in suis edificiis debitis eius sumptibus propriis teneat et conseruet, preterea talis condicio est adiecta, quod idem ***Saxo*** predictam curiam viam liberam uel intra aut supra terram de curia, quam nunc inhabitat, ad unus passus latitudinem dabit et fieri permittet, que via eciam taliter fuerit obstruenda, quod per eam ipsi ***Saxoni*** ad aliam curiam nec habitantibus in eadem ad aliam curiam ipsius ***Saxonis*** visus aliquatenus pateat uel aspectus. Viceuersa quoque in recompensam predicte curie prefatus ***Saxo*** nobis et ecclesie nostre curiam suam et domum, quam nunc inhabitat, cum suis edificiis et attinenciis vniuersis dedit et tradidit, ipsamque curiam atque domum ab omni censu et exactionis onere liberam faciet. Ceterum premissis hoc est appositum, quod priuata curie prenominati ***Golfridi*** communis erit ambabus curiis supradictis, atque cum ipsa priuata edificanda uel purganda fuerit, expensis communibus et equalibus illud fiat.

Act. et dat. ***Moguntie*** a. d. M.CC.XCIII, kalendas februarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 492.

1293 (15. Febr.). *Eberhardus* dei gracia cantor ecclesie *maguntine* et prepositus ecclesie s. *Marie in campis* ibidem et *Heinricus* de *Rotinstein* canonicus eiusdem ecclesie *maguntine*, arbitri super causis, questionibus et controuersiis subnotatis etc. Quia decanus et capitulum ecclesie s. *Marie in campis mogunt.* ex parte vna et *Nicolaus* miles dictus *Busere* de *Ingelnheim*, filius olim *Johannis* militis ibidem, ex altera, super controuersiis, quas iidem decanus et capitulum atque miles predictus occasione decime ville *superioris Hilbersheim* ipsis decano et capitulo pertinentis, et occasione xl. maldrorum auene, pinguensis mensure, xx. anserum et i. paris caligarum de saga, ac racione locationis eidem *Nicolao* uel parentibus suis facta de decima memorata a decano et capitulo antedictis mutuo et vicissim hactenus habuerunt, in nos tanquam in arbitros compromiserunt, hincinde promittentes sub pena x. marcarum denariorum colon. nobis persoluenda, pronunciamus et auctoritate arbitraria statuimus, quod ipse *Nicolaus* miles per duas messes continuas duorum annorum instantium in presenti anno domini M.CC.XCIII et non ultra percipiat prouentus decime prelibate et soluat de ipsa nomine pensionis cxxx. maldra siliginis, moguntine mensure, messe qualibet predictarum seu anno quolibet prescriptorum duorum annorum decano et capitulo supradictis et ea in *Maguncia* ipsis assignet propriis expensis, periculis et vecturis, alia quoque onera et seruicia ipsis decime et prouentibus eius incumbentia sustineat et persoluat pro decano et capitulo supradictis, sicut hactenus sustinuit et persoluit, et post lapsum ipsarum duarum messium se de ipsa decima seu eius prouentibus nullatenus intromittat. Preterea arbitrando pronunciamus, ut ipsi decanus et capitulum in messibus nunc venturis soluant *Nicolao* predicto xx. maldra

Digitized by Google

auene, pinguensis mensure, et x. anseres pro xl. maldris et xx. anseribus prenotatis. Item soluant eidem militi infra festum kathedre s. Petri proximum par caligarum predictum. Item statuimus arbitrando, ut idem *Nicolaus* ante natiuitatem b. Johannis baptiste proximam prestet decano et capitulo antefatis ydoneam fideiussoriam cautionem super solucione pensionis eiusdem. Nos quoque judices s. *moguntine* sedis, cantor et *Heinricus* de *Rotenstein* predicti sigilla nostra duximus presentibus appendenda.

Act. et dat. *Moguncie* a. d. M.CC.XCIII, xv. kalendas marcii.

(Copialbuch des Liebfrauenstifts im Felde zu Mainz.)

№ 493.

1293 (15. Febr.). Nos soror *M.* dicta abbatissa, totusque conuentus in *Dalen*, ordinis cisterciensis, extra muros *moguntinos* profitemur, quod nos ex parte magistri *Godefridi*, scolastici ecclesie s. *Johannis moguntini*, xviii. libras hallensium nomine testamenti recepimus sub hac forma, quod singulis annis et perpetuis temporibus iiii. kalendas junii, hoc est tercio die ante Petronille, anniuersarium diem ipsius *Godefridi* scolastici, quacunque eciam die moriatur, *Philippi* patris, *Adelheidis* matris sue, *Elyzabet* sororis sue, *Sophie* avie sue ac fratrum suorum, scilicet *Philippi*, *Emerchonis*, *Jacobi*, *Folradi* et *Dilemanni*, *Petri* filii, sororis sue *Hedewigis* puelle, necnon omnium beneficiorum suorum cum vigiliis et missa animarum et aliis oracionibus et commendacionibus sollempniter peragemus, quas ordo cisterciensis facere et obseruare consueuit et viii. maldra siliginis de granario nostro nomine pitancie in predicta die conuentui nostro dare et diuidere equaliter perpetuis temporibus debeamus. Quod si nos uel nobis in nostro monasterio succedentes in predicto anniuer-

Digitized by Google

sario peragendo uel in dando consolacione predicta fuerimus neglientes, eligimus spontanea uoluntate decano et capitulo s. *Johannis* predicti viii. maldra predicta illo anno, quo neglientes fuerimus in promissis, nomine pene dare et hoc tociens faciemus soluendo ipsam penam, quociens fuerimus neglientes.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIII, dominica inuocauit.

(Die Siegel der Ausſteller und der Mainzer Richter hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 494.

1293 (22. Febr.). Nos *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* protestamur, quod *Heluicus*, ecclesie nostre canonicus, accedente nostro consensu, uendidit *Heinrico* dicto de s. *Petro*, concanonico nostro, redditus dimidie marce denariorum colon. pro vi. marcis et dimidia de claustrali curia sua, quam ipse *Heluicus* inhabitat, nomine census in festo b. Martini annis singulis persoluendos eidem, hac condicione adiecta, quod dictus *Heinricus* censum eiusdem dimidie marce legandi, donandi, obligandi seu uendendi cuicunque uoluerit plenam habeat potestatem, et quicunque curiam ipsam inhabitauerit seu prefato *Heluico* in eadem successerit, ad soluendum huiusmodi censum eidem *Heinrico* uel eis, quibus ipsum legauerit, donauerit seu uendiderit, obligatus esse debeat perpetuo. Elegit eciam memoratus *Heluicus* in se spontanea uoluntate, ut si censum ipsum neglexerit soluere, extunc ad eius solucionem a decano ecclesie nostre per sentenciam suspensionis compelli ualeat, si prefatus *Heinricus* aut sui manusideles id duxerint requirendum. Quod si fortassis predictus *Heluicus* sepefatam curiam siue censum, qui ultra dimidiam marcam predictam haberi poterit, de eadem legare uel uendere uoluerit cui-

Digitized by Google

cunque, id sibi uel manufidelibus suis licitum erit, ita tamen, quod dictus *Heinricus* in censu suo nullatenus defraudetur.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIII, viii. kalendas marcii.

(Das Siegel der Aussteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 495.

1293 (26. Mai). Nouerint vniuersi, quod cum olim inter decanum et capitulum s. *Petri* et decanum et capitulum s. *Johannis*, ecclesiarum *moguntinarum*, super capitulis et articulis in libello ex parte dicte ecclesie s. *Johannis* porrecte contentis dissensionis materia verteretur, in nos scolasticum s. *Marie ad gradus maguntinum* et *Cunradum* dictum *Swab* de *Brunegesheim*, ecclesie in *Dotzheim* rectorem, tanquam in arbitros compromiserunt, nos igitur visis et examinatis partium iuribus diffinimus, quod cessantibus omnibus personalibus actionibus in libello dicte ecclesie s. *Johannis* eiusdem nomine contra *Hunonem* quondam decanum predicte s. *Johannis* ecclesie intentatis omnia predicti *Hunonis* bona immobilia, in libello predicte s. *Johannis* ecclesie contenta, diuidi debeant equaliter in tres partes, quarum vna cedet ecclesie s. *Johannis* predicte, relique vero due partes prefate ecclesie s. *Petri*, cum omnibus rebus mobilibus dicti *Hunonis*.

Act. a. d. M.CC.XCIII, vii. kalendas junii.

(Die Siegel der vorg. Schiedsrichter hängen unversehrt an.)

Orig.

№ 496.

1293 (2. Juli). Iudices s. *maguntine* sedis. Nouerint, quod causa, que inter decanum et capitulum ecclesie s. *Johannis Moguntie* ex vna et abbatissam et conuen-

Digitized by Google

tum monasterii in *Dalen* apud *Moguntiam* ex parte altera, super solido magunt. den., in quo predicti decanus et capitulum dicebant ipsas abbatissam et conuentum sibi teneri de quodam iugero terre arabilis sito in *Brissenheim*, in loco, qui dicitur *bergwec*, et debere soluere ipsis eundem censum singulis annis in crastino s. Galli, in nostra presencia uertebatur, per nos, accedente ad hoc consensu fratris *Richwini*, procuratoris supradictarum abbatisse et conuentus, taliter est decisa, dicte abbatissa et conuentus v. solidos mogunt. den. tam pro censu anni presentis, quam pro censu quatuor annorum non soluto, vsque ad festum b. Galli proxime nunc venturum et inantea singulis annis et perpetuis temporibus soluent ipsis decano et capitulo unum solidum magunt. den. in crastino b. Galli predicti de iugero prenotato, renuncians expensis factis a partibus hinc et inde.

Act. a. d. M.CC.XCIII, vi. nonas julii.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 497.

1293 (5. Juli). *Fridericus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis mogunt.* Nouerint vniuersi, quod nos partem curie nostre dicte *ad strictum hostiolum Eberhardo* dicto *de Lapide*, preposito et canonico *mogunt.*, locauimus ad terminum vite sue pro viii. solidos denariorum colon. et libra cere soluendis nobis singulis annis temporibus infrascriptis de parte predicta, accedente ad hoc consensu magistri *Godefridi*, nostri scolastici, quem in dicta curia quoad uixerit recognoscimus ius habere, in assumptione b. Marie virginis iv. soluet solidos et alios iv. solidos in festo b. Martini et libram cere in natiuitate b. Johannis baptiste, in qua videlicet parte dictus prepositus statim incipiet edificare et quicquid dicte parti in edificiis et

Digitized by Google

in emendacione ipsius impenderit, mediam partem expensarum, impensarum dictus prepositus pro ipsius anime remedio in nostra ecclesia ordinabit, ita, quod quicquid de media parte dictarum expensarum iuxta estimationem proborum virorum posset comparari, hoc totum aut in anniuersario aliquo aut in sollempnitate aliqua dabitur prout ipse prepositus in vita sua duxerit ordinandum. Fuit eciam adiectum, si prefatus prepositus in solucione dicti census, si ab eo fuit requisitus, negligens inventus fuerit, a suo cadet iure, quod idem prepositus sponte elegit et ipsa pars sepedicte curie sibi locata cum omnibus edificiis, que in ea fecerit, ad nos et dictam curiam libere reuertetur.

Act. a. d. M.CC.XCIII, in crast. b. Vdalrici.

(Gesiegelt haben die Aussteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 498.

1293 (16. Juli). Iudices *wormacienses.* Constare volumus, quod constituti in nostra presencia ***Wernherus Amelle*** et ***Lucia,*** coniuges, ciues ***wormacienses,*** recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. ***Martini wormat.*** xxx. maldra siliginis perpetui redditus super bonis suis sitis in terminis ville ***Ostouen,*** ipsorum coniugum vectura, laboribus et expensis, infra assumptionem et natiuitatem b. virginis in ciuitatem ***wormat.*** ante granarium ecclesie predicte assignanda, que bona dicti coniuges in iudicio ville ***Ostouen*** coram sculteto et scabinis ibidem predictis dominis pro pensione huiusmodi resignarunt, sicut ipsius ville consuetudinis est et iuris. Situs autem bonorum talis est. Primo ii. iugera et dimidium in ***Durenkemervelde*** consulcaneus ***Hertwicus Sliche,*** item dimidium juger apud stratam ***moguntinam,*** consulcanei domini de ***templo,*** item i. iuger breue in eadem gwanda consulcaneus ***Dyrol-***

Digitized by Google

fus miles, item ii. jugera tendencia super dotem ecclesie in *Durenkeim*, item i. juger versus *Ezelmulen* consulcaneus *C. Cippe*, item ii. jugera aqud *Bercheimerwege* consulcaneus *Petrus Fridegeri*, item dimidium juger super *metchenheimerwege* consulcaneus *H. Selzere* clericus, item i. juger et dimidium *an hirneberge* consulcaneus *C. Cippe*, item *jmme geren* dimidium juger consulcaneus cantor s. *Martini*, item i. zweiteil *an vbersheimerwege* consulcaneus *Cippe*, item ix. quartalia apud *hohen annewanden* consulcaneus abbas de *Horrenbach*, item iv. jugera et dimidium apud *hohen annewanden* consulcanei domini de *templo*, item dimidium juger apud *Burgwege* consulcaneus *Wernherus Munskeishorn*, item i. juger apud *Burgwege* consulcaneus *Wernherus Heilenswester* de s. Michahele, item ii. jugera apud *Burgwege* consulcaneus *Lamperthere*, item dimidium juger *jmmegeren* versus ciuitatem. In altero vero campo iii. jugera apud *Burgwege* consulcaneus *Engelmannus*, item i. zweiteil tendens super *Sunderrich* consulcanea relicta *Menhardi*, item i. juger et dimidium apud *Burgwege* consulcanea ecclesia in *Ostouen*, item dimidium juger apud *herlisheimer wege* iuxta fontem consulcaneus abbas de *Horrenbach*, item i. zweiteil *zv hufernberge* consulcaneus *Bertholdus vilulus*, item i. juger et dimidium apud *hindern Rutal* consulcaneus *Ludewicus Fleminch* cum vinea, item i. juger apud *herlisheimerwege* iuxta anteriorem fontem, item ii. jugera retro *hindern Rutal* consulcanea *Methildis* in foro, item dimidium juger apud *Duphus* consulcaneus *Lampperthere*, item dimidium juger *zo kysellingen*, item quartale iuxta *heimerwege* consulcaneus *H. Richeri*, item i. juger *in sewe* versus campum consulcanea relicta *H. Rufi*, item quartale *vnder den wsloccheren* consuclanei heredes *Fritzonis* de *Ostouen*, item i. juger et dimidium in *kenpherwege* consulcanea ecclesia in *Ostouen*, item i. juger

Digitized by Google

apud *osterlangenwanden* consulcaneus *Jacobus Opele*, item i. juger breue *in osterlangenwanden* tendens super *paffenpat* consulcanea *Methildis* in foro, item i. juger et dimidium super *wonnendale* consulcaneus *E. Berzo* de *Ostouen*, item iii. jugera apud *westohowertrege* tendencia super *vf des ables geren*, item i. zweitel sub ripis consulcaneus *F.* de *Westohouen*, item i. juger retro ecclesiam, in quo stat nucus, consulcaneus *Masungus*, item i. juger et dimidium apud *guntheimerwege* consulcanea *Methildis* in foro, item ibidem dimidium juger consulcanei domini de *Mogunciu*, item vii. quartalia apud *westhouerwege* consulcanea relicta *Meinhardi* versus campum, item quartale in *enuenende des ables geren* consulcaneus *Petrus Fridegeri*, item ii. jugera in *Burnedale* consulcaneus *Rinch* de *Alzeya*, item ii. jugera exterius *an wannedale* consulcaneus *Wernherus Muneskeshorn*, item dimidia curia apud *abenheimerwege* cum pratis, quorum sunt tam in *Ostouen*, quam vltra *Renum* xii. mannesmat communes, item iv. slege eciam communes.

Dat. a. d. M.CC.XCIII, crast. diuisionis apost.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 499.

1293 (14. Aug.). Nos *Fridericus* comes de *Lyningen* senior recognoscimus, quod *Petrus* aduocatus de *Selsen* et *Jacobus* de *Hugenheim*, nostri vasalli, cum consensu *Ottonis* de *Beckelnheim*, accedente ad hoc prius nostro consensu, aduenientе eciam ad hoc consensu participum eorundem, vendiderunt decano et capitulo *maioris* ecclesie *wormat.* tres partes medietatis judicii ville *Selsen* predicte, quod judicium siue tres partes judicii dicti uasalli a nobis in feodo obtinebant in omni jure et consuetudine, sicut ipsi vasalli partes easdem judicii possederunt a decano

Digitized by Google

et capitulo *wormat.* ecclesie perpetuo possidendas, *Petro* predicto de *Selsen* quartam partem iudicii predicti sibi *Heinrico* et *Johanni,* fratis sui filiis, reseruante, ita tamen, quod occasione prefate quarte partis iudicii non debet aliquo tempore tribus partibus judicii uenditis et translatis in predictos decanum et capitulum uel bonis dictorum dominorum in uilla et terminis ville *Selsen* predicte aliquod impedimentum, dampnum uel preiudicium, nec ex jure nec ex consuetudine, ortum trahens aliqualiter generari uel eciam procurari nec dicte tres partes judicii respicere debent quarte partis predicte judicium in futurum. Simili modo occasione trium partium medietatis judicii translatarum in predictos *maioris* ecclesie dominos non debet quarte parti judicii a *Petro* reseruate neque bonis suis in villa uel in terminis ville *Selsen* sitis, que usque ad presens tempus possedit, aliquod impedimentum, dampnum uel preiudicium, nec ex jure nec ex consuetudine, ortum trahens aliqualiter generari uel eciam procurari, nec predicta quarta pars judicii respicere debet dictorum trium parcium judicium in futurum, sed utrobique tam decanus et capitulum, quam *Petrus* predictus pro parte iudicorum huiusmodi gaudeant suo jure sicut hucusque de medietate judicii huiusmodi est seruatum, attamen utreque partes poterunt pro sua utilitate in partibus suis sibi attinentibus ordinare et disponere, que ipsis viderint expedire. Et quia nobis comiti de *Lyningen* de tribus partibus predictis in decanum et capitulum predictos *maioris* ecclesie *wormat.* translatis homagium est patrandum, ipsi decanus et capitulum secundum formam et consuetudinem feodorum nobis denominauerunt discretos viros *Sigelonem* de *Wathenheim* et *Johannem* de *Frysenheim,* milites, qui nomine decani et capituli *wormat.* ecclesie de tribus dictis partibus judicii nobis homagium prestiterint et nomine ipsius ecclesie nobis ad homagium obligantur, quorum si quis sine filiis homagium portare non

Digitized by Google

uolentibus decesserit, alium nobis decanus et capitulum predicti substituent, qui ut infeodatus a nobis nomine ecclesie homagium nobis prestet. Profitemur eciam, quod si aliquo tempore probatum fuerit, dictas tres partes judicii nobis ex proprietatis titulo attinere, quod ex tunc omne jus proprietatis huiusmodi et dominium, si quod in illis habuimus uel habere in futurum possemus, damus decano et capitulo *maioris* ecclesie prenotatis, pronunciantes predictos *Sygelonem* de *Wathenheim* et *Jo.* de *Frysenheim,* milites, ab homagio nobis nomine capituli et ecclesie prestito absolutos et predictos decanum et capitulum a prestando nobis homagio in perpetuum absolutos. Est eciam adiectum, quod si *Petrus* predictus suam quartam partem judicii vendere voluerit uel eciam alias alienare, quod a decano et capitulo predictis non debet de hoc aliqualiter impediri, et si predicti decanus et capitulum suas tres partes judicii vendere voluerint uel obligare uel alias alienare, quod a *Petro* predicto et a suis participibus de hoc non debet aliqualiter impediri. In testimonium premissorum presentem literam sigillo nostro dedimus roboratam.

Dat. a. d. M.CC.XCIII, vi. fer. prox. a. assumpt. b. virg.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 500.

1293 (11. Sept.). Nos soror *Guda* dicta abbatissa, totusque conuentus *veteris celle* in *Moguncia* confitemur, quod nos ex parte magistri *Godefridi*, scolastici ecclesie s. *Johannis mogunt.*, xviii. libras hallensium nomine testamenti recepimus sub hac forma, quod singulis annis iiii. kalendas junii, hoc est iii. die ante Petronille, anniuersarium diem ipsius *G.* scolastici, quacunque eciam die moriatur, *Philippi* patris, *Alheidis* matris sue, *Elyzabeth* sororis, *Sophie* auie sue ac fratrum suorum, scilicet *Philippi*,

Digitized by Google

Emerchonis, *Jacobi*, *Folradi* et *Dilmanni*, *Petri*, filii sororis sue, *Hedewigis* puelle, necnon omnium benefactorum suorum in vigiliis et missa animarum ac aliis oracionibus et commendacionibus sollempniter peragemus, viii. maldra siliginis de granario nostro nomine consolacionis siue pitancie in predicta die conuentui nostro diuidere equaliter debeamus, quod si nos in predicto anniuersario peragendo uel in danda consolacione predicta fuerimus negligentes, eligimus decano et capitulo s. *Johannis* predicti viii. maldra predicta nomine pene dare et hoc tociens faciemus soluendo ipsam penam, quociens fuerimus negligentes.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIII, in die Prothi et Jacincti mart.

(Gefiegelt haben die Ausſteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Johanniſtifts zu Mainz.)

№ 501.

1293 (9. Nov.). Magistra, totusque conuentus sanctimonialium in *Frankendal* constare volumus, quod nos vendidimus *Symoni* de *Lobio*, canonico ecclesie s. *Pauli wormat.*, v. solidos denariorum wormat., qui nobis de domo magistri *Arnoldi* fabri *Wormatie* in vico lane sita et aliis areis eidem domui contiguis annualim in festo b. Remigii census nomine dari consueuerunt pro vi. libris hallensium. In testimonium premissorum presentes literas dedimus prefato *Symoni* sigillo roboratas.

Act. a. d. M.CC.XCIII, in vig. b. Martini.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 502.

1293 (12. Nov.). Iudices *wormacienses* profitemur, quod constitutus in nostra presencia *Wernherus* dictus *Crig* de *Ostouen* professus est, se ecclesie s. *Martini*

Digitized by Google

wormat. super bonis suis sitis in terminis ville *Ostouen* infra scriptis viii. maldra siliginis perpetui redditus ad presenciam chori spectancia vendidisse, sua vectura, laboribus et expensis in ciuitatem *wormat.* infra assumptionem et natiuitatem b. virginis ante granarium ipsorum dominorum assignanda. Est eciam adiectum, quod bona huiusmodi apud vnum tantum heredem permanebunt penitus indiuisa. Situs autem bonorum talis est. Primo in superiori campo i. juger consulcanei domini de *Moguncia* cum v. jugeribus, item iii. quartalia consulcaneus *Sezepant* super fossam, item dimidium juger *an fuslochern*, item i. juger et dimidium et sunt wegelangen, item i. juger retro ecclesiam consulcanea mater sua, item ii. jugera tendencia super *paffenpot*, item dimidium juger *an der osterlongen*, item iii. quartalia *an der Ezzelmulen*, item in inferiori campo i. juger et dimidium consulcaneus *Craz*, item i. juger et dimidium consulcaneus *Heinricus Lampperthere* retro *Bildesberge*, item i. juger tendens super *metthenheimerweg*, item iii. jugera an *durinkeimerwege*, item ii. jugera an *Ibernsheimerwege*.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIII, crast. oct. b. Martini conf.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.)

Orig.

№ 503.

1294 (25. Jan.). Ego *Johannes* dictus *Holderbavmer*, ciuis *wormatiensis*, notum facio, quod licet a principe domino meo *Lodwico comite palatini Reni*, duce *Bawarie*, habeam literas, de cclx. libris hallensium xi. sol. et vi. hall. expensis, per eundem dominum meum ducem et dominum *Herd.* de *Grindlah* in *Oppenheim* inter alia debita continentes, de quibus secundum tenorem earundem mihi dari deberent fideiussores et litere speciales,

Digitized by Google

tamen idem dominus meus dux dedit mihi speciale instrumentum super debito antedicto et addidit xxi. libras et ix. solidos hallensium, quas ipse dominus *Herd.* de *Grindlah* et dominus *Sifridus* de *Chamerstein* post eum in dicto opido *Oppenheim* in suo reditu expenderunt, nec super hoc debito vlterius fideiussores requirere debeo aut etiam instrumentum.

Dat. in *Heidelberch* a. d. M.CC.XCIV, viii. kalendas februarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 504.

1294 (26. Jan.). Nos *Emercho* et *Wolframus*, milites, fratres de *Lewenstein*, vna cum *Judda*, sorore nostra, protestamur, quod de nostra voluntate procedit, quod frater noster dominus *Wernherus*, ecclesie *wormaciensis* thesaurarius, de bonis vniuersis in *Werstad* ad ipsum *Wern.* pertinentibus et de parte bonorum suorum in *Houeheim* situatis pro remedio anime sue disponat, donec cuicunque voluerit juxta sue beneplacitum voluntatis, recognoscimus nichilominus nobis nichil juris competere in bonis supradictis. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris duximus roborandam, et quia ego *Judda* sigillum proprium non habui, contenta sum et vsa sigillis fratrum meorum predictorum.

Act. a. d. M.CC.XCIV, in crast. conuers. b. Pauli apost.

(Die Siegel hängen, das erstere sehr beschädigt, an.)

Orig.

№ 505.

1294 (18. März). Iudices *wormacienses* ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod constitutus in nostra presencia *Gudelmannus* in curia *Dauidis*, quondam

Digitized by Google

militis, ciuis *wormat.*, recognouit, se quandam aream sitam extra portam s. *Andree* iuxta lutum apud cimiterium *Judeorum Wormatie* pro libra hallensium nomine census *Heinrico* presbytero dicto de *Sygin* locauisse.

Dat. a. d. M.CC.XCIV, fer. v. a. domin. oculi.

(Copialbuch des Bergkloſters zu Worms.)

№ 506.

1294 (26. März). *Gerhardus* dei gracia s. *moguntine* sedis archiepiscopus abbati et conuentui monasterii s. *Jacobi Moguntie* salutem in domino etc. Cum igitur prout cognouimus ipsius monasterii statum propter debitorum onera et tenuitatem prebendarum et defectum multiplicem in temporalibus dissipatum, quod nisi per misericordiam suam deus miserator dignetur prouidere, subiacebit ineuitabili egestati, vt saltem nos et nostrum capitulum ope et opera quantum possumus releuemus eundem, ecclesiam in *Bleniche,* nostre dyocesis, cuius ad vos jus pertinet patronatus, vobis et ecclesie vestre de consensu capituli nostri vnimus plene iure, qu . . . . ipsam vacante contigerit in perpetuum optinendam, juribus nostris et successorum nostrorum ac archidiaconatum per omnia nobis saluis, ita, quod siquid super congruam et certam perpetuo ydoneo vicario assignatam prebendam de reditibus eiusdem ecclesie poterunt prouenire, id ad vestri conuentus vsus libere et licite conuertatis, nos decanus, scolasticus, totumque capitulum *mogunt.* nostrum presentibus adhibemus assensum, nostri appensione sigilli.

Dat. *Moguntie*, a. d. M.CC.LXXXXIIII, vii. kalendas aprilis.

(Die Siegel hängen wenig beſchädigt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 507.

1294 (27. März). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Quia ecclesiarum *magunt.* prelati et capitula consideratis grauibus et diuersis expensis, quas tam pro juribus et negociis ecclesie nostre ac pro honore cleri, quam eciam imperii hoc anno sustinuisse dinoscimur et predicte ecclesie nostre *maguntine* matris sue grauibus, quibus inuoluta est, oneribus debitorum pensatis de mere liberalitatis sue virtute per donacionem subsidii nobis acceptabilem subuenire beniuole decreuerunt, nos eos vicenersa affectibus paternis et grata beniuolencia prosequi cupientes promisimus, quod nullum de canonicis *maguntinis* vel vicariis ecclesiarum *maguntinarum* aut ipsas ecclesias suspendemus, excommunicabimus aut interdicemus iuris ordine pretermisso, item quod nullum de predictis personis citabimus uel citari mandabimus ad locum indeterminatum sub hac forma uerborum, videlicet citamus te, vt tali die compereas coram nobis vbicunque locorum fuerimus constituti. Et ut clarius eedem ecclesie *maguntine* affluenciam gracie nostre sentiant, promittimus, quod infra quadriennem incipiens currere in festo b. Bartholomei proxime nunc venturo racione uisitacionis nullam procuracionem exigemus. Item quod testamenta predictarum personarum, que in bona valitudine uel infirmi de rebus suis mobilibus et immobilibus condiderunt uel per manufideles ipsorum, quibus dispensacionem eorundem testamentorum commiserint, condita uel ordinata fuerint, rata et inconfulsa obtinebimus et procedere sine impedimenti obice permittemus. Item volumus, quod canonici ecclesiarum *maguntinarum* et monasteria s. *Albani* et s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* de suis negociis sigillandis sigillo sedis nostre nullum dent sallarium, nisi velint spontanea voluntate. Preterea ne ipse ecclesie per subsidium huiusmodi nimium se grauatas va-

Digitized by Google

leant reputare, indulgemus, vt quelibet ecclesia habita facultate retinere valeat prouentus trium prebendarum exnunc consequenter vacaturarum in restaurum subsidii nobis facti ac eciam primi subsidii tamdiu, donec ipsis ecclesiis de eisdem subsidiis et non vltra sit plenarie satisfactum, quod ipsorum consciencciis duximus relinquendum, in qua quidem retencione ipsas ecclesias nolumus per aliquem quomodolibet impediri. Item quod prelatos et canonicos antedictos habentes plures dignitates seu personatus ac plura beneficia curata uel parrochias in ciuitate *maguntina* uel extra non compellemus ad faciendam residenciam in eis per aliquam cohercionem uel per subtractionem fructuum ipsarum dignitatum uel ecclesiarum, sed ex gracia dissimulabimus et tolerabimus, sicuti nos et nostri antecessores hactenus tolerarunt. Item quod nichil de dignitatibus, personatibus et ecclesiis parrochialibus eorundem in ciuitate *maguntina* uel extra specialiter recipiemus aut requiremus racione subsidii uel contribucionis alterius cuiuscumque, cum ipsi canonici sint onerati communi contributione ecclesiarum *maguntinarum*. Item quod de bonis ecclesiarum, canonicorum uel clericorum *maguntin.*, ipsis in suis bonis siue fundis prouenientibus descendentibus et ascendentibus per *Reni* alueum uel alias, ubi iurisdictionem habemus, nullum theloneum recipiemus nec ipsa bona arrestabimus quoquo modo.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CC.XCIV, vi. kalendas aprilis.

(Das Siegel des Ausstellers hängt nur noch zur Hälfte an.)

Orig.

№ 508.

1294 (27. März). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie *maguntine* recognoscimus, quod licet dominus *Wernherus* de *Lewenstein*, noster concanonicus et custos *wormat.*, curiam suam sitam in villa *Werstat* cum

bonis omnibus eidem curie attinentibus sitis in terminis eiusdem ville nobis et nostre ecclesie contulerit, in quibus eciam bonis ante huiusmodi resignacionem nos xx. maldra siliginis ad presencias habuimus. Nichilominus tamen dictus *Wern.* cum omnibus fructibus, qui de dictis bonis vltra illa xx. maldra haberi poterunt annuatim, habet disponendi in ecclesia nostra pro salute anime sue liberam potestatem. Si autem eundem *Wern.* contigerit debitis pregrauari, ita, ut ipsum pro releuacione debitorum suorum vendere contigerit dicta bona, nos eadem bona pro suo valore potissime pre omnibus aliis redimemus.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCIV, vi. kalendas aprilis.

(Die Siegel der Aussteller, sowie des vorg. Wernher von Löwenstein hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 509.

1294 (30. April). *Fridericus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis magunt.* recognoscimus, quod magister *Godefridus*, scolasticus noster, quasdam presencias infrascriptas instituit in nostra ecclesia, quas nos libenti animo admisimus per presentes. Inprimis instituit duas vicarias, quarum vna habebit xx. maldra siliginis et carratam vini, maguntine mensure, de bonis suis in *Vdenheim* et alia habebit xxx. maldra siliginis de bonis suis in *Nacheim* et semper sacerdotes in hiis vicariis instituentur per scolasticos, qui pro tempore fuerint scolastici, postquam prefatus magister *G.* scolasticus et *Petrus* suus concanonicus et cognatus de medio sunt sublati, apud quos eis uiuentibus institutio residebit iuxta ordinacionem et condiciones ac penas in litteris judicum s. *maguntine* sedis expressas, qui sacerdotes cottidie suas dicent missas in altari s. *Johannis*, ita, quod unus post alium suam septimanam in dicendo obseruent, hoc eciam inter ipsos sacerdotes per-

petuo obseruabitur, quod dictum altare suam missam cottidie debet habere. Item instituit, vt xii. maldra siliginis de eisdem bonis in *Nacheim* nomine presenciarum tam canonicis quam sociis chori dentur, iv. in anniuersario die ipsius, excepto anno gracie, iv. in septimo die et iv. in tricesimo die singulis annis dentur in vigiliis et missa animarum more solito peragendis. Item instituit, ut octaua b. Johannis baptiste sollempniter peragatur et quod de eisdem bonis in *Nacheim* dentur iv. maldra et totidem maldra in decollacione ipsius tam canonicis quam sociis chori, que videlicet xx. maldra post obitum ipsius scolastici dabuntur de bonis in *Nacheim* predictis. Item iv. maldra de eisdem bonis in *Nacheim* dabuntur *Hedewigi*, famule sue, quamdiu vixerit, post cuius obitum eadem iv. maldra hoc modo dabuntur. In vigilia Johannis ewangeliste ante portam latinam dabitur maltrum, item in vigilia Johannis ewangeliste in natiuitate domini maldrum, item in vigilia b. Nicolai maldrum, item in vigilia dedicationis altaris, que erit singulis annis in dominica, qua cantatur misericordia domini, euntibus in processione ad dictum altare tam canonicis quam sociis nomine presenciarum dabuntur. Item instituit tres sollempnitates, festum s. trinitatis, festum omnium animarum sicut in ecclesia *maiori*, tam in cantando, quam in legendo, quam eciam in compulsando, peragi consueuerunt, ac eciam festum conceptionis b. Johannis baptiste, quod erit singulis annis viii. kalendas octobris, cuiusmodi festum peragetur ea sollempnitate, qua festum natiuitatis b. Johannis baptiste celebrari consueuit, et in hiis tribus festis tam canonici quam socii habebunt xviii. solidos colon. denariorum de duabus marcis de *Alta villa* in quolibet festo dimidiam marcam nomine presenciarum, de quibus tribus festis quilibet campanator de dimidia marca predicta habebit ii. denarios graues pro pulsacione et preparacione altaris et rector puerorum totidem, ut idem rector et sui scolares eo diligencius chorum

Digitized by Google

respiciant et frequentent. Item instituit, ut quilibet scolasticus, qui eum sequitur in officio, habeat dimidiam marcam denariorum colon. de duabus marcis de *Alta villa* predictis.

Act. a. d. M.CC.LXXXXIIII, ii. kalendas maii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 510.

1294 (17. Mai). Iudices s. *mogunline* sedis recognoscimus, quod *Arnoldus,* famulus quondam domini *Gebehardi* decani *mogunlini,* cupiens saluti sue anime prouidere suumque tendere testamentum, statuit taliter obseruandum, quod de iv. marcarum redditibus colon. denariorum, qui soluuntur annis singulis de ortis olerum sitis ex opposito pontis, vbi exitur ad portam, que dicitur *aldenmunstere,* ciuitatis *mogunline,* quos redditus a decano et capitulo ecclesie s. *Victoris mogunt.* pro xliii. marcis comparauit, in anniuersario ipsius *Arnoldi,* prout occurrerit, viii. solidos col. denariorum, in anniuersario quoque patris eiusdem non. maii peragendo viii. solidos colon. denariorum, item in anniuersario matris sue, videlicet xvii. kalendas junii viii. solidos denariorum colon., item in anniuersario *Diderici* de *Wilin,* canonici *nuenburgensis* ecclesie, vi. kalendas junii viii. solidos colon. denariorum, item in septimo memorati domini *Gebehardi* decani v. kalendas julii peragendo viii. solidos colon. denariorum et in die omnium animarum viii. solidos ministrentur pro decantacione vigiliarum et missarum pro defunctis inter canonicos et vicarios ecclesie s. *Victoris* prefate nomine presencie equaliter diuidendi.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCIV, xvi. kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 511.

1294 (31. Mai). Nouerint vniuersi, quod *Cunradus* dictus de *Buwensheim* et *Gerdrudis* vxor sua, ciues *moguntini,* vniuersa bona sua, mobilia et immobilia, propria et hereditaria, taliter sibi mutuo legauerunt, quod ipse *Cunradus* ad dies vite sue curiam suam dictam *zum Coppen*, quam inhabitat, si ipsa *Ger.* eo prius moritur, quiete possidebit. Ceterum duas partes bonorum propriorum et immobilium, que indiuibilia manebunt quamdiu vixerit, optinebit et pueri seu nepòtes ipsius dictorum bonorum partem terciam optinebunt, prout *Moguntie* conswetudinis est et juris. E conuerso eciam predicta *Gertrudis,* si prefatus *C.* ea prius moritur, dictam curiam *zum Coppen* ad vite sue terminos vna cum vniuersis prouentibus et reditibus bonorum propriorum et hereditariorum in comitatu ciuitatis *moguntine* sitorum pro tercia parte possidebit, reliquas vero dictorum bonorum pueri et nepotes duas partes percipient indiuisibiliter sicut *Moguntie* conswetudinis est et juris. Preterea dicti coniuges pro animarum suarum remedio de bonis suis in *Bischofsheim*, quamdiu ipsi duo et *Greta*, filia eorundem, vixerint, viii. maldra siliginis, moguntine mensure, campanario sacerdoti ecclesie parrochialis s. *Ignacii* legauerunt, ita, quod ipse campanarius sacerdos non tanquam cappellanus rectoris predicte ecclesie immediate post officium matutinarum in dicta ecclesia missam diebus singulis celebrabit. Post obitum vero predictorum coniugum et *Grete* filie eorundem, predicta viii. maldra siliginis annis singulis de curia ipsorum *zum Langenhoue* debent campanario sacerdoti presentari, quemadmodum superius est premissum. Ad que vniuersa et singula supra dicta obseruanda, supradicti coniuges per caucionem judiciariam, que *borga* wlgariter dicitur, se astrinxerunt.

Digitized by Google

Acta sunt hec coram *Salmanno* judice, presentibus *Hertwico* dicto *ad pedem*, *Jacobo* et *Petro*, filiis *Mengoti*, et aliis ciuibus *moguntinis* a. d. M.CC.XC. Dictus quoque judex cum supradictis ciuibus premissa coram se rite fuisse peracta, ad requisicionem domini *E.*, camerarii *moguntini*, sub juramento suo postmodum in judicio publice recitauit, presentibus *Reynoldo* de *aurea oue*, *Johanne ad Clemannum*, *Petro* dicto *ad juuenem*, *Johanne* de *Rana*, *Emerchone* de *macula*, *Cunrado* dicto de *cacuba*, *Karulo*, *Theoderico* dicto de *Piro* et *Cunrado* dicto *an der ambach*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CC.XCIV, fer. ii. p. fest. ascens. dom. Nos quoque supradicti *E.* camerarius, *H.* sculthetus, *Salmannus*, *Jacobus* et *Humbertus*, judices, sigilla nostra presentibus appendimus.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 512.

1294 (30. Juni). Nos *Eberhardus* camerarius, *Heinricus* sculthetus, *Salmannus*, *Ludowicus*, *Jacobus* et *Humbertus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod cum a. d. M.CC.LXXXXIV, fer. iv. prox. p. fest. natiuit. b. Johannis bapt. in curia archiepiscopi *moguntini* in loco consweto judicio rei publice presideremus, decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Mauricii moguntini* super domo et macello *Cunradi* dicti *Longi*, de quibus singulis annis marcam et super domo necnon macello *Hertwici* carnificis, de quibus dimidiam marcam predictis dominis s. *Mauricii* singulis annis nomine census soluent, duobus bannis coram nobis primitus rite conquisitis, tercium bannum a nobis per confirmaciones nostras judiciarias eis super eo traditas, presentibus *Karulo* et *Eberhardo* de *Landecke*, scabinis, necnon *Voltzone* burggrauio ac *Cunrado* dicto

Digitized by Google

Creienberg, *Kunone*, *Nicolao* dicto *Mazenrische*, *Godefrido* dicto *Vellewagen*, *Cristiano*, *Cunrado* dicto *Virling*, *Herlwico* de *Albeche*, *Heinrico* de *Altzegia*, budellis nostris *moguntinis*, conquisiuerunt, prout *Moguncie* conswetudinis est et juris.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 513.

1294 (27. Oct.). *Emicho* dei gracia episcopus *wormat.* dilectis in Christo sanctimonialibus in *Rosendale* salutem in domino etc. Cum igitur, sicut nobis significare per vestrum prepositum curauistis, quod *Eberhardus* et *Walramus*, fratres, comites *Geminipontis*, ecclesiam in *Hillnsheym*, nostre diocesis, ad ipsorum collacionem spectantem cum iure patronatus vobis et vestro monasterio erogarint, nos uestris peticionibus benignum inpercientes assensum, collacionem dicte ecclesie cum iure patronatus ratam et gratam habentes, vobis et vestro monasterio auctoritate ordinaria confirmamus. Insuper et in ipsa ecclesia taxantes perpetuam vicariam, mandamus cuilibet sacerdoti in ea diuinum officium celebranti karratam vini et xxvi. maldra siliginis cum minuta decima annis singulis assignari. Tenebitur autem dictus sacerdos de synodalibus et de chatedratico ac aliis juribus et honoribus consuetis et debitis respondere

Dat. *Wormacie* a. d. M.CC.XCIV, vi. kalendas nouembris.

(Copialbuch des Kloſters Roſenthal.)

№ 514.

1294 (2. Nov.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Emelricus* et *Elizabet*, coniuges, ciues *pingwenses*, in figura nostri iudicii constituti, nobis humi-

Digitized by Google

liter sunt conquesti, quod judices et scabini *pingwenses* ipsos coniuges hereditare suos pueros tam religiosos quam seculares iure hereditario in seculari judicio *pingwensi* non promisissent, propterea statuerunt coram nobis voluntarie non coacti, quod ipsorum pueri legitimi vtriusque sexus, quos habent vel habere possunt in futurum, tam in ordine quam in seculo existentes, recipere valeant prefatorum coniugum bona vniuersa mobilia et immobilia vbicunque locorum sita quibuscunque nominibus censeantur, inter se equaliter diuidendo, hereditantes pueros antedictos de bonis huiusmodi pleno iure, renunciantes eciam quoad premissa omni iuris auxilio tam canonici quam ciuilis, nihilque iuris, facti uel consuetudinis sibi in hac parte aliqualiter reseruantes.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIV, fer. iii. p. fest. omnium sanct.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 515.

1294 (12. Nov.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses.* Constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Menlinus* et *Sara*, coniuges, judei, *Wormatie* residentes, publice sunt professi, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* super area et domo sua, quam inhabitat, sita apud pistrinum *Seochus* ex opposito curie dicte *ad papam*, libram wormat. denariorum perpetui census annis singulis festo b. Martini dominis s. Martini predictis assignandam, hoc tamen adiecto, quod quandocunque dicti coniuges super alia domo seu area vbi non datur *wandelunge* infra muros *wormat.* dictam libram denar. designauerint seu comparauerint, super qua domo seu area magistri ciuitatis, qui tunc pro tempore fuerint, super juramentum suum dixerint, tute et firmiter esse

Digitized by Google

designatam, ibi decanus et capitulum ecclesie s. *Martini* memorate debent predictam libram wormat. acceptare ac deinceps domus sua et area ab huiusmodi censu omnimode absoluuntur.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIV, crast. b. Martini.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.) Orig.

№ 516.

1294 (20. Dec.). *Emicho* dei gratia episcopus *wormaciensis* decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* salutem in domino etc. Volentes vobis et ecclesie vestre, quam speciali fauore amplectimur, gratiam facere specialem, de consensu tocius capituli ecclesie nostre vobis concedimus, quod si ex testamento uel donacionis titulo seu alio quocunque modo jus patronatus alicuius parrochialis ecclesie nostre dyocesis et decimas et alia iura attinencia vobis de nouo et vestre ecclesie adquiratis, possitis auctoritate nostra et de consensu capituli nostri, nullo alio nostro uel capituli nostri requisito assensu, juspatronatus, decimas et iura talia libere retinere et possitis talem ecclesiam parrochialem vestre vnire ecclesie et prouentus ipsius in augmentum prebendarum vestrarum applicare, dum tamen juspatronatus huiusmodi ecclesie cum suis attinenciis ad nos et ecclesiam nostram non pertineat siue non teneatur a nobis titulo feodali, ita tamen, ut in ipsa parrochiali ecclesia constituatur perpetuus vicarius, cui prebenda competens assignetur de prouentibus ipsius ecclesie, qua possit comode sustentari, et nostra et archidyaconi loci jura persolucre, nostro et ecclesie nostre et archidiaconi loci in omnibus aliis iure saluo. Hanc autem nostram gratiam volumus tamen ad vnam parrochialem ecclesiam cum suis attinenciis extendi.

Dat. a. d. M.CC.LXXXXIV, in vig. b. Thome apost.

(Das Siegel des Bischofs und seines Capitels hängt wohl erhalten an.) Orig.

Digitized by Google

№ 517.

1295 (25. Jan.). Nos *Elysabeth* magistra et conuentus monialium monasterii s. *Petri* apud *Crucenacum* recognoscimus, quod *Wernhero* sacerdoti de *Werstat* apud nos diuinorum officia celebranti xx. maldra siliginis et i. maldrum, mensure pingwensis, et dimidiam carratam vini hunici, cum dimidia carrata vini frankonici singulis annis infra natiuitatem b. Marie virginis et festum s. Martini, quamdiu apud nos manere et diuinorum celebrare voluerit officia, ad vite sue terminos promittimus ministrare. Item cum ipse *Wernherus* bona sua sita in *Werstat*, videlicet xlvii. jugera tam in pratis quam in terra arabili necnon v. jugera vinearum, videlicet duos agros et dimidium sitas supra montem, item duale situm supra *Slychten*, item juger situm *zu volechen bie der hutten*, item duale situm *zu Hannemanne* cum arboribus, donacione inter viuos nobis in figura judicii ibidem constitutis dederit propter deum, sibi ad vite sue dies per annos singulos infra festa s. Jacobi apostoli et Martini promittimus assignare xl. maldra siliginis, quam pensionem cum annona superius expressa dicto *Wernhero* infra muros opidi *crucenacensis* ad domum quamcunque nobis denominauerit deducemus, nostris laboribus et expensis. Prefatam autem xl. maldrorum pensionem post dicti *Wernheri* mortem tenebimur taliter dispensare, singulis itaque in perpetuum annis xx. maldra siliginis, simul et totum dictarum vinearum crementum pro altari b. *Nycolai* confessoris monasterii nostri officiando prebende nomine ministrabimus persone ad hoc ydonee, quam sane prebendam, si dicti *Wernheri* fratruelis *Johannes* acceptare voluerit, eam sibi porrigemus ad perpetuum vite sue, post mortem vero predicti *Johannis* pro-

Digitized by Google

ximior heres, si aliquis eorum vixerit, qui predictam prebendam voluerit, ei porrigemus etc.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCV, viii. kalendas februarii.

(Die Siegel der Ausſteller und der Mainzer Richter ſind abgeriſſen.) Orig.

№ 518.

1295 (6. Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis notum esse volumus, quod *Jacobus* et *Sophia*, vxor eius, de *Engilstad* in presencia *Conradi* de *Nerstein*, notarii nostri iurati et ad hoc ex nostro mandato specialiter deputati, pariter constituti, recognouerunt, se magistro *Danieli*, cantori ecclesie s. *Stephani Moguntie*, curiam vnam sitam in villa *Engilstad* ex opposito ecclesie ibidem cum suis attinenciis, *moguntine* diocesis, et cum quibusdam agris terre arabilis, vineis et pratis ad eosdem coniuges iure dominii spectantibus, quorum numerus et situs inferius exprimetur, iusto empcionis titulo vendidisse, ita, quod *Daniel* predictus et sui heredes siue quicumque alii, quibus huiusmodi bona donauerit, legauerit uel quocumque modo in eos transtulerit inter viuos uel in morte, in perpetuum debeant possidere et huiusmodi bona iuxta formam vendicionis predicte ipsi *Danieli* et suis heredibus siue successoribus quibuscumque ante cymiterium ecclesie *Engelstad* iuxta curiam *Isinhardi* militis, vbi et coram illis, coram quibus resignaciones bonorum fiunt et fieri consueuerunt, sponte et libere (licet) resignarunt in manus procuratoris eiusdem *Danielis* ad recipiendam resignacionem predictorum bonorum et ad locandum ea nomine et auctoritate ipsius *Danielis* personis quibuscumque voluerit ad certos annos uel in perpetuum pro certa pensione ad hoc specialiter constituti et plenum ad hoc mandatum habentes, quo facto prefatus procurator vice et nomine predicti *Danielis* curiam cum bonis pre-

Digitized by Google

dictis *Johanni* dicto de *Bergen* et *Elisabeth,* vxori eius, iure hereditario possidendis locauit sub condicionibus infrascriptis. Sane predicti *Johannes* et sua vxor, quam diu vixerint, et post mortem eorum vnus heredum ipsorum, apud quem prefata bona indiuisa debent inperpetuum remanere, ipsi *Danieli* uel suis heredibus aut aliis quibuscumque, quos ad hoc scripserit uel nominauerit, de eisdem bonis xliv. maldra siliginis et talis, quam boni viri duo examinatores approbauerint siliginem bonam esse, quos ipse *Daniel* ad hoc duxerit eligendos, infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa, grandine, sterilitate, exercitu uel quibuscumque fortuitis casibus non obstantibus, in omnem euentum in ciuitatem *moguntinam* ante vnam domum, quam voluerit, annis singulis presentabunt et assignabunt cum eorum periculis, laboribus et expensis. Preterea ad maiorem certitudinem et cautelam, sepedicti *Johannes* et vxor sua nouem jugera terre arabilis minus vno quartali, quorum etiam situs inferius est expressus, predictis bonis ipsis locatis adiecerunt et in loco predicto resignauerunt sub hac forma videlicet, ut tam bona ex parte supradicti *Jacobi* et sue coniugis vendita, quam predicta nouem jugera in censu, exactione et in omnibus scruiciis, que racione predictorum bonorum ad presens debentur uel in futurum de iure uel de facto a quocumque fuerint requisita, ipsi coniuges et eorum heredes per omnia debeant expedire. Et insuper ipsa bona cum labore et cultura taliter conseruabunt, ut annis singulis appareant meliora, alioquin prenominati coniuges pro se et suis heredibus tam in prefato loco, quam coram predicto nostro notario, spontanei elegerunt, ut quecumque predictarum condicionum per eos uel per suos heredes iuxta modum et formam premissos non fuerit obseruata, ipsi a iure, quod in predictis bonis ex huiusmodi locacione habent seu dinoscuntur habere, necnon a prenominatis nouem jugeribus dictis bonis per eos adiectis cadere

Digitized by Google

debeant totaliter ipso facto, ita, quod eadem bona cum predictis nouem jugeribus minus vno quartali ad eundem *Danielem* uel ad suos heredes libere deuoluantur, ab ipsis in perpetuum possidenda, et nichilominus, si de predictis bonis contra voluntatem predicti *Danielis* uel suorum heredum se intromiserint uel aliquam predictarum condicionum infringere presumpserint, in eos excommunicacionis sententiam cum debitis aggrauacionibus, absque omni judiciorum strepitu, promulgemus execucionem debite demandandam. Est autem numerus agrorum tam a *Jacobo* et sua coniuge venditorum, quam a predicto *Johanne* et sua coniuge adiectorum talis. Videlicet in vno campo predicte ville *Engelstad off der herstrassen* xiii. jugera minus vno quartali terre arabilis in vno sulco. Item i. juger in loco, qui dicitur *in dem berge,* iuxta vnum duale pertinens ad dotem ecclesie in *Engilstad.* Item i. et dimidium jugera *off Buhenheimer wege,* que i. et dimidium juger vocantur bona prepositi s. *Andree coloniensis.* Item ex opposito inferius predicta via ii. jugera. Item inferius *an der langen wesen* i. et dimidium jugera, que vocantur *seligut.* Item in campo ville *Husen,* id est in alio campo predicte ville *Engilstad,* vii. quartalia in loco, qui dicitur *huser Rich.* Item dimidium juger *off Tudelnberge.* Item vi. et dimidium jugera an *Heldewege,* quorum ii. jugera in jnferiori sulco dicuntur *selegut.* Item ii. et dimidium jugera *vnder Steingruben.* Item iii. et dimidium jugera retro sepem curie predicte, que tria et dimidium dicuntur *seligut.* Item *an den Beckelnheimer wege* iii. jugera iuxta iv. jugera *Isinbardi* militis de *Engilstad.* Item superius *an Beckelnheimer wege* iv. iugera in vno sulco inter jugera monialium cenobii dicti de *Fyal.* Item i. pratum situm *offe den muschelpade.* Item i. pratum sub prato predicti prepositi s. *Andree coloniensis.* Item i. pratum in loco *Hirtzwesen.* Item ii. jurnales vinearum *vnder mittelwege.* Item *Johannis* dicti de

Bergen et vxoris sue predictorum bona, videlicet ii. et dimidium jugera terre arabilis *an appinheymer steyne*. Item dimidium juger *in kurtzen frithen*. Item i. duale juger inter eundem dimidium iugerum et predicta xiii. jugera sita *off der herstrassen*. Item i. juger *vnder Bubinheimer wege*. Item in alio campo i. et dimidium iugera *vber gugenheimer wege*. Item iii. quartalia ibidem. Item *an heldewege* vii. quartalia. Et quia omnia supradicta acta sunt coram nostro iurato notario antedicto, ad hoc sicut supradiximus specialiter destinato, nos iuxta relacionem eiusdem et predictarum partium peticionem presentem litteram in perpetuum testimonium omnium premissorum sigillo sedis *maguntine* duximus roborandam. Testes huius rei sunt: *Isenbardus* miles scultetus, *Nebelungus* scultetus, *Heilmannus* aduocatus, filius quondam *Karoli* militis, *Wolframus* filius quondam *Eberhardi* militis de *Litwitre*, *Dilmannus* dictus *Bog*, *Heinricus* junior de *Wolfsheim*, *Heinricus* de *Elsheim*, *Heinricus* de *Wolfsheim* senior, *Fridericus* dictus *Belche*, *Conradus* filius quondam *Sifridi*, *Johannes* dictus de *Bergen*, scabini, *Johannes* vicarius ecclesie in *Engilstad*, *Jacobus* dictus *Zuze*, *Sophia* eius legitima, dicti de *Binhen* et q. a.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCV, viii. idus februarii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 519.

1295 (20. Febr.). Iudices s. *moguntine* sedis. Constitutus coram nobis magister *Heinricus Cocus* dictus de *Herbipoli* omne ius ,. quod sibi competebat sev competere videbatur in domibus, que dicuntur *ad florem*, ex quacunque causa siue ex parte vxoris sue siue ex parte filie sue *Elyzabeth*, nunc monialis in *nouo monasterio* in gentili foro, ordinis cysterciensis, transtulit in dictum monasterium

Digitized by Google

et filiam suam, renunciando eidem iuri ac eciam vsufructui, quem in eisdem domibus habere debebat, ad tempora vite sue, ita, quod idem monasterium de dictis domibus et de iure, quod ei competebat in ipsis, disponere valeant, quod eis visum fuerit expedire. Item libram magunt. denariorum, quam *Fridericus*, decanus ecclesie s. *Johannis magunt.*, eidem *Heinrico* tenebatur de domibus antedictis, donauit monasterio memorato cum omni iure et pena, quo et qua ipse decanus eandem libram ipsi *Henrico* soluere et assignare promisit. Item promisit prefatus *Heinricus* soluere ipsi monasterio singulis annis ii. maldra salis in coquinam ipsius, in festo b. Albani maldrum et in festo b. Michahelis archangeli maldrum vnum.

Act. a. d. M.CC.XCV, x. kalendas marcii, presentibus *Eberhardo de lapide* canonico *maguntino*, *Friderico* pedagogo suo, *Mimmungo* canonico ecclesie s. *Johannis*, *Johanne* scolare cantoris s. *Stephani*, ecclesiarum *magunt.*, *Hadewige* nepte ipsius cantoris et pl. a.*)

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 520.

1295 (20. April). Nouerint vniuersi, quod ego *Johannes* junior de *Hohenvels* omni juri, quod habui seu

---

*) Am 11. Aug. deſſelben Jahres entſcheidet „magister *Heinricus* dictus *Lumbardus* aduocatus *maguntinus* arbiter electus“ zu Gunſten des vorg. Kloſters Neumünſter den Streit, welcher entſtanden war zwiſchen dieſem und dem obg. Decan Friedrich: „qui contra justiciam occupat medietatem quarundam domorum sitarum in *Maguncia* apud *greuengazzen*, que vocantur *zu der blumen*, deuolutarum ex successione materna ab intestata ad *Elizabet* monialem dicti monasterii, filiam magistri *Heinrici* dicti *Cooi*.“ (Das Siegel des Ausſtellers iſt abgefallen.)

Digitized by Google

habere uidebar uel ad presens habeo siue habere possem quomodolibet in futuro, de iure uel conswetudine seu de facto, quocumque nomine vocaretur aut vocetur, in vniuersis bonis sitis in villa et in terminis ville *Lorzwilre*, que fuerunt quondam *Jacobi* dicti *zume Nersteinre*, ciuis *moguntini*. Cuiusmodi ius nobilis vir quondam *Philippus* senior pater et dominus meus pie memorie eidem *Jacobo* et suis heredibus concessit, iure feudali perpetuo optinendum, propter mulliplicia et grata seruicia, que idem *Jacobus* predicto patri et domino meo impendit post quorum obitum, videlicet patris mei et domini de *Hohenvels* et ipsius *Jacobi*, idem jus et feudum ad me ex successione hereditaria deuolutum *Dudoni* pro filio predicti *Jacobi* iure feudali concessi cum omni iure, quo idem *Jacobus* a prefato domino et patre meo habuit et possedit, renuncio ipsaque bona ab omni onere seruitutis, quo mihi et sepedicto patri meo et domino tenebantur vel tenentur de iure uel de facto, proclamo libera et soluta predictum quoque *Dudonem* ac alios liberos prefati *Jacobi* necnon eorum successores de omagio, in quo sepedicto patri et domino meo tenebantur seu mihi tenentur siue astricti fuerunt, pronuncio et dico liberos in antea penitus et solutos, nec eosdem uel ipsorum successores in eisdem bonis quocumque modo ad ipsos uel ad alios fuerint deuoluta, bona fide non impediam quoquo modo publice uel occulte, inmo defensabo et pro meis viribus promouebo eosdem contra quemlibet ipsos inpedire volentem, necnon eis de eisdem bonis seu de renunciacione iuris mei justam warandiam in perpetuum promitto facere bona fide. Et ad premissa omnia et singula faciendum et inuiolabiliter obseruandum, presentibus magistro *Godefrido* scolastico s. *Johannis*, *Wicknando* canonico s. *Victoris*, ecclesiarum *maguntinarum*, magistro *Heinrico Lumbardo* aduocato *maguntino*, *Sibodone* de *Drechtingeshusen* armigero, *Gozzone* et *Jacobo* dictis

ad *pomerium*, *Frilone* dicto zu *Torim*, *Cunrado* dicto ad *Romanum*, *Volcmaro* filio quondam *Volcmari* militis iudicis, *Petro* de *longa curia*, *Emerchone* filio quondam *Heinrici Walpodonis*, *Petro* dicto de *Pingwia*, ciuibus *maguntinis*, *Vrbano* de *inferiori Olmena* armigero et *Heilmanno* dicto *Wasmut* oppidano *oppenheimensi* testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, me obligo fideliter per presentes sigillo meo proprio sigillatas eligens spontanea voluntate, quod domini . . . judices s. *maguntine* sedis debeant me excommunicare et mandare excommunicatum publice nunciari. omni iudiciorum strepitu pretermisso, jurisdicioni dictorum dominorum judicum me subiciens in hac parte, vbicumque locorum seu in quacumque dyocesi fuero constitutus, si in aliquo uel in aliquibus ueniam contra premissa aut aliqua premissorum tamdiu donec vniuersa adimpleam sicut predicitur cum effectu. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo predictorum dominorum judicum, quod ad preces meas presentibus est appensum, et mei sigilli feci munimine roborari.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCV, xii. kalendas maii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 521.

1295 (31. Mai). Nos *Elizabet* abbatissa, totusque conuentus in *Engisdal* confitemur, quod curiam nostram, quam habemus in *Egilsheim*, que fuit *Theoderici* dicti *Vnbesceidin*, decano et capitulo ecclesie s. *Mauricii Moguntie* pro curia, que sita est in gero sito in monte et in terminis ville *Egylsheim* predicte, ad dotem ecclesie ibidem pertinentibus, dedimus permutacionem in hiis scriptis.

Dat. a. d. M.CC.LXXXXV, ii. kalendas junii.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 522.

1295 (17. Juni). *Gerhardus* dei gratia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. decano, totique capitulo *maguntino* salutem in dominò. Quia filiali deuocioni merito paternus affectus accurrit supplicacionibus uestris, quos semper ad omnem voluntatem nostram promptos et paratos inuenimus inclinati, ecclesiam parrochialem in *Wienheim, wormaliensis* dyocesis, cuius ad nos et successores nostros archiepiscopos *maguntinos* ius patronatus pertinet, damus et concedimus vobis et per nos ecclesie vestre cum suis pertinenciis vniuersis, post mortem uel resignacionem eius, qui nunc eam tenet, vestris communibus vsibus applicandam, relicta tamen de prouentibus ipsius ecclesie certa et congrua porcione, de qua persona in ipsa seruitura perpetuo per uos presentanda ad illa honeste valeat sustentari, juribus dyocesis et loci archidyaconi, qui pro tempore fuerint, per omnia sibi saluis. In cuius facti memoriam et perpetuam firmitatem, presentes litteras vobis damus sigilli nostri munimine roboratas.

Dat. *Maguntie* a. d. M.CC.XCV, xv. kalendas julii.

(Mainzer Copialbuch.)

№ 523.

1295 (30. Juni). Iudices *wormacienses* recognoscimus, quod constituta in nostra presencia *Elyzabeth* dicta *Vromuth*, conuersa, de *Wormacia*, pro remedio anime sue et parentum suorum, *Hermanni* et *Vromuth*, dominis ecclesie s. *Martini wormat.*, donacione inter viuos super domo sua lapidea sita in vico *hachgengassen* dedit ii. maldra tritici ipsis dominis post mortem dicte *Elyzabeth* perpetuo assignanda, pro quibus ii. maldris tritici domini s. *Martini* diem anniuersarii dicte *Elyzabeth* et *Hermanni* patris et *Vromuth* matris et omnium parentum eius per-

Digitized by Google

agent. Testes sunt: *Herbordus* de *Laudenburg* et *Conradus* s. *Blasii*, *maioris* ecclesie *wormat.* prebendarii et . . . plebanus s. *Johannis Wormatie.*

Act. et dat. a. d. M.CC.XCV, crast. b. Petri et Pauli apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.) Orig.

№ 524.

1295 (11. Juli). *Bonifacius* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie s. *Marie in campis Maguntie* salutem etc. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod olim inter uos ex parte una et prepositum ecclesie s. *Marie in campis Maguntie* ex altera, super quibusdam terris, possessionibus, redditibus, pensionibus annuis et rebus aliis orta materia questionis, tandem inter uos et eundem prepositum amicabilis super predictis compositio interuenit, quam postmodum archiepiscopus *maguntinus* auctoritate ordinaria confirmauit, nos igitur uestris supplicationibus inclinati, compositionem huiusmodi ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Dat. *Anagnie* vi. idus julii, pontif. nostri anno i.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 525.

1295 (23. Aug.). Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* vniuersis etc. salutem. Cum olim a nostris predecessoribus fuerit ordinatum, quod quicunque canonicorum ecclesie nostre tunc in ipsa ecclesia nostra existencium vel inposterum eisdem succedentium vellet in habitu alicuius religionis approbate iugiter ac deuote famulari, si talis existeret debitorum onere obligatus et sibi ad

Digitized by Google

debitorum suorum solucionem et ad comparandum vestimenta, libros et alia necessaria ad ingressum ordinis talis, quem ipse assumere decreuisset, proprie non suppeterunt seu sufficienter facultates tales, fructus anni gracie prebende sue percipiet, saluo tamen in omnibus jure ecclesie, quemadmodum fructus huiusmodi ad solucionem debitorum cuiuslibet canonici in ecclesia nostra decedentis non habentis, vnde debita sua persoluat, ministrari consueuerunt, vt propter hoc ad seruiendum deo facilior in religionis habitu cuilibet canonicorum ecclesie nostre accessus et facultas, fuisset quoque ab eisdem antecessoribus nostris statutum, quod quilibet canonicus ecclesie nostre religionem intrare volens fructus predictos posset ecclesie nostre legare nomine testamenti, prout nobis de hiis licet in scripturam hactenus redacta non fuerint, ex relatione tamen seniorum ecclesie nostre tam mortuorum quam adhuc uiuencium plena et certa existit facta fides. Nos igitur tam rationabilia statuta in disuetudinem abeant vel obliuionis caligine abfuscentur, eo, quod in ecclesia nostra conscripta vel sigillata forsan non reperiuntur, nos decanus et capitulum predicti ordinamus et prefata statuta de approbacione domini *Heinrici* de *Dvna*, prepositi ecclesie nostre, vicem gerentis domini nostri *Emichonis wormat.* episcopi nunc extra prouinciam profecti et omnium nostrorum scitu et permissione presentibus innouantes statuimus, ut huiusmodi statuta a nobis ac nostris successoribus, tamquam alia statuta ecclesie nostre, per omnia inuiolabiliter obseruentur, predictis statutis de consensu predicti *H.* prepositi nostri adicimus, quod nullus canonicus ecclesie nostre volens ad religionem transuolare, fructus predictos percipiat, nisi qui in ipso religionis ingressu prebendam suam resignauerit absolute.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCV, in vig. b. Bartholomei apost.

(Das Siegel des vorg. Probſtes hängt gut erhalten an.)

Orig.

Digitized by Google

Transfixum.

Iudices *wormacienses* recognoscimus, quod constituti in presencia nostra a. d. M.CC.XCV, fer. vi. p. exalt. s. crucis prox. *Heinricus* natus *Jacobi Marcgrauii* quondam ciuis *wormat.*, *Cunradus* natus *C. Bunnonis* ciuis *wormat.* et *Johannes* natus *Emichonis kamerarii* militis quondam ciuis *wormat.*, clerici *wormatienses*, promiserunt, si ipsos vel aliquem ex eis contingeret assequi canonicatum cum prebenda in ecclesia s. *Pauli Wormatie*, statuta ipsius ecclesie huic cedule affixa pre aliis statutis et consuetudinibus predicte ecclesie specialiter obseruare, se sub dacione fidei et sub debito juramenti die predicto ab ipsis et quolibet eorum prestiti coram nobis in presencia *Gerhardi* custodis, *Heinrici* cantoris, *Jacobi* de *Flanburnin* et *Symonis*, canonicorum ecclesie s. *Pauli* predicte, necnon sub pena ammissionis juris, si quod in ipsa ecclesia habent vel in posterum habituri sunt, firmiter astringendo.

Actum anno et die predictis.

(Das Siegel der Aussteller hängt unverletzt an.)

Orig.

N. 526.

1295 (2. Oct.). Iudices *wormatienses* profitemur, quod in nostra constitutus presencia *Frizchemannus* dictus *Osthouen*, ciuis *wormat.*, confessus est, se et suos successores soluere debere magistre et conuentui montis s. *Andree* extra muros *wormat.* censum annuum v. solidorum cum dimidio hallensium super domo et area sua sita extra portam s. *Andree* predicti, quam dictus *Golthane* auriga inhabitat, sitam ex opposito montis s. *Andree*, quem inquam censum *Mechthildis*, filia quondam *Heinrici Richeri* nunc defuncta, pro remedio anime sue legauit magistre et conuentui supradictis. Confessus est eciam idem *Frizchemannus* se et suos successores predictis magistre

Digitized by Google

et conuentui soluere debere censum viii. vnciarum hallens. de domo et area sua predictis, que viii. vncie hallens. ex permutacione facta inter *Cunradum* dictum *Span*, ciuem *wormat.*, ac magistram et conuentum predictos de censu ad censum siue area et domo ad domum et aream ad ipsos magistram et conuentum legitime sunt deuolute.*)

Act. et dat. a. d. M.CC.XCV, crastino Remigii.

(Copialbuch des Bergkloſters zu Worms.)

№ 527.

1295 (12. Dec.). Nos *Berno* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Petri moguntini* recognoscimus, quod nos horreum nostrum cum curia et domo attinente, situm apud portam s. *Petri*, *Norperto* et *Volzoni*, sacerdotibus, vicariis ecclesie nostre, iure hereditario concessimus sub hac forma, quod singulis annis in festo b. Martini hyemalis ii. marcas denariorum colon. nobis et ecclesie nostre census nomine soluere tenebuntur, si uero dictus census infra quindenam post festum predictum non fuerit persolutus, horreum, curia et domus predicta ad ecclesiam nostram libere reuertentur.

Acta sunt hec presentibus fratribus capituli, qui tunc debebant et poterant interesse. Dat. a. d. M.CC.XCV, pridie idus decembris.

(Copialbuch des Peterſtifts zu Mainz.)

№ 528.

1295 (18. Dec.). Nos *Heinricus* scolasticus ecclesie s. *Stephani*, *Heinricus* scultetus et *Thilmannus* dictus

---

*) 1299 (25. Aug.) verzichtet der vorg. Fritſchemann mit ſeiner Gattin Cunegunde zu Gunſten deſſelben Kloſters auf alle Zinſen, welche ſie von dem obg. Hauſe gen. Goldhahn haben. (Daſ.)

Digitized by Google

de Juueni, ciues *maguntinenses*, profitemur, quod cum inter fratrem *Hermannum* de *Hoynloch*, commendatorem sacre domus hospitalis s. *Johannis* jherosolimitani in *Maguncia*, ac alios confratres suos domus predicte ex vna, necnon *Jacobum* de *Appinheim*, *Billungum* de *Olmene* et *Emerchonem* dictum *Humel* de *Wackernheim*, milites, ex parte altera, super xii. jugeribus aut vno vel duobus magis terre arabilis, necnon curia quadam in villa *Hilbersheim* sitis, predictis fratribus jure proprietario attinentibus, que ipsi milites a nobili viro domino *E.* camerario *moguntino* tytulo feodi se habere asseruerant, questio verteretur, eo, quod dicti milites xx. denarios mogunt. nomine census et vi. denarios, qui *fautpennege* wlgariter dicuntur, eiusdem monete et dimidiam minam auene ac alia quedam jura siue consuetudines se possidere in predictis jugeribus tytulo feodali asserebant, predicti milites in me prefatum *Heinricum* scolasticum ecclesie s. *Stephani*, dicti vero frater *Hermannus* commendator atque fratres domus predicte in nos prefatos *Heinricum* sculthetum et *Thilmannum* dictum *de Juueni* in arbitros compromiserunt sub hac forma, quod quicquid super predicte questionis articulis pronunciandum duxerimus per viam amicicie, justicie vel amoris, hoc predicti compromissarii pro se ac vniuersis eorum heredibus vtrobique ratum et gratum obseruabunt. Nos igitur supradicti arbitri ius vtriusque partis cum sollercia discernentes modo arbitratorio pronunciamus concorditer, quod predicti milites seu eorum heredes prefatos commendatorem atque fratres coram seculari aut ecclesiastico judicio super dictis bonis, jugeribus siue conswetudinibus, cum eisdem jus in dictis bonis nullum competat, numquam in posterum inpetent vel grauabunt. Dicti quoque milites pro se et vniuersis eorum heredibus iuxta pronunciacionem nostram coram supradicto domino *E.* camerario factam, accedente ipsius *E.* camerarii consensu, renunciauerunt omni juri

Digitized by Google

atque consuetudini, quod ipsis in prelibatis bonis competebat.

Acta sunt hec presentibus *Godefrido* scolastico ecclesie s. *Johannis moguntini*, *Petro* dicto *Crugelin* milite de *Winoldesheim* et magistro *Gebelone* notario ciuitatis *moguntine*. In cuius facti euidenciam presentes litteras nostris vna cum predicti domini *E.* camerarii sigillis tradimus communitas.

A. d. M.CC.XCV, die dominica a. fest. b. Thome apost.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 529.

1296 (6. Jan.). *Golfridus* de *Eppenstein*, canonicus *maioris* et prepositus s. *Petri*, ecclesiarum *maguntinarum*, nouerint vniuersi, quod cum nos decanum et capitulum ecclesie nostre s. *Petri* predicte inpecierimus, super iuribus et prouentibus synodalibus per vniuersum predictum nostrum archidyaconatum percipiendis in anno bisextili, qui annus wlgariter exitus domini archiepiscopi *moguntini* vocatur, credentes ea ad nos racione archidyaconatus nostri pertinere verum, quia per dominum *Gerhardum*, archiepiscopum *maguntinum*, patruum nostrum, sumus informati et per prefatos decanum et capitulum sumus plenius instructi ac per eosdem plena nobis sit facta fides, quod kathedratici et synodalium prefatorum iura et prouentus exercendi et percipiendi anno supradicto ad nos non pertinet, sed ad memoratos decanum et capitulum pertinent et pertinuerunt ab eo tempore, cuius memoria non existit, vnde nos promittimus et presentibus nos obligamus, quod amodo sepedictos decanum et capitulum in exercendis et percipiendis iuribus et prouentibus supradictis anno prenotato impedire non attemptabimus quouis modo, sed ipsos et ecclesiam

Digitized by Google

nostram in hiis et aliis suis iuribus pro nostro posse defensabimus vt tenemur.

Dat. a. d. M.CC.XCVI, viii. idus januarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 530.

1296 (13. Jan.). Nos *H.* dei gracia abbas, *Symon* prior, totusque conuentus monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* etc. Hinc est, quod nos vna cum congregacione totius nostri monasterii salubri prehabita deliberacione, animarum nostrarum salutem intentantes, decretum inuiolabilem statuimus, vt ex nunc in presentiarum singulis fratribus de hoc seculo migrantibus annus gratie ministretur et redditus vnius prebende in vniuersis prouentibus ecclesie tam in vino quam in tritico cameratura et singulis justiciis per manus prioris et cellerarii, qui pro tempore fuerint, cum consensu abbatis et totius conuentus in erarium ecclesie recondantur, vt exinde anniuersaria annua reuolucione singulorum fratrum redditibus comparatis sollempniter cum vigiliis et missarum sollempniis peragantur.

Dat. a. d. M.CC.XCVI, in oct. Epiphanie dom.

(Die Siegel der Aussteller und der Mainzer Richter hängen beschädigt an.) Orig.

№ 531.

1296 (2. März). Nos *Ebirhardus* camerarius, *Salmannus*, *Ludowicus* et *Johannes*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod cum prior, ceterique fratres domus ordinis s. *Augustini* in *Moguncia Katherinam* beginam, *Gotzonis* dicti *Clebesadel* priuignam, pro domibus quibusdam et rebus mobilibus intra et extra *Moguncium* sitis, quas prefatis fratribus condicionaliter coram me

Digitized by Google

Salmanno prefato judice legauerat, coram nobis super enormitate et irreligione per ipsam *Katherinam* commissam traxissent in causam, prefati fratres in termino partibus prefixo predictas enormitatem, irreligionem et incontinenciam contra prenominatam *Katherinam* per *Hertwicum* pistorem, *Heinricum zume Rudensheimere*, *Sifridum* dictum *Swanfeldere*, *Emerchonem ad ymaginem* et *Herbordum* cultellarium ac alios fidedignos, ciues *moguntinos*, viuos testes, qui legacioni predictarum domorum ac rerum mobilium interfuerant, necnon per instrumentum publicum sigillo mei prefati *Salmanni* judicis signatum, ad eo sufficienter probauerunt, quod predictas res et domos prenotatis fratribus per nostram diffinitiuam sentenciam adiudicauimus, prout *Moguncie* in seculari judicio consuetudinis est et juris.

Actum coram nobis supradictis *Eberhardo* camerario et judicibus, presentibus *Emerchone* dicto de *macula*, *Cunrado* dicto de *cacuba*, *Cunrado* dicto *Haft*, *Thilmanno* filio *Nicolai* de *piro* ac a. q. pl. fidedignis ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CC.XCVI, fer. vi. prox. a. dom. q. cant. letare.

(Copialbuch des Auguſtinerkloſters zu Mainz.)

№ 532.

1296 (22. April). Nobili viro domino *Walramo* comiti de *Zweinbrucken* consules et vniuersi ciues *wormatienses* etc. pro bonis nostris conciuibus et ciuibus *moguntinis*, nostris amicis dilectis, per *Weltherum* de *Wurmingen* in vestro conductu acceptis, vobis grates referimus multiplices et immensas, quod illud efficere curauistis, quod eadem bona disligata non sunt seu distracta, sed adhuc colligata manent, habentur et seruata multo graciosius et obsequiosiores in vestrum obsequium nos trahentes,

Digitized by Google

quod per magnam vestram sollicitudinem non sine vestris grauibus laboribus et expensis, sicut vestram honestatem decebat, ad talem punctum perduxistis, quod eadem bona nostris conciuibus et ciuibus *moguntinis* accepta restituuntur eisdem, pro quibus bonis acceptis per dictum *Weltherum* de *Wurmingen* et dampnis omnibus habitis pro recuperacione bonorum eorundem primo et principaliter nostri conciues, quorum bona accepta fuerunt, pro se et eorum heredibus et participantibus in bonis eisdem renunciant in perpetuum simpliciter et in totum. Et nos per consequens consules, ceterique ciues nostre ciuitatis nomine ciuitatis nostre renunciamus bonis predictis simpliciter et in totum, itaque neque per eos, quorum dicta bona fuerant, heredes eorum neque per alios ciuitatis nostre ciues vobis vel vestris heredibus pro huiusmodi bonis siue dampnis occasione illorum bonorum perpessis vll . . . . inperpetuum actio intentari ex jure ecclesiastico vel ciuili, item dicte principales persone, quorum bona fuerant, pro se et eorum heredibus et nos nomine ciuitatis nostre pro nobis et nostris ciuibus renunciamus, quoad vos dominum *Walramum* comitem de *Zweinbrucken* vestros heredes, quod nullo tempore vobis occasione dictorum bonorum in thelonio vestro nouo, quod ad s. Engelbertum accipitis, impedimentum aliquod faciemus nec coram domino nostro rege vel imperio vobis et vestris heredibus actionem mouebimus pro eodem.

Dat. sub *Wernhero Rilderchen*, magistro nostro a. d. M.CC.XCVI, dom. cantate.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 533.

1296 (18. Juli). Consules et vniuersi ciues *wormat.* constare volumus, quod nos ad rogatum *Berlewini*, prepositi ecclesie *nuhusensis*, scolastici *wormat.*, indulsimus

Digitized by Google

Gertrudi de *Oppenheim*, ut murum domus sue site in antiquo foro pecudum ciuitatis nostre, dicte *ad Bobparderen*, licite possit ponere et fundare super murum ciuitatis nostre, ita tamen, quod liber transitus nobis pateat superius per domum quandocunque et quocienscunque ciuitatis necessitas hoc requirerit.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVI, xv. kalendas augusti.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 534.

1296 (4. Sept.). I. n. d. a. Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod a. d. M.CC.XCVI, fer. iii. prox. a. nativ. b. Marie virg. in nostra presentia constituti abbas et conuentus monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* per se ac procurator seu syndicus ligittimus dominarum sanctimonialium in *Dalen*, desiderantes bona inmobilia infrascripta, hinc inde ad monasteria sua spectancia, ad inuicem permutare, abbas et conuentus suus predicti aduocatiam suam, quam habuerunt hactenus et pacifice possiderunt, ac proprietatem bonorum suorum inmobilium sitorum in villa *Britzenheim* et *Zalbach*, campis et terminis eorundem, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, videlicet prouentibus, censibus, annona, auena, denariis, hominibus propriis, juribus melioris capitis ac jure, quod *achgerphig* uulgariter dicitur, agrorum custodibus statuendis, pullis, caseis cum aliis singulis et vniuersis, que ex predictis bonis percipere consueuerunt, tradiderunt, assignauerunt et dederunt abbatisse et suo conuentui supradictis, a quibus bonis traditis eisdem abbas et conuentus predicti retinuerunt sibi curtim suam sitam in predicta villa *Britzenheim* et *Zalbach*, cum omnibus agris suis iam nunc dumtaxat habitis, eidem curti attinentibus, quos sine omni tallia, exactione, onere ac quolibet seruitio, que a predictis sanctimonialibus uel eorum

Digitized by Google

aduocato, si quem forte duxerint eligendum, possent in posterum imponi obtinebunt, sane si predicti abbas et conuentus s. *Jacobi* preter bona illa, que nunc habent, alia bona in predicta villa seu eius terminis fortasse emerint aut commutationem fecerint, ipsi de eisdem bonis prefatis sanctimonialibus censum dabunt debitum et consuetum, iidem quoque abbas et conuentus preconem vnum et scabinum de cetero non constituent in predictorum villarum iudicio seculari et a prestacione, quam illis facere consuerant, erunt penitus absoluti, pro quibus bonis viceuersa per modum permutationis abbatissa et conuentus suus predicti seu syndicus eorundem vice et nomine ipsorum tradiderunt curtim suam sitam in villa *Ruwenheim* supra *Mogum* cum omnibus agris, juribus et pertinentiis suis quocumque nomine censeantur, abbati et conuentui suo de s. *Jacobo* supradictis, ac bona sua sita in villa *Eisenheim* et campis eius eodem jure et censu, quibus dicta bona hactenus possederunt, in perpetuum possidenda.

Actum anno et die supradictis.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie der beiden Klöſter hängen an grün und roth ſeidenen Schnüren gut erhalten an.) Orig.

№ 535.

1296 (8. Sept.). Ego *Eberhardus* comes de *Spanhaim* pro me, *Leysa* collaterali mea et *Mahthilde* de [illegible] socru mea notum facio, quod cum *Rudolfus* illustris comes *palatinus Reni*, dux *Bawarie*, inspectis obsequiis, quibus hucusque sibi complacere studui et in antea complacere volo et valeo domino concedente, me ab iniuriosis et peruersis insultibus ac conatibus aliorum promiserit defensare, me sibi ad hoc pro me, dictis vxore et socru auctoritate presentium obligo, quod partem castri in *Alzeia* me contingentem cum pertinenciis suis nulli ad vendendum

Digitized by Google

exponam siue vendam, nisi prius eum vel officiatum suum, nunc dominum *Herd.* de *Grindelahe,* vel qui pro tempore fuerit suo nomine, scire faciam vendicionem huiusmodi, sibique vel officiato suo exponam ad vendendum, prout per dictum dominum de *Grindelach* vel alium officiatum eiusdem domini ducis sibi succedentem et illum, quem tam ipse quam succedens sibi assumendum duxerit pro parte sua et dilectum fratrem meum *Heinricum* comitem de *Spanheim* et *Petrum Leutfridi* pro parte mea taxatum fuerit ac eciam ordinatum, quorum taxacioni seu ordinacioni parere tenebimur ex utraque parte. Si uero cum captione vendicionem huiusmodi dictus dominus meus dux vel officiatus suus suo nomine protraheret, nec ei intendere curaret nec admittere iuxta dictorum quatuor arbitrium ad hoc ex vtraque parte deputatorum, extunc ego vendendi partem dicti castri cuicunque alii quam sibi voluero liberam habebo vel habeo facultatem. Conuentum est insuper, quod si ego, vxor et socrus mea prenotate dictam partem castri in *Altzeia* cum suis pertinenciis alicui alii, dicto domino nostro, duci vel suo officiato irrequisito, vendimus, obligamus, distrahimus seu alienamus, ex tunc ipso facto pars dicti castri cum suis pertinenciis, cum aliis feudis, que a dicto domino nostro duce tenemur, ipso domino vacat et ad ipsum et heredes suos est deuoluta.

Dat. in *Haidelberch* a. d. M.CC.XCVI, in die nat. b. Marie virg.

(Die Siegel des Ausstellers und seines Bruders Heinrich hängen unversehrt an.) Orig.

№ 536.

1296 (19. Dec.). I. n. d. a. Ego *Bertoldus* cantor ecclesie s. *Petri maguntini* vniuersis notum esse desidero, quod precipue diuine remuneracionis ac anime mee salutis intuitu vniuersa bona mea propria per manufideles meos,

Digitized by Google

qui sunt in registro ecclesie mee constituti, post obitum meum taliter lego. Primo videlicet ortos meos in *Gunsenheim*, duos ortos et domum cum curia adiacente in *Gunsenheim*, quos habet *Paulina*, de quibus soluit annuatim xviii. vncias magunt. denariorum et xviii. cappones in festo b. Martini, item alium ortum adiacentem, quem habent filii dicti *Olmenere*, qui soluunt annuatim v. sol. col. et vi. cappones eodem die, item domum, curiam et ortum superiorem adiacentem, quos habet *Emercho* et vxor sua, de quibus dant annuatim in festo b. Martini xii. vncias et xii. cappones, item duas particulas ortorum ex utraque parte *Ruprecheswege*, que soluunt annuatim viii. sol. colon. et iv. cappones in eodem festo, item ortum apud s. *Laurencium*, qui soluit annuatim dimidiam marcam et ii. cappones in eodem festo et ii. vncias magunt. denar., que cedunt de duabus domibus *Ottonis*, mei concanonici, apud cellerarium prebendale, item aquam molendini, que dicitur *dukenwasser*, de qua dantur ii. vncie magunt. den. census nomine ad ecclesiam s. *Marie ad gradus* in festo b. Martini, quicquid superest cedet ad luminaria ecclesie mee s. *Petri*, prout infra distinguetur, ortos predictos et ii. vncias, que ab antiquo cedunt de curia domini *Cristiani* bone memorie, quondam mei concanonici, et xl. libras sepi, que dantur de macello *Cristiani* carnificis et *Kunegundis*, vxoris sue, lego ecclesie mee ad septem lampades die noctuque arsuras in eadem ecclesia, quarum due ardebunt ante altare s. *Petri*, tercia ante altare b. *Martini* in cripta, quarta ante altare b. *Stephani*, quinta ante altare b. *Johannis*, sexta ante altare b. *Marie virginis* et septima ante altare b. *Nicolai* sub turribus, istam procurationem predictarum septem lampadarum committo ad perpetuam vicariam de *Marpisheim*, quam confert cantor quicunque preest officio cantorie, preterea maldrum siliginis, quod emi perpetuo in *Marpisheim*, lego similiter ad predictam vicariam, ita, ut

Digitized by Google

sacerdos officians ipsam vicariam candelam de dimidia libra cere procuret incendi super altare b. *Nicolai* sub turribus, item melioraciones curie mee michi ab ecclesia mea locare, que dicitur *zume Erlebechere*, quam inhabito, lego ad communes presencias canonicorum et vicariorum, scilicet ad ii. marcas colon. den., que sic distribuentur, primo in octaua natiuitatis b. virginis dabuntur presentibus ix. solidi, in anniuersario patris mei *Eigelmari* ix. solidi, item in anniuersario *Methildis*, sororis mee, et *Johannis* de *Heldebergen*, eius filii, dimidiam marcam, item in anniuersario *Methildis*, matris mee, lego libram magunt. denar. ad presencias canonicorum et sociorum cori de bonis dominorum meorum in *Treisa*, item lego ad anniuersarium meum karratam vini in *Rode*, item lego ecclesie mee sextam partem aduocacie in *Birgele*, que soluit annuatim ix. maldra et dimidium annone et dimidium maldrum tritici et iii. maldra auene et xx. denarios colon. minus dimidium et iura hospiciorum ibidem et v. pullos, in hunc modum, ut omni sabbato per totum annum perpetuis temporibus finito completorio chorus immediate dicte ecclesie s. *Petri* incipiat vno sabbato salue regina cum collecta de b. virgine, sequenti sabbato anthiphona alma redemptoris mater cum collecta similiter de b. virgine, item tercio sabbato anthiphona tota pultura cum collecta b. virginis et hic ordo anthiphonarum rite obseruetur. Item lego marcam denariorum colon. ecclesie mee, que cedit de estuario meo, ut omni anno in die pasche statim finitis matutinis canonici et vicarii peragant missam b. resurrectionis, item lego confraternitati mee ortum, qui dicitur *Bleiche*, qui soluit annuatim ix. solidos et vi. denarios colon., qui cedunt in die b. Albani, de istis cedent iv. solidi colon. ad presencias canonicorum et vicariorum in ecclesia mea ipso die, quicquid superest cedet fraternitati, ita, quod de superfluo emantur ii. maldra tritici et de hiis pistentur panes albi et distribuantur inter fratres

Digitized by Google

in cristino letare pro salute anime mee, item ad predictas presencias s. *Albani* in mea ecclesia peragendas lego iv. solidos colon., qui cedunt de curia *Ottonis*, item *Embrico* aduocatus in *Gunsenheim* de pistrino ibidem sibi iure hereditario concesso et de agro adiacente dabit xvi. denar. magunt. et ii. capones, quos camerarius ecclesie mee recipiet in suos vsus, item lego ad altare b. Nicolai sub turribus calicem meum et librum meum missalem, qui continet speciales missas de festis, et cistam meam cum sacerdotalibus indumentis, item libros meos missales nouos, quos scripsit mihi *Johannes* dictus *pincerna*, vicarius ecclesie mee, lego ad summum altare s. *Petri*, ut ibidem cottidiane misse celebrentur, et nolo, ut vendantur neque commutentur, neque disportentur, sed ibi iugiter maneant ob salutem anime mee; item librum impositionis, quem scripsit mihi idem *Johannes*, lego ad officium cantoris et cappam meam; item lego librum meum matutinalem ecclesie s. *Gingolffi* canonicis et vicariis. Alia omnia bona mea mobilia in vino et in annona siue in denariis, uel in supelectili seu eciam in vestibus committo manufidelibus meis, ut de hiis ipsi habeant potestatem. Preterea sciendum, quod ortos meos in *Gunsenheim* coram sculteto, scabinis ac villanis ibidem ecclesie mee iuxta consuetudinem loci illius resignaui et idipsum feci de curia mea *zume Erlebechere* coram seculari iudicio *moguntino* et quicquid situm est in terminis ciuitatis *maguntine*.

Dat. a. d. M.CC.XCVI, xiiii. kalendas januarii.

(Gesiegelt haben der Aussteller und die Mainzer Richter.)

(Copialbuch des Peterstifts zu Mainz.)

№ 537.

1296 (22. Dec.). Iudices *wormacienses*. Constituti in presencia nostra a. d. M.CC.XCVI, in crast. b. Thome

apost. *Hugo*, filius quondam vakonis super ripam dictus *Rockenhuser* et *Mergardis*, coniuges *wormat.*, confessi sunt, se priorisse et conuentui sororum *penitentium* in monte s. *Andree* extra muros *wormat.* xvi. maldra siliginis annue pensionis, ita, quod quodlibet maldrum pro iv. libris minus v. solidis hallensium vendidisse, quam utique pensionem xvi. maldrorum siliginis de vii. iornalibus vinearum in *hanendal* sitis et de ii. iornalibus vinearum in terminis ville *Peffelnkeim* sitis, quos inquam iornales vinearum dicti coniuges pro subpignore locauerunt predictis monialibus in monte s. *Andree* infra festa assumptionis et natiuitatis s. Marie virginis ante domum uel curiam, quamcunque voluerint, annis singulis presentabunt suis laboribus et expensis.

Acta sunt hec presentibus *Johanne* dicto *Crenrelin* canonico s. *Pauli*, *Cunrado* s. *Blasii* prebendario *maioris* ecclesie *wormat.*, *Cunrado Bunnone*, *Johanne* dicto *Hug*, *Dyderico* supra montem, ciuibus *wormat.* et a. q. pl.

(Copialbuch des Bergkloſters zu Worms.)

№ 538.

1297. Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* confitemur, quod nos propter nostram et ecclesie nostre vtilitatem euidentem *Johanni* dicto *Schribere* de *Hedensheim* i. juger vinearum situm in terminis ville *Lubinheim* iuxta vineas *Gysonis* dicti *Calcburnere*, quod inquam iuger, *Conradus* dictus *Beckenhube* a nobis et nostra ecclesia iure hereditario pro xviii. denariis colon. annis singulis nomine census soluendis habebat et ius suum in eadem vinea dicto *Johanni*, nostro ad hoc accedente consensu, vendidit, concessimus iure hereditario et locamus pro censu nobis et ecclesie nostre in

Digitized by Google

festo b. Martini annis singulis persoluendo, hac conditione, quod vnus heredum predicto *Johanni* succedat in jugere supradicto ipsumque juger maneat penitus indiuisum.

Act. et dat. *Moguncie* a. d. M.CC.XCVII.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 539.

1297 (21. Jan.). *Symon* decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* dilecto sibi *Johanni*, perpetuo vicario altaris b. *virginis*, quod est in parrochia s. *Ruperti* ibidem, sinceram in domino karitatem. Licet prebendula ad altare predictum deputata ita artata existat, vt summam xlv. maldrorum siliginis excedere non debeat et sacerdos eidem altari deseruiens hac tantum summa contentus esse debeat, ita, quod vltra ipsam nichil penitus neque de oblacionibus, denariis votiuis vel testamentis fidelium parrochie predicte percipere liceat, sicut hec in quodam instrumento *E. wormaliensis* episcopi et capituli nostri sigillis sigillato conscripta apparent euidenter. Quia tamen discretus vir *Johannes* dictus *Boemus* capellanus abbatisse et conuentus sanctimonialium in *Nonnenmunstere*, vester auunculus, suas ad institucionem prebendule altaris predicti largitus est elemosinas et nunc denuo ad augmentum dicte prebendule redditus perpetuos xiv. maldrorum siliginis coram nobis comparare promisit infra duos annos, obligans ecclesie nostre et parrochie predictis omnia bona sua pro comparacione reddituum predictorum vobis ob meritum predicti vestri auunculi concedimus, dum tamen pro redditibus xxvii. maldrorum siliginis ad supradictum altare ad presens deputatis ipsi altari et parrochie deseruiatis secundum formam, que in predicto instrumento continetur, quod pro prebenda vestra annuatim 1. maldra siliginis percipiatis, postquam ipsa ad altare predictum firmiter comparata et quod terciam partem

Digitized by Google

de hiis, que vobis testamenti seu legati nomine relinquntur, retineatis, reliquas uero duas partes plebano cuilibet, qui pro tempore fuerit, fideliter assignando. Item volumus, si quando chorum parrochie predicte frequentare vel missam vestram in ipsa parrochia dyatim procurare neglexeritis seu eciam plebano parrochie predicte in audiendis confessionibus, sacramentis porrigendis et infirmis visitandis irracionabiliter cooperari contradixeritis, quod pro huiusmodi excessuum correctione et pena per decanum ecclesie nostre et plebanum parrochie predictarum carcer ecclesie nostre vobis judicatur. Dantes vobis presentes litteras sigillis *Symonis* decani et magistri *Drutkindi*, cantoris *nuhusensis* ac nostri concanonici, quia sigillum ecclesie nostre ad presens habere non possumus.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVII, in die b. Agnetis virg. et mart.

(Die Siegel hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 540.

1297 (24. Jan.). I. n. d. a. Iudices s. *maguntine* sedis etc. Comparentibus coram nobis a. d. M.CC.XCVII, procuratore decani et capituli ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* ex parte vna et *Jacobo* plebano de *Winterheim* ex parte altera, dictus procurator nomine dominorum suorum proposuit contra ipsum *Jacobum*, quod licet prefati decanus et capitulum sint ac dudum fuerint in possessione vel quasi iuris percipiendi decimas in villa *Bornen*, dictus tamen *Jacobus* hoc anno percepit de fructibus prouenientibus de decima predicta ex domo campanatoris ibidem duo examina apum, que wlgariter dicuntur *ymmen*, in dictorum decani et capituli preiudicium non modicum et grauamen, petens a nobis, quatenus sepefatum *Jacobum* ad restituendum sibi antedictam examinam per nostram senten-

Digitized by Google

tiam diffinitiuam compellere dignaremur, ad quam peticionem dictus *Jacobus* confessus fuit, se dicta examina hoc anno percepisse vtendo iure suo, adiciens nichilominus, quod ipse esset sicut et sui predecessores l. annis citra fuissent in possessione vel quasi percipiendi fructus huiusmodi prouenientes de decima domus campanatoris predicti. Lite igitur sic contestata, ad probandum de possessione vel quasi iuris predicti hincinde partes predictas duximus admittendas, prestito igitur calumpnie iuramento, testibus productis a partibus hinc et inde, examinatis diligenter et eorum depositionibus publicatis preclusaque via dicto *Jacobo* sacerdoti propter contumaciam suam ad excipiendum in personas et dicta testium ex parte predictorum decani et capituli productorum et tandem concluso in causa de partium voluntate datoque termino continuato de die in diem vsque in vigiliam conuersionis b. *Pauli* ad diffinitiuam sentenciam proferendam ac ipsa vigilia partibus coram nobis comparentibus et diffinitivam sententiam cum instancia ferri petentibus, habito peritorum consilio, secundum ea, que vidimus et audiuimus, inuenimus decanum et capitulum predictos seu procuratorem eorum intencionem suam sufficienter, tam de iure communi, quo totam decimam percipiunt, quam per dicta testium fundauisse ac predictum *Jacobum* sacerdotem in probacione intencionis sue defecisse, vnde predictam decimam adiudicamus sententialiter decano et capitulo predictis percipiendam libere et quiete, in perceptis quoque a predicto sacerdote de dicta decima eundem cum expensis in lite factis condempnamus, reseruata penes nos taxacione legitima expensarum.

Recitata et lecta est hec sententia diffinitiua a. d. M.CC.XCVII, ix. kalendas februarii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beſchädigt.) Orig.

Digitized by Google

№ 541.

1297 (30. Jan.). *Heinricus* prepositus, *Philippus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* vniuersis salutem in domino etc. Nos attendentes pium propositum honesti viri *Dauid,* militis de *Sulzen,* circa diuini cultum nominis augmentandum, necnon ipsius supplicationem, qua nobis rogauit, vt sibi quoddam altare consecratum in honore b. *Marie* virginis suis expensis in ecclesia nostra parrochiali in *Sulzen* a latere ipsius parrochie constructum cum prebenda competenti, videlicet xx. maltrorum siliginis, i. carrate vini hunici et ii. librarum hallensium annis singulis plebano, qui pro tempore a nobis et nostris successoribus in dicta villa *Sulzen* fuerit institutus, perpetuo prestanda, vt exinde sacerdotem ydoneum pro socio suis expensis sustentare valeat, qui dictum altare missa cottidiana quanto frequentius possit officiare teneatur dotare licerct. Nos igitur supplicationibus prefati *D.* militis annuentes auctoritate nostra liberaliter indulgemus et nostrum consensum adhibemus sub hac forma, vt indempnitati parrochie nostre caueatur omnino, videlicet, quod sacerdos, quem plebanus, qui pro tempore fuerit, sibi in socium assumere decreuerit et quilibet suorum successorum, cum de nouo receptus fuerit, prestare teneatur tactis sacrosanctis euangeliis corporale iuramentum coram nobis, vocato ad hoc plebano dicte ville *Sulzen,* quod ipse sacerdos nec per se, nec per alium procurare debeat, quod aliquid in preiudicium dicte nostre parrochie dampnum vel impedimentum nullatenus attemptetur, hoc adiecto, quod sacerdos predictus omni die dominico de vespere vna cum plebano dicte ville *Sulzen* super sepulchra mortuorum ibidem ire teneatur cum incensu et feria secunda sequenti missam dicere pro defunctis et cum plebano sepulchra mortuorum iterum visitare, item vt in anniuersario *Helfrici,* fratris predicti *D.* militis, dictus sacer-

Digitized by Google

dos vadat ad eius tumulum et de mane vigilias defunctorum celebret atque missam denuo cum plebano tumulum visitando, item vt idem sacerdos in prima vespera omnium animarum cum plebano vadat super sepulchra mortuorum de mane vigilias et missam celebraturus, item ut idem sacerdos in vigilia b. Egidii peragat *E.* patris et *Kunegundis* matris dicti *D.* militis anniuersarium, item vt annis singulis dicto *D.* milite viuente feria secunda post dominicam inuocauit proxima pro defunctis celebretur, ipso autem *D.* milite decedente, anniuersarius suus peragetur. Vt autem plebano, qui pro te pore fuerit, de solucione predicte prebende magis cautum existat, dictus *D.* miles bona infra scripta, videlicit iv. iugera agri campestris in campo superiori dicte ville *Sulzen* tendentia super prata consulcanea *Heinrico Rufo*, item dimidium iuger ibidem, item iii. iugera in via, que vocatur *coller wege*, consulcanea *Heinrico* sartori *wormat.*, item ii. iugera consulcanea dicto *Gannaf*, item i. iuger apud *Bockenheimer wege*, consulcaneum *H.* sartori predicto, item iv. quartalia cum dimidio *in dem Ritflure*, consulcanea *H.* prefato, item i. iuger iuxta preposituram s. *Andree in dem Ritflure*, item i. iuger apud *Offsteiner wege*, item ii. zweidel in . . . . sunt tendentia, item dimidium iuger iuxta pratum, item in inferiori campo iv. iugera cum dimidio, que dicuntur *munechstuck*, item dimidium iuger in via, que ducit *Wormaciam* iuxta *kirchen morgen*, item ii. iugera tendentia versus *pedernsheimer marke*, item i. iuger anewenders consulcaneum *Sygeloni* de *Russingen*, item i. iuger anewenders consulcaneum relicte *Richelmanni*, ciuis *wormat.*, item vii. iugera *in dem Winkele*, item i. iornalem vinee super *hauge*, item ii. iornales, qui vocantur *achtebaume*, item dimidium iornalem, qui dicitur *frankendelre*, item duale anwenders, quod dicitur *elfmorgene*, item i. iornalem, qui dicitur *Walthers morgen*, item iii. domos in villa *Sulzen*

Digitized by Google

constitutas et ortum, quas prefatus *D.* miles pro *Eblino* comparauit. Volumus eciam, quod huiusmodi bona apud vnum heredum vel duos et non plures memorati *D.* militis permaneant inperpetuum indiuisa. Tenebitur eciam prefatus *D.* et sui heredes de bonis predictis perpetuo duas candelas procurare suis expensis, quamlibet de dimidia libra cere super predictum altare b. *virginis* incendendas singulis diebus cum missa in dicto altari celebratur.

Dat. a. d. M.CC.XCVII, iii. kalendas februarii.

(Gesiegelt haben der Bischof von Worms und die Aussteller.)

(Copialbuch des Andreasstifts zu Worms.)

№ 542.

1297 (1. März). *Philippus* miles dictus de *Hohenphels* profiteor, quod super duabus marcis, que michi de villa *Ysenheim* cedere debent annis singulis, super quibus questio vertitur inter me et quosdam homines in eadem villa existentes, abbatissam et conuentum monasterii s. *Agnetis* in *Moguntiam*, necnon *Albertum Rufum* sacciferum et *Wenzonem* dictum *Beckere* de *Sauwelheim* non impetam quoquo modo nec molestem, nisi prius v. solidis colon. denar., quos ab eisdem recepi, restitutis, et si compositio prout ordo iuris dictauerit uel amicabilis inter me et predictos homines facta fuerit, predicte compositioni predicti abbatissa et conuentus, *Albertus* et *Wenzo* vna cum aliis subiacebunt, prius tamen, prout supra dictum est, predicti v. solidi colon. den. ipsis refundentur vel in portionem ipsos contingentem, si eos tantum dare contigerit, deputentur, si autem minus dare eos contigerit, ipsis partem residuam restituam, ita, quod predicti v. solidi eisdem integre persoluantur.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCVII, vi. fer. prox. ante domin. inuocauit, presentibus *Volcmaro* filio quondam *Volc-*

Digitized by Google

mari, ciuis et judicis ciuitatis *maguntine*, fratre *Johanne* de *Ysenheim* et quodam seruo suo dicto *Srodere*.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgerissen.) Orig.

№ 543.

1297 (8. März). Nos priorissa, totusque conuentus in *celi corona* apud *Wormaciam* constare volumus, quod nos vendidimus *Sigheloni* dicto de *Guntheim*, canonico ecclesie s. *Andree wormat.*, viii. maldra siliginis pro xxxii. libris hallensium quoad vixerit annis singulis infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. virginis ante domum suam presentanda vel domum eciam quemcunque placuerit eidem in ciuitate *wormaliensi*, post mortem vero ipsius *Sighelonis* eadem viii. maldra sic apud nostram remanebunt ecclesiam nomine testamenti. Obligamus eciam nos, quod celleraria nostri conuentus prefata maldra in nullos alios vsus nisi in pittanciam in die anniuersarii prefati conuentui ministrabit, et conuentus *Sighelonis* antedicti anniuersarium cum nouem lectionum vigiliis et missa pro defunctis sollempniter celebrabit *Cvnonis*, patris sui, et *Elizabeth*, matris sue, simul memoriam peragende. Volumus eciam, vt in anniuersario predicti sacerdos de hiis viii. maldris ipso die solidum hallensium percipiat pro defunctis celebrans summam missam. Si uero in aliquo anno negligentes in hiis inuenti fuerimus, decano et capitulo s. *Andree wormat.* dare tenebimur illius anni illorum viii. maldrorum pensionem.

Dat. a. d. M.CC.XCVII, prox. vi. fer. p. inuocauit.

(Das Siegel der Aussteller hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 544.

1297 (18. März). Iudices *wormacienses*. Constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Wernherus*

Digitized by Google

dictus *Crig* de *Osthofhin* armiger et *Benigna*, eius soror, relicta quondam *Jacobi* dicti *Hasenvel*, ac *Herbordus*, filius eorundem, recognouerunt, curiam suam quondam *Hezelonis* cantoris ecclesie s. *Martini worm.* ex materna et hereditaria successione ad eos deuolutam decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* pro certa summa numerate pecunie vendidisse et eandem curiam prout juris est et consuetudinis coram nobis resignarunt decano et capitulo memoratis. Predicti eciam *Wernherus* et *Benigna* pro certa warandia dictis decano et capitulo per annum et diem facienda fideiussores constituerunt in solidum, videlicet *Johannem* de *Vmesheim*, consanguineum eorum, prebendarium ecclesie s. *Martini* prenotate, *Gerhardum*, *Emerchonem*, camerarios, milites, et *Jacobum Engilmanni* ciuem *wormat.* Preterea *Benigna* prefata, que pueros habet, qui nondum ad annos discretionis peruenerunt, hos constituit fidejussores, videlicet *Johannem* de *Vmesheim*, *Jacobum Engilmanni* predictos et *Wernherum*, fratrem suum, vna cum *Herbordo*, filio suo, antedictis, qui in hac fideiussione tamdiu permanebunt, quousque pueri prefati annos discretionis adeo plene attingant, quod dictam curiam licite valeant resignare. Est quoque adiectum, si decanus et capitulum supradicti infra annum warandie aut per pueros *Benigne* prelibate, qui nondum annos discretionis attigerunt, per aliquem seu aliquos fuerint aliquatenus inpediti in curia supradicta, fideiussores antedicti, quilibet ipsorum prout fideiussor existit, commoniti, tamdiu fideiussionis sue debitum exequetur, ut moris est *Wormacie*, donec ipsis huiusmodi inpedimentum sine inpeticio omnimode deponatur, vno eciam fideiussorum decedente, predicti *Wernherus* et *Benigna* infra mensem post monitionem eis factam, alium eque bonum subrogabunt, alioquin superstites commoniti, conmessaciones fideiussorias tamdiu adimplebunt, quousque alius eque ydoneus subrogetur. Testes sunt:

Digitized by Google

Heinricus camerarius, *Johannes* de *Frisenheim, Gerhardus Smuzzil*, milites, *Johannes, Heinricus*, camererii, armigeri, *Eberhardus* de *Wattenheim*, *Conradus* plebanus s. *Lamperti*, *Eckehardus*, *Heinricus Cornmarckit*, *Jacobus Benedicti* et *Balzo*, prebendarii ecclesie s. *Martini* prenotate.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVII, in crast. b. Gerdrudis virg.

(Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.)

Orig.

№ 545.

1297 (24. März). Nos *Philippus* nobilis de *Hoynuels* protestamur, quod cum pro ii. marcarum denariorum colon. reditibus annuis, quas *Heinricus* miles dictus *Starlee* et *Eberhardus* frater suus, quondam fideles nostri, in villa *Esenheim* a nobis in feodo habuerant, quasque iidem uobis liberaliter resignauerunt, sculteto, scabinis ac vniuersis incolis et mansionariis predicte ville de *Esenheim* questionem et actionem mouissemus, predicti scultetus, scabini, ceterique predicte ville incole et mansionarii se nobiscum taliter amicabiliter complanauerunt, consensu nostro voluntario accedente, quod super dictarum duarum marcarum solucione, si qua nobis actio de ipsis competebat, renunciauimus pro quadam summa pecunie nobis proinde tradita et soluta, nos presentibus litteris obligantes, quod contra supradictos scultetum, scabinos, incolas et mansionarios predicte ville de *Esenheim*, hominibus domini archiepiscopi *moguntini* et ecclesie *moguntine* in dicta villa bona habentibus seu morantibus duntaxat exceptis et a predicta compositione nobiscum inita exclusis, per nos aut aliam personam interpositam coram ecclesiastico seu seculari judicio ratione predictarum ii. marcarum redituum in presenti aut futuro tempore nun-

Digitized by Google

quam mouebimus aut moueri procurabimus in posterum aliquam questionem.

Dat. *Moguntie* a. d. M.CC.XCVII, domin. q. cant. letare.

(Das Siegel des Ausstellers hängt an grün seidener Schnur wenig beschädigt an.) Orig.

№ 546.

1297 (Mai). Nos *F.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis mogunt.* profitemur, quod nos jugerum agri terre arabilis in vineas conuertendum situm *amme huzzelpadde* in terminis ville *Olmene E.* vasorum ligatori de *Olmena* iure hereditario concedimus. Sane dictus *E.* dictum jugerum in vineam complantabit et ipse seu suus heres senior, qui dictam vineam indiuisam tenebit, vt oportet, singulis annis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa maldrum tritici, moguntine mensure, *Moguncie* ante granarium nostrum presentabit, si vero dictus *E.* vel suus heres senior in solucione dicte pensionis negligens fuerit, extunc a iure sibi in dicta vinea acquisito cadet ipso facto et ad nostram ecclesiam redibit.

Act. a. d. M.CC.XCVII, mense maii.

(Copialbuch des Johannisstifts zu Mainz.)

№ 547.

1297 (3. Mai). I. n. d. a. etc. Ego *Herthwicus,* sacerdos cappelanus domini prepositi *maguntini*, sanus mente et corpore ac vltime voluntatis testamentum meum ordino in hunc modum, ita, quod ante omnia debita mea, que legitime probari poterunt, integraliter persoluantur.

Item lego *Jacobo,* fratri meo, et *Methildi,* sorori mee, et pueris eorum curiam meam dictam *ad nouum cellerarium* et omnes domos meas, quas habeo in ciuitate *mo-*

Digitized by Google

guntina, duo molendina mea ac apoteca, quam emi erga *Gerhardum* de *dente* pro xxx. marcis colon. denariorum. Item lego ipsis l. marcas colon. cum lectis, puluinaribus, cussinis et aliis omnibus vtensilibus domus mee. Item lego eisdem xiii. solidos colon. et xiii. capones, quos habeo perpetuo in *Vilzbach* super quinque domibus et ortis annexis. Item lego *Geze* et *Clare*, filiabus *Jacobi*, fratris mei, specialiter omnes vaccas meas et xx. marcas colon. Item lego vi. marcas in die obitus mei, que pro consolacione pauperibus in pane et vino tribuantur.

Istos e ditus habeo in villis infrascriptis. In *Gisenheim* — in *Ebirbach* — in *Elteuile* — in *superiori Waldaffe* — in *inferiori Waldaffe* — in *Flersheim* — in *Ebirsheim*. De reditibus prescriptarum villarum do et lego ecclesie *maguntine* in anniuersario meo — item in septimo die obitus mei — item in tricesimo die — item in anniuersario patris mei — item in anniuersario matris mee — item in anniuersario *Theoderici* de *dente* auunculi mei — item in anniuersario auorum meorum — item in anniuersario omnium benefactorum meorum — item lego pauperibus scolaribus xiii. maldra siliginis, ita, quod rector scolarum et succentor eligant magis ydoneum scolarem, qui recipiat tercia feria in qualibet septimana vii. panes claustrales et diuidat inter scolares chorum frequentantes —. Item lego ecclesie s. *Marie ad gradus* in anniuersario meo iii. maldra siliginis et in anniuersario patris et matris mee totidem, que recipient in *Ebirsheim*.

Item lego fraternitati communi vi. solidos colon. denariorum, quos emi in *Hasemans husin*. Item lego ecclesie s. *Mauricii maguntini* ad dotandum altare s. *Petri* ibidem pro sacerdote perpetuo habendo marcas iii. et solidos vi. colon. Item lego ad dictum altare calicem meum minorem et duos libros meos missales veteres, casulam albam et pannum super altare. — Item emi postmodum pre-

Digitized by Google

dicto altari in *Hargartin* marcas iii. et vi. solidos colon. perpetuo. Item postea emi in *Hargartin* ecclesie s. *Mauricii* predicte marcas iii. et solidos iii. col. et volo, quod cum dictis denariis ematur triticum et singulis annis in ieiunio et in aduentu quolibet die panis albus presencialis diuidantur. Item lego ecclesie s. *Johannis* v. solidos colon. — quos recipient de censibus sitis in vinea dominorum s. *Stephani* in *noua ciuitate*. Item lego fratribus *augustinensibus* marcam col., quam emi eis erga *Volckmarum*, quondam scultetum de *Osterich*, in villa *Elteuile*. Item lego fratribus *minoribus* vi. solidos colon., quos recipient inter superiores macellos ab *Helfrico* carnifice. — Item lego *predicatoribus* vi. solidos colon. — quos recipient de tercia apoteca in porta piscium extra muros, quos dat *Conradus*, filius magistri *Gerlaci* medici. — Item lego fratribus s. *Marie* vii. solidos colon. — de apoteca *Alkindis* et *Wunegardis*, filie sue, quam inhabitant ante monetam *Maguncie*. — Item lego monialibus in *Gummersheim* vi. solidos colon. — quos *Theodericus* nauta de *Hasemanshusin* soluit. Item lego eidem v. maldra siliginis, que emi ipsis in duobus agris sitis ante claustrum earum *Henrici* dicti *Kirsbaumere*. Item lego monialibus de *nouo monasterio* in *Maguncia* — monialibus s. *Agnetis* — monialibus in *Vlinhusin* — ad capellam s. *Nicolai* in *Maguncia* marcam colon., quam soluit *Petrus* scultetus in *Hargartin* perpetuo. Item lego pauperibus hominibus egretantibus in *hospitali maguntino* marcam pro alleciis in ieiunio in *Hargartin*, quam soluit dictus *Nandoch* ibidem. — — Item ego *Hertwicus* committo manufidelibus, videlicet *E.* scolastico *maguntino*, *Ottone* de *Rudelsheim* canonico *maguntino*, *Eberzone* prebendatio eiusdem ecclesie et *Heilmanno* canonico ecclesie s. *Mauricii maguntini*, ita, si aliquem predictorum manufidelium extra terminos ire contingerit uel mori, duo ex ipsis

ad minus si omnes interesse nequiuerint uel uoluerint, ordinandi plenam habeant potestatem. Item lego, ut vestes ad corpus meum pertinentes vendantur et ematur pannus griseus et detur ad tunicas pauperibus scolaribus, viduis et beginis. Item committo meis manufidelibus, ut curiam meam, quam inhabito et omnes vineas meas, quas in *Dretingishusin* habeo et in *Heimbach* et in *superiori Ingelnheim*, vendant et de denariis curie ac vinearum aut indebitis vino, blado et pecunia vel de reliquis bonis meis vltra prescriptum testamentum inuentum fuerit, inter pauperes cognatos et amicos meos diuidant et distribuant, prout saluti anime mee viderint expedire.

Act. a. d. M.CC.LXXXXVII, in invent. s. crucis.

Item marcam, quam emi monialibus s. *Agnetis* predictis, soluit *Johannes* dictus *Hanenstein* in *Hargartin*. Item marcam, quam emi monialibus in *Vlinhusin*, soluunt *Dilmannus* dictus *Clump* et *Folzo*, gener senioris *Reinhardi* in *Hargartin*.

(Die Siegel der Mainzer Richter und der obg. Manufidelen hängen unverſehrt an.) Orig.

№ 548.

1297 (31. Mai). I. n. d. a. Vniuersis nos abbatissa et conuentus *noui monasterii* in *Moguncia* in foro gentili, ordinis cisterciensis, cupimus esse notum, quod nos vendidimus xx. maldra siliginis, mogunt. mensure, annue pensionis a nobis persoluendis, videlicet xv. de bonis nostris sitis in terminis uille *Hesenheym* et v. de bonis nostris in *Winterheim*, domino *Eberwino, maioris* ecclesie *maguntine* prebendario, et *Ernesto*, plebano ecclesie s. *Quintini* ibidem, predictam pensionem a nobis ementibus pro precio lxxii. librarum hallensium ad altare construendum in monasterio nostro predicto in honore s. *Marie* virginis,

Digitized by Google

vt idem altare per predictam pensionem a nobis soluendam inperpetuum dotetur et officietur per aliquem religiosum virum nostri ordinis, quem nos ad hoc duxerimus eligendum, qui nostras confessiones audiat et nos in spiritualibus regat, secundum nostri ordinis regulam. Volumus, quod predicta pensio nomine pene soluatur a nobis infra duo festa b. uirginis assumptionis et natiuitatis ecclesie s. *Stephani moguntini* et quia illis tenemur esse obnoxii, a quibus recognoscimus nos beneficia recepisse, prefatos emptores predicte pensionis in communionem omnium oracionum nostrarum recipimus propter deum, et obligamus nos, quod ipsorum anniuersaria post obitum ipsorum cum vigiliis et missa pro defunctis annis singulis peragemus.

Act. a. d. M.CC.LXXXXVII, pridie kalendas junii.

(Die Siegel der Mainzer Richter und der Aussteller hängen an grün seidenen Schnüren wohl erhalten an.) Orig.

№ 549.

1297 (6. Juli). I. n. d. a. Nouerint vniuersi, quod nos *Rupertus* et *Heinricus* fratres, *Yrsuti comites*, vniuersa et singula bona nostra, immobilia nostra propria et allodium cum censibus in quibuscunque rebus consistentibus et quidquid in villa *Westhofen* ac eius terminis siue marcha tytulo proprietatis possedimus, pleno iure et libera ab omni iurisdictione et nostra aduocacia, de consensu expresso nobilium virorum nostrorum cognatorum, videlicet *Georgii* et *Conradi*, fratrum, necnon *E. wormatiensis* episcopi, vna cum *Cunrado*, prefati *Yrsuti comitis* tutorum siue curatorum nobilium uirorum *Gotfridi* et *Heinrici*, filiorum quondam *Heinrici Yrsuti comitis*, necnon *Heinrici* armigeri de *Rypolteskirchen*, nostrorum consortum et comparticipum, vendidimus pro m.cccc. libris hallensium decano et capitulo ecclesie *wormatiensis*. Ceterum cum nos pre-

Digitized by Google

fatam ecclesiam *wormat.*, cui nostri predecessores *Ebirhardus* et *Fridericus*, episcopi *wormat.*, felicis recordationis prefuerunt et a qua nostri fratres multa beneficia perceperunt, prosequi intendamus, vniuersas decimas nostras in vino, annona ac quibuscunque aliis rebus decimalibus cum jure patronatus ecclesie predicte ville in *Westhofen*, que in feodo ab abbate in *Wizzenburg* obtinemus, de consensu nostrorum comparticipum predictorum pleno iure sicut nos possedimus, donamus et transferimus in ecclesiam *wormat.* supradictam, et ut predicte ecclesie plene caueatur pro gwarandia facienda, secundum consuetudinem terre, nos curaturos, ut prefati nostri consortes eorum consensum debeant adhibere. Insuper quod prefati, cum ad annos legitime etatis peruenerint, suum eciam consensum adhibere debeant, infrascriptos fideiussores, quemlibet eorum in solidum, videlicet *E. wormaciensem* episcopum, *Heinricum* de *Duna* prepositum ecclesie *wormat.*, *Ebirhardum* de *Beymelburg* canonicum et ecclesie predicte nobiles viros *Georgium* et *Conradum* fratres, *comites Yrsutos*, *Wiricum* de *Duna* seniorem, *Gerhardum* de *Alsentze*, *Wolfframum* paruum de *Lewenstein*, *Theodericum* dictum *Randecker*, *Wernherum* de *Wintersauwe*, *Ebirhardum* de *Odenbach*, *Syfridum* de *Lewensteyn*, *Hermannum* de *Hohefels*, *Heinricum* dictum de s. *Albino*, milites, *Ebirhardum* de *Kertzenheim*, *Wiricum* de *Duna*, *Hermannum* de *Hohenfels*, *Heinricum* de *Ripolteskirchen*, armigeros predicte ecclesie, constituimus in hunc casum, videlicet quod si ecclesia *wormat.* predicta ab aliquo infra tempus gwarandie impetatur uel querimoniam paciatur uel prefati consortes suum consensum adhibere nollent et si prefati minores *G.* et *H.*, cum ad etatem legitimam peruenerint, premissis omnibus et singulis suum consensum adhibere recusarent, extunc fideiussores prefati per nuncium ecclesie commoniti, in ciuitate *wormat.*

Digitized by Google

in hospiciis laycorum ciuium tamdiu commessaciones fideiussorias facient per se uel quilibet eorum per seruum et equum, sicut liberi fideiussores facere consweuerunt, quousque premisse *wormat.* ecclesie omnia premissa sunt impleta. Nos *Rupertus* et *Heynricus*, fratres predicti, promittimus presentem litteram nostris sigillis sigillaturos et quod eciam nostri consortes predicti presentem literam suis sigillis sigillare debeant, nos curaturos. Nos *E. wormat.* episcopus nomine tutorio pro *G.* et *H.*, nostris nepotibus supradictis, *Georgius* et *Cunradus*, *Irsuti comites* et *Heinricus* de *Ripolteskirchen* armiger, consortes et comparticipes prefatorum *R.* et *H.* quoad premissa bona feodalia atque jura ad preces dictorum dominorum cognatorum *R.* et *H.* premissis vendicioni, donacioni et translacioni nostrum liberum consensum adhibentes. In testimonium omnium premissorum literas presentes nostris sigillis fecimus roborari.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVII, in octava b. Petri et Pauli apost.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 550.

1297 (6. Juli). Venerabilibus dominis decano et capitulo ecclesie *wormat.* *Rupertus* et *Heinricus, comites Irsuti*, ecclesiam in *Westhofen* ex resignacione libera *Ebirhardi*, fratris nostri et uestri concanonici, uacantem, cuius ius patronatus ad nos et nostros consanguineos *Heinricum* et *Godefridum*, filios quondam *Heinrici comitis Irsuti*, spectare dinoscitur, uobis et uestre ecclesie conferimus. Ius quoque patronatus, quod in eadem ecclesia habemus, in vos et vestram ecclesiam transferimus pleno iure, nichil nobis in iure patronatus supradicto iuris reseruantes. Nos quoque *Conradus comes Irsutus* collacionem ecclesie

Digitized by Google

predicte in *Westhofen* sic uacantis prefatis decano et capitulo ac ecclesie *wormat.* cum translacione juris patronatus ipsiùs ecclesie per *Rupertum* et *Heinricum,* nostros consanguineos predictos, factas, ratas et gratas habemus, ad maiorem certitudinem nostra sigilla literis presentibus duximus apponenda.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCVII, sabb. p. fest. b. Vdalrici conf.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 551.

1297 (19. Juli). Nos *Sophia* abbatissa, totusque conuentus cenobii in *Dyffindal* recognoscimus, quod nos promittimus, quod cum xxvii. solidis colon. denariorum, necnon cum vi. capponibus nobis cedentibus nomine census de duabus domibus, curia et orto adiacentibus sitis infra ciuitatem *maguntinam* in loco dicto *vffe der bleychen* et assignatis per *Hertwicum* dictum *zume Odernheimer* et *Berlugim*, vxorem eius, quondam ciues *maguntinos*, racione hereditatis, quam iidem coniuges predicto cenobio tradiderunt, anniuersaria predictorum coniugum peragere debeamus, ita videlicet, quod singulis annis in festo b. decem millium marcarum anniuersarium predicti *Hertwici* peragamus, mediam partem prefatorum denariorum de dicto loco in eodem festo obinde in remedium anime ipsorum percepturi, anniuersarium quoque ipsius *Berlugis* in sexto die post festum annunciacionis b. virginis proxime computando iuxta prescriptum modum perpetuo celebremus, reliquam mediam partem sepedictorum denariorum in dicto sexto die similiter recepturi, prefatos eciam vi. cappones in festo b. Martini episcopi hyemalis in infirmariam nostram volumus ministrari.

Digitized by Google

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVII, vi. fer. a. fest. b. Marie Magdalene.

(Die Siegel der Ausſteller hängen an grün ſeidener Schnur wohl erhalten an.) Orig.

№ 552.

1297 (26. Juli). I. n. d. a. Nouerint vniuersi, quod nos ***Rupertus*** et ***Heinricus***, fratres ***Yrsuti comites,*** feoda nostra siue in decimis vini et annone seu quibuscunque aliis rebus decimalibus consistentes omnibus juribus et cum iure patronatus ecclesie in ***Westhofen,*** que ipsa uilla ac eius marca et terminus ipsius ville obtinemus et hactenus obtinuimus, in decanum et capitulum ecclesie ***wormatiensis***, in ipsam ecclesiam ***wormatiensem*** transferimus, et quia dictum feodum ab abbate et monasterio ***wizenburgensi*** obtinemus, nos ***Siglonem*** de ***Wattenheim*** et ***Hugonem*** de ***Monnensheim,*** milites, de dictis feodis infeodamus et eis titulo feodali concedimus, ita, quod ipsi nomine ecclesie ***wormat.*** et pro utilitate ipsius premissa feoda portare debeant et omnem utilitatem et fructus ex eis prouenientes prefate ecclesie integre assignare debeant quousque consensus dicti abbatis domini feodi translacione et infeodacione ualeat obtineri. Premissam autem translacionem et infeodacionem de consensu nostrorum consortum, videlicet ***E. wormaciensis*** episcopi, tutoris seu curatoris vna cum ***Conrado Yrsuto comite, Gotfridi*** et ***Heinrici,*** nostrorum filiorum, filiorum quondam ***Heinrici Irsuti comitis***, ***Georgii*** et ***Cunradi*** predicti et ***Henrici*** de ***Rypoltskirchen***, armigeri, fecimus nos fecisse. Nos eciam prefati consortes premisse infeodacioni et translacioni nostrum consensum adhibemus, profitentes, quod tam ecclesia ***wormaciensis*** quam prefati milites prefata feoda pleno iure, quemadmodum ***R.*** et ***H.*** predicti nobiscum ea possiderunt,

Digitized by Google

possidere debeant quousque consensus domini feodi sit obtentus et per hoc ecclesie *wormat.* plene sit prouisum atque cautum. Nos prefati consortes presentem literam nostris sigillis fecimus roborari, nos *Rupertus* et *Heinricus* predicti sigilla nostra in testimonium apponimus premissorum.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCVII, in crast. b. Jacobi apost.

(Copialbuch des Domstifts zu Worms.)

№ 553.

1297 (14. Aug.). I. n. d. a. etc. Ego *Mechtildis,* relicta quondam *Heinrici* dicti *Gûlfer,* ciuis *maguntini,* constare desidero, quod pro salute anime mee, quondam mariti mei antedicti ac meorum parentum, construxi vnum altare in honorem b. virginis *Marie,* s. *Johannis* baptiste et b. *Marie Magdalene* in cenobio sanctimonialium in *Dalin* extra muros *maguntinos,* cui altari in dotem assignaui propria bona mea, videlicet curiam meam sitam in villa *Budinheim,* que vocatur *Gûlfers hof,* vi. iugera terre arabilis apud x. iugera dòmini *Frankonis,* item i. iuger situm retro *Nacheymersbrucken* apud abbatem, item i. iuger situm apud .... dictum *Cleyneschuch,* item iii. iugera sita in loco dicto *amme nazzen reyne,* item i. iuger et dimidium apud dominas de *Dalin,* item iii. iugera et dimidium apud *Nuzburnen an der oberin siten,* item de sexto dimidio iugero medietatem *an der uzeren foren,* item ii. iugera tendencia super *Frankonem den jnre morgen an deme nachtschaden,* item i. iuger et dimidium apud *latum lapidem,* item duale tendens *vfme nuzburnen,* item iuger vnum tendens *offe breyden stein,* item ii. iugera et dimidium *vnder leydenhecken,* item paruam aream in *oberdorph,* item ii. iugera et dimidium *amme geren,* item ii. iugera *an der nidern forhe zu*

Digitized by Google

oberen dor apud ecclesiam, item i. iuger prati apud dominas de *Dalin*, item i. iuger prati apud *Thilmannum*, item viii. slege prati apud magistrum operis s. *Albani*, item ii. slege prati *jnme jnrenbanne*, item iii. iugera et quartale *an deme eychwege* in *obirdorph*, item xi. iugera super montem tendencia, item dimidium iuger *an dem alden Ebirsheymer wege*, item i. iuger *an deme Erweyzbohele*, item i. iuger *an deme Oppinheymerwege an der zangen*, item duale *an Rudingespale*, item i. iuger et dimidium vinearum *an deme Ridebirge*, item i. iuger et dimidium vinearum iuxta *Petrum zu crucen*, item v. quartalia vinearum *zu westerheym*, item duale vinearum *an hudesteden*, item duale vinearum iuxta *Petrum* de *Lytwilre*, que bona sunt attinentia et spectancia ad curiam meam in *Badenheim* antedictam, quorum bonorum omnium et predicte curie dimidietatem legaui *Erbeloni* sacerdoti, canonico ecclesie s. *Marie in campis* extra muros *Maguntie*, fratri meo, ita, quod *Erbelo* post mortem meam predictam mediam partem bonorum habeat et possideat diebus vite sue et quod post eius mortem prefata pars bonorum supradicto altari cedat. Statuo eciam, quod post collacionem meam, secundum quam volo per *Jacobum*, filium *Mechtildis* dicte *zume zune*, consanguineum meum, et *Stephanum* quondam *Reyneri* de *Berencastele*, filium officiari in diuinis, prout hec in litteris abbatisse et conuentus cenobii in *Dalin* predicti sigillo sigillatis super hoc confectis plenius sunt expressa, prelibatum altare per dominam abbatissam et conuentum cenobii in *Dalin* antedicti sacerdoti seculari ydoneo et discreto perpetuo conferatur et quod officians prefatum altare bona siue dotem eiusdem altaris colat per se vel per alium ac fructus et prouentus ipsorum bonorum recipiat et in vsus suos conuertat, prout sibi melius ac vtilius videbitur expedire, hoc adiecto, quod si abbatissa et conuentus cenobii in *Dalen* sibi de bonis

Digitized by Google

supradictis ipsius altaris aliquid vsurparent seu vellent vsurpare, quod ipso facto collacio antedicti altaris deuoluatur et pertineat ad abbatem monasterii s. *Albani* extra muros *maguntinos*, qui pro tempore fuerit, eodem modo et iure, quo pertinuit ad abbatissam et conuentum antedictas.

Act. a. d. M.CC.XCVII, in vig. assumt. b. Marie virg.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt an blauer Schnur wohl erhalten an.) Orig.

№ 554.

1297 (4. Nov.). Nouerint vniuersi, quod cum inter nos *Cunradum* decanum, *Jacobum* scolasticum, *Emerchonem* cantorem et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.* ex parte vna et *Fridericum* custodem et concanonicum nostrum, super collacione seu ordinacione vicarie seu altaris b. *Katherine* virginis, nuper vacantis in ecclesia nostra per mortem bone memorie *Petri* sacerdotis, ex altera uerteretur discordia et materia questionis, nobis asserentibus collacionem seu ordinacionem eiusdem vicarie siue altaris ad nostrum capitulum pertinuisse et pertinere debere, dicto custode in contrarium affirmante, quod ad ipsum et ad officium eius predicte vicarie collacio spectare debuerit et pertinere, volentes scrupulum et materiam discordie amputare, statuimus, ipsius custodis accedente consensu, quod prelibate vicarie siue altaris collacio ad nostrum capitulum pertineat ista uice, in sequenti uero vacatione custos, qui pro tempore fuerit, eandem vicariam conferet et ad dictum altare personam ydoneam ordinabit et sic vicariam huiusmodi nos et custos predictus alternis vicibus conferemus. Persona autem, que ad premissam vicariam pro tempore instituta fuerit, in sollempnitatibus circa ornatum altaris maioris, reliquiarum et sacrorum indumentorum de armario nostro exportandum et reportandum custodi nostro assistet et mi-

Digitized by Google

nistros in induendo et exuendo pro suo posse adiuuare debebit, omnia enim, que circa premissa fuerint oportuna, faciet, sicut vicarius altaris s. *Quirini*, cui bona in *Algensheim* super huiusmodi sunt laboribus specialiter deputata.

Dat. et act. a. d. M.CC.LXXXXVII, fer. ii. prox. p. fest. omnium sanctorum.

(Das Siegel des obg. Capitels hängt unversehrt an, das Siegel des vorg. Custos dagegen fehlt.) Orig.

№ 555.

1297 (15. Nov.). Iudices *wormacienses* et *Wernzo Amella* magister ciuium ibidem. Constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Johannes* dictus *Paulin* et *Mezza*, coniuges, ciues *wormacienses*, recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* i. libram wormat. denariorum censualem super curia sua, quam inhabitant, sitam iuxta curiam quondam *Dauidis* dicti *hinder der kvchen*, cuius libre medietatem in festo ad kathedram s. Petri, reliquam uero in assumpcione b. virginis prefatis dominis ecclesie s. *Pauli* predicti coniuges vel eorum heredes singulis annis nomine census tenebuntur assignare, hoc adiecto, quod quandocunque prenominati coniuges vel eorum heredes dictam libram super domibus et areis certis et in uno loco in ciuitate *wormat.* sitis, de quibus domino nostro *wormaliensi* episcopo jus, quod wlgariter dicitur *wandelunge*, non est dari consuetum, designauerint vel reemerint ad exonerandum curiam suam a censu predicto, tunc decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli* predicti eam acceptabunt, ita, si decanus ecclesie dicte et magister ciuium nostre ciuitatis, qui tunc pro tempore fuerint, in animas suas dictauerint et sentenciauerint predictam libram wormat. denariorum in locis certis et tutis in vno

Digitized by Google

loco sitis fore assignatam, addicientes eciam, quod vnus eorum heredum dictam libram censualem sepedictis dominis ecclesie s. *Pauli* terminis antedictis tenebitur annuatim assignare.

Dat. a. d. M.CC.XCVII, fer. vi. prox. p. fest. b. Martini episc.

(Die Siegel der Ausſteller hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 556.

1297 (8. Dec.). Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Nycolaus* carpefex et *Cunradus* olearius, ciues *moguntini*, cum vxorum suarum communicatis manibus, domum luteam in vinea s. *Stephani*, prope estuarium quondam *Wilhelmi* sitam, *ad allec* dictam, de cuius fundo et area ferto et iii. denarii vna cum duobus capponibus pro media parte in festo b. Philippi et Jacobi apostolorum et pro reliqua parte in festo b. Martini episcopi heredibus supradicti *Wilhelmi* soluendi sunt nomine census, vna cum capponibus in dicto b. Martini festo vendiderunt *Gerlaco* sacerdoti, ecclesie b. *Johannis mogunt.* vicario, sine exceptione iuris qualibet optinendam, borgantes, id est sub caucione judiciaria, que *borgen* wlgariter dicitur, se astringentes, quod de supradicta domo prefato *Gerlaco* certam warandiam faciant, ut est juris.

Actum coram *Craflone* seculari judice *moguntino*, presentibus *Emerchone Windupen* et *Wigone*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CC.XCVII, dom. p. fest. b. Nycolai epis. prox.

(Das Siegel iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 557.

1298 (9. März). Nouerint vniuersi, quod a. d. M.CC.XCVIII, in dom. q. cant. oculi, coram sculteto, scabi-

Digitized by Google

nis et tota vniuersitate ville *Muminheim* dicta missa ante januam cemiterii in loco judiciario ipsius ville *Sifridus* armiger et vxor sua dederunt curiam suam, sitam in *Muminheim* inter curias dominorum s. *Petri mogunt.* et *Heinricum* dicti *Selsener* iunioris, in manus domini *Johannis* dicti *Butzschilhart*, *Petri Scheckeler* ac magistri *Helfrici*, canonicorum ecclesie s. *Johannis mogunt.*, recipiencium eandem nomine capituli sui ecclesie memorate, dictique coniuges fideiussores posuerunt pro debita gwarandia facienda per annum et diem quatuor, videlicet *Antzonem* dictum *Galle*, *Conradum Longum*, *Herbordum* scultetum et *Heinricum* dictum *Vader* ut credo. Adiectum est eciam, quod si infra annum aliquis heredum ipsorum coniugum dictam curiam redimere vellet, quod principalem pecuniam ipsis dominis restituere deberet, videlicet xxviii. libras hallensium et x. libras pro edificiis dicte curie.

(Copialbuch des Johannisſtifts zu Mainz.)

№ 558.

1298 (25. Juni). I. n. d. a. etc. ideoque *Mildrudis*, relicta quondam *Erkenboldi*, ciuis *moguntini*, de quibusdam bonis suis, prout inferius annotatur, testamentariam donacionem ordinans, *C.* decanum ecclesie b. *Marie* virginis *de gradibus magunt.*, *Ebertzonem* prebendarium *moguntinum*, *Ingebrandum* militem, *Jacobum* de *pomerio* et *Frilonem zum Yselwecke*, ciues *moguntinos*, ut ipsi predictam donacionem exequantur, elegit et eligit. Dicta quidem *Mildrudis* duas curias, vnam videlicet *zume Baldemare*, aliam vero *zum Bischofsheimere* contiguas, cum orto adiacente atque vna domuncula retro predictam curiam *zume Baldemare* adiacente in *Selhoben* sitas, si ipsas vita comite non vendiderit, ad duo b. *Petri* et *Johannis* ewangeliste apostolorum altaria, que dicta *Mildru-*

Digitized by Google

dis in monasterio cenobii s. *Agnetis Moguncie* condidit et instituit, legauit, legat et contulit in hunc modum, quod predicte curie vna cum orto et domuncula adiacentibus ipsius *M.* post suum obitum proximioribus heredibus et precipue supradictis *Jacobo* et *Friloni* ad vendicionem primitus exhibeantur, qui si dictas curias, ortulum atque domum infra quartam partem anni non emerint, extunc dicte curie, domus atque ortus aliis quibuscunque personis vendi debeant expedite et cum pecunia sic recepta redditus annui comparentur, cum quibus supradicta altaria equaminiter dotabuntur. Si vero prefata *M.* in vita sua dictas curias, domum atque ortum vendiderit, cum pecunia, quam pro ipsis receperit, annuos redditus comparabit, cum quibus dicta altaria equaliter dotabuntur. Ceterum predicta *M.* vniuersa bona sua, agros videlicet atque prata, que in terminis ville de *Hogheim* citra *Mogum* in campo versus villam *Bischofisheim* habuisse dinoscitur, ad predicta duo altaria vna cum predictis curiis, orto atque domo eciam contulit et legauit. Insuper prenominata *M.* ad prefata duo altaria duos calices argenteos, deauratos, viii. marcas denariorum colon. valentes, contulit et legauit. Preterea antedicta *M.* de duabus areis iuxta domum suam, apud fimum porcorum sitam, constitutis x. vnciarum et vi. denariorum, moguntine monete, censum annuum non solum ad duo b. *Petri* et *Johannis* altaria, verum eciam ad b. *Marie* virginis supradictum altare legauit sub hac forma, ut dicti cenobii pro tempore existens custodissa prenominata tria altaria cum decentibus cereis luminibus perpetuo respiciat. Dictique b. *Agnetis* cenobii abbatissa et conuentus de predictis duobus altaribus et redditibus duobus bone vite sacerdotibus secularibus vel religiosis ydoneis, qui dicta altaria diebus singulis officient et predictorum coniugum memoriam jugiter peragant, pariter prouidebunt, hoc sane prouiso, ut cum vnus aut ambo decesserint infra quartam partem anni post vnius vel amborum

Digitized by Google

obitum immediate subsequentis, si predicti abbatissa et conuentus alii vite laudabilis sacerdoti vel sacerdotibus de ipsius altaris vel altarium dono prouidere neglexerint, dictorum collacio necnon reddituum ad dominum ecclesie b. *Marie de gradibus mogunt.* decanum pro tempore existentem deuoluetur, porro si predicti sacerdotes vitam indecentem gesserint, ad dictorum abbatisse et conuentus exhortacionem eis factam, vitam et statum ipsorum pertinaciter emendare recusauerint infra mensem, extunc predictorum altariorum beneficiis sint priuati. Insuper prelibati abbatissa et conuentus de xv. solidorum denariis colon. annuo censu, quem sepefata *M.* de fundo cuiusdam domus, iuxta curiam dictam *ad speculum* site, ad dicta altaria legauit et instituit duas ante predicta duo altaria die noctuque ardentes lampadas iugiter procurabunt, et vt premissa firmitatem debitam sorciantur, memorata *Mildrudis* borgauit omnia et singula se rata obseruare.

Actum coram *Ludewico* et *Johanne,* judicibus secularibus *moguntinis,* presentibus *Volzone* de *Landecke, Petro Jude, Arnoldo zume zune, Jacobo Jacobi* de *pomerio* filio, *Nycolao zum Waldertheimere, Hannemanno Ludewici* judicis fratro et *Volzone zume Scheyde,* ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CC.XCVII, in crast. Epyphanie dom. (7. Jan.). Dictique judices atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta, sub juramento ipsorum postmodum ad requisicionem *H.* scultheti *moguntini,* prout ipsos monuit, publice recitarunt, presentibus *Jacobo* et *Craftone* judicibus, *E.* de *macula, C.* de *cacuba* et *Haftone,* aduocatis necnon budellis, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CC.XCVIII, fer. iv. p. nativ. b. Johannis bapt. (25. Juni). In quorum testimonium nos *H.* sculthetus atque judices nostris, vna cum *C.* decani ecclesie s. *Marie ad gradibus magunt.* necnon *Ingebrandi* militis sigillis presentes literas tradidimus roboratas. Dat. *Moguncie* a.

Digitized by Google

d. M.CC.XCVIII, iv. fer. p. fest. nativ. b. Johannis bapt. prox. supradicta.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

№ 559.

1298 (1. Sept.). Consules et vniuersi ciues ***wormacienses*** recognoscimus, quod cum nos et nostra ciuitas oppressi essemus multiplicium onere debitorum propter diuersa negocia terminanda, que ciuitati et ciuibus necessarie incumbebant, remedium nos excogitare oportuit et perquiri, qualiter nos et ciuitas a dampnis huiusmodi grauibus absolueremur et ab onere debitorum, et cum ad solucionem huiusmodi magne pecunie indigenciam haberemus, vendidimus ***Cunrado Span,*** nostro conciui, et suis heredibus census perpetuos infrascriptos, scilicet super pistrinis ***Eberwini*** pistoris apud portam ***Judeorum*** libram wormat., cuius x. solidi festo b. Remigii et b. Georgii reliqui x. solidi annis singulis persoluentur, item super fossato ***Cunradi Bunnonis,*** quam erga ciuitatem conduxit, libram wormat. cedentes festo b. Remigii et Georgii predictis, item super domunculis infra portam s. ***Martini*** et pontem in latere versus portam ***Judeorum*** xiii. sol. den., item super domo ***Rasoris*** ante portam s. ***Martini*** ii. sol. den., item super domo ***Nicolai Kaufman*** iii. solidos et iiii. capones, item super domo ***Johannis Gruzzeres*** ibidem iii. solidos, item super domo ***Nugebel*** ii. solidos denar., item super area ***Burkardi,*** pedelli ciuitatis, ibidem sita ii. sol. den., item super sede pannum ante portam s. ***Martini*** x. sol. den., quos dat relicta ***Richilmanni.*** Sciendum est, quod omnes census infrascripti debent dari in festo b. Remigii. Item super area ***Berzonis*** dicti ***Strichuseln*** retro curiam suam apud s. ***Paulum*** sita xlv. den., item ***Gerwinus*** lignitor dat de curia ***Reinbutdonis*** xxi. den., item ***Heinricus Wasmut***

Digitized by Google

dat de area sua retro curiam suam iv. sol. et dimidium, item super orto *Dyrolfi* militis viii. den., item relicta *Nicolai Hellecrapponis* dat de orto sol. den., item super orto *Harthungi Bechereres* senioris viii. den., item relicta *C. Dymari* dat de orto solidum, item super macellis quondam vidue *Dymari* xvi. den., item super orto domine *Alkuze Spenen* v. sol. wormat., item sorores *penitentes* in monte dant de orto xl. den., item venia nepos *Lamponis* dat de domo vna sub arcubus caponem, item *Cunradus* olearius dat de domo ex opposito domus sue, quam inhabitat, iii. capones, item quedam dicta ..... dat de domo sub arcubus caponem, item relicta *Ludewici Flemingi* dat de domo apud nouum pontem ii. capones, item super domibus sub stega an *Nuwenburdor* ii. capones, item super orto dicti *Cunradi Span* ante nouum pontem ii. sol., item super orto quondam *Wilmanni* vi. den., quos dat *Wernherus* de *Laudenburg,* item *Heinricus Holzappel* dat de orto iv. den. pro cxxiv. libris et vii. vnciis hallensium, ita, vt ipse *Cunradus Span* et sui heredes census huiusmodi in omni jure et vtilitate recipiant, sicut ciuitas hactenus possedit eosdem. Et confitemur, ipsam pecuniam a predicto *C.* integraliter recepisse, ipsamque in vsus nostre ciuitatis necessarios conuertisse. Et quia dicti census domine *Alkuze,* matri dicti *C. Span,* nostre conciui, pro pensione siliginis annua sunt pro subpignore obligati, preter libram super fossato, condictum est, quod duo viri probi et ydonei, nostri conciues, quos ad hoc deputamus, nomine ciuitatis recipere debeant octauam partem *vngelti,* que *H. Dyrolfi* et *Heilmanno Holtmundi* vendita fuerat et quam partem postmodum resignauerant ciuitati, ipsamque octauam partem *vngelti* fideliter conseruare ad reemendam domine *Alkuze* supradicte et suis heredibus pensionem siliginis memoratam, et quandocunque dicta pensio reempta fuerit et designata, extunc census predicti erunt a subpig-

Digitized by Google

noracione liberi et soluti. Appositum est eciam, si dictus *Cunradus Span* vel sui heredes in censibus huiusmodi sibi venditis minus inuenerint scilicet infra summam v. libr. minus l. denar., illum defectum magister ciuium, qui pro tempore fuerit, restaurabit nomine ciuitatis. Est eciam condictum, quod fundus dictorum censuum in eisdem edificiis et juribus, in quibus nunc est, debet in perpetuum permanere.*)

Dat. sub magistro nostro *Wernhero Amelle* a. d. M.CC.XCVIII, die b. Egidii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 560.

1298 (29. Oct.). Iudices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod domino *H.* de *Rokgeberg,* cantore ecclesie s. *Johannis magunt.*, ex parte vna et *Wenzone,* quondam filio *Giselberti* et *Librade,* vxore sua, de *Partenheim,* ex parte altera, coram nobis constitutis, vnanimiter in jure sunt confessi, quod ipse dominus *H.* cantor predictus coram domino *C.* aduocato, domino *Friderico* dicto *Isenhut, Emerchone* dicto *der Jungefos, Eckeberto* dicto *Neude, Wenzone* dicto *Merze* et *Gerlaco*

*) An demſelben Tage hat die Stadt Worms dem vorg. Conrad Span weiter von Zinſen verkauft „super aqua, que dicitur *Schurlache* x. solidos wormat., que quidem aqua ipsi *C. Span* et *Heinrico Dirolfi* a ciuitate jure hereditario concessa fuerat pro libra denar. wormat. censuali, vnde dictum *C. Span* et suos heredes a x. solidis wormat. censualibus dicimus liberos et solutos. Item vendidimus eidem super domibus *Wernheri Flesser* apud nouum pontem iv. solidos et dimidium denar. wormat. et iv. capones. Item super quadam domo sub arcu retro pistrinum *Eberwini* pistoris sol. den., quem dat parrochia s. *Ruperti*, pro xxi. libris hallens. et viii. vnciis.“ (Das Siegel iſt abgefallen.)

Digitized by Google

dicto der *Wirtenzon*, scabinis in *Partenheim*, et aliis quam pluribus hominibus fidedignis ibidem in seculari iudicio constitutis, concessit et locauit memorato *Wernzoni* et *Libradi* vxori sue et seniori heredum suorum xiv. jugera et quartale terre arabilis, sita in partibus ville *Partenheim*, jure hereditario subscriptis condictionibus obtinenda, videlicet quod prenominati coniuges quamdiu vixerint et post mortem eorum senior heredum suorum predicta bona indiuisa tenebunt et de ipsis xv. maldra siliginis, moguntine mensure, infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa in ciuitatem *moguntinam* ad quemcunque locum, quem eis demostrauerit, singulis annis sub eorum expensis, periculis et laboribus ipsi *H.* cantori predicto vel eis, quibus ipse pro remedio anime sue legauerit, presentabunt nomine pensionis. Ipsi eciam coniuges et senior heredum suorum predicta bona debito modo excolent et fimabunt et quoscunque agros ipsorum bonorum in vno anno seminauerint, illos infra spacium illius anni nullomodo plus seminabunt, possunt tamen duo jugera vel tria quecunque voluerint pluries seminare, ipsi eciam censum, precarias et omnia alia seruicia, si que vel si qua racione eorundem bonorum a quibuscunque personis fuerint requisite vel requisita, expedient sine preiudicio *H.* cantoris sepedicti et eorum, quibus ipse legauerit. Item si dicti coniuges aut senior heredum suorum predicta bona decreuerint resignare et tamen fructus de ipsis bonis illo anno percipere uoluerint, ipsi eciam illo anno pensionem predictam, censum, precarias, angarias et omnia alia jura et seruicia soluere teneantur. Si uero jus suum vendere voluerint, hoc ipsis nisi prius exhibeant, ipsi *Heinrico* predicto vel eis, quibus legauerit, facere non liceat vllomodo. Adiectum est insuper in contractu, quod si dicti coniuges siue senior heredum suorum in aliqua predictarum condicionum fuerint negligentes, ipso facto a jure suo, quod in sepedictis bonis habere concedun-

Digitized by Google

tur, sine strepitu judicii statim cadent. Sunt autem predicta bona sita in locis subnotatis. In campo enim, qui wlgariter dicitur *daz nidervelt,* situm est i. jugerum *offe Grvbele,* de quo nec decima nec census nec aliquid seruicii soluitur. Item in *Sulzen* sita sunt vi. jugera, de quibus nec decima nec aliquid seruicii soluitur, nisi vi. mogunt. denarii, qui dominis ville in festo pasche soluuntur nomine census. Item i. jugerum *gegen der mulen* et i. jugerum *an der bach vnder wersteder wege,* de quibus omni anno dantur ii. mogunt. denarii in festo pasche et ii. in die s. Andree apostoli et dimidia mina siliginis dominis siue aduocatis ipsius ville predicte. In campo autem, qui dicitur *daz obervell* in *Westerlangen*, sita sunt v. jugera cum quartali, de quibus preter decimam nichil seruicii siue census debet solui.

Dat. a. d. M.CC.XCVIII, in crast. b. apost. Symonis et Jude.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 561.

1298 (1. Dec.). *Emicho* dei gracia episcopus *wormaciensis* decano, totique capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* salutem etc. Nouerit, quod nos, sub cuius cura ecclesie nobis subiecte consistunt, quanto sincerius eas diligimus, tanto libencius tranquillum earum statum de bono in melius disponere affectamus, verum quia vos vna cum bone memorie *Heinrico*, quondam ecclesie vestre preposito, considerantes honestatem et vtilitatem ecclesie vestre vt tenemini et quod personarum numerus in ecclesiis pocius augmentari debet quam minui, cum in ecclesia vestra predicta officium scolastrie hactenus minime haberetur, communi consensu statuistis et ordinastis, quod officium scolastrie de cetero in vestra ecclesia habeatur et quod ad ipsum

Digitized by Google

prepositum predicte ecclesie vestre suosque successores collatio eiusdem officii et inuestitura perpetuo pertineat, ita, ut ecclesie vestre prepositus et successorum suorum quilibet scolasticum instituat simul et inuestiat, cui ecclesiam in *Nunkirchen* et in *Budenbach* conferat cum suis attinenciis, quam ecclesiam predictus *Heinricus* prepositus in vestre ecclesie honoris augmentum, cuius collatio ad ipsum prepositum et suos antecessores pertinet ab antiquo, predicte scolastrie incorporauit et vniuit, hoc vna vobiscum prenotatus *H.* prepositus in vestro capitulo statuens, quod ipsa scolastria nulli alii, quam canonico vestre ecclesie conferatur, qui sicut decanus, custos et cantor in vestra ecclesia residenciam faciat personalem et quod in predicta parrochia in *Budenbach* perpetuus vicarius per scolasticum ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, instituatur cum prebenda competenti, qua congruam sustentacionem possit habere et superioribus suis de consuetis iuribus respondere, qui sicut moris est loci archidyacono presentetur, sicut hec omnia fuerunt ordinata in vestro capitulo per vos et per memoratum *H.* prepositum fauorabiliter et statuta, sed ne super predictis aliqua dubitacio in posterum oriatur, prescriptam ordinationem approbamus et ratificamus.*)

Dat. a. d. M.CC.XCVIII, in crast. b. Andree apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt unverfehrt an.)

Orig.

№ 562.

1298 (5. Dec.). Consules et vniuersi ciues *wormacienses*. Constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Gernodus*, filius quondam *Gernodi* in *Hanenbur-*

*) Am 15. Dec. willigt Eberhard von Beimenburg, Probſt des Andreasſtifts zu Worms, in obige Incorporation. (Das Siegel hängt unbeſchädigt an.)

Digitized by Google

dor, et *Heinricus*, filius sororis sue, nostri conciues, profitebantur, se curiam suam dictam *ad Gernodum* in *Hanenburdor*, cum omnibus suis attinenciis *Cunrado Bunnonis*, nostro conciui, et suis heredibus vendidisse ac dictam pecuniam ex ipsa vendicione curie prouenientem confitebantur a memorato *Cunrado Bunnonis* recepisse, ipsamque in vsus suos necessarios conuertisse, dictam quoque curiam prelibati *Gernodus* et *Heinricus* prefato *Cunrado Bunnonis* coram nobis resignauerunt et in ipsum transtulerunt eandem sicut consuetudinis fuerat et juris.

Dat. sub magistro nostro *Heilmanno Judei* a. d. M.CC.XCVIII, in vig. b. Nicolai ep. et conf.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.) Orig.

№ 563.

1298 (14. Dec.). Nos *Syfridus* prepositus, *Wernherus* prior, totusque conuentus monasterii *lutrensis*, ordinis premonstratensis, *wormat.* dyocesis, profitemur, nos vendidisse *Hyppele* ciui *wormat.* pro xxv. libris hallensium domos contiguas, lapideam videlicet et ligneam, que quondam fuerunt *Eckelonis* pistoris, jure proprietatis perpetuo possidendas, et quod eidem *Hippele* ad diem et annum integrum pro certa warandia sibi facienda existamus, presentem literam sigillorum nostrorum munimine dedimus roboratam.

Dat. a. d. M.CC.XCVIII, in crast. b. Lucie virg.

(Die Siegel hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 564.

1298 (15. Dec.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod cum quondam *Johannes* miles dictus *Wip*

Digitized by Google

de *Zornheim* et *Beatrix* relicta eius decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus Maguntie* xvii. ac dimidium iugera terre arabilis sita in terminis ville *Ebirnsheim* vendidissent, dictique decanus et capitulum huiusmodi iugera prescriptis coniugibus eorumque heredibus iure hereditario locassent pro vi. maldrorum pensione siliginis, maguntine mensure, ipsis decano et capitulo soluenda nomine annue pensionis, tandem iidem *Johannis* militis et *Beatricis* predictorum, nec non *Hellengeri* de *Sawelnheim*, *Johannis* de *Engilstat*, generorum dicte *Beatricis*, *Drutlindis Hellengeri* ac *Agnetis Johannis*, predictorum vxorum, filiarum dicte *Beatricis*, heredum suorum ac aliorum proborum virorum inclinati precibus admiserunt, quod ipsa *Beatrix* et eius heredes predicti iugera huiusmodi permutantes alia xx. iugera subnotata ipsis decano et capitulo ratione permutationis huiusmodi assignarunt ac eadem iugera in presencia *Conradi* dicti *Leyterboum* de *Molhusin*, clerici, notarii nostri iurati, missi ad hoc de nostro mandato speciali, in prefata villa *Zornheim* tamquam coram nobis absque omni census onere libera resignarunt, coram sculteto et hubariis ville *Zornheim* predicte, in manus magistri *Arnoldi*, canonici ecclesie s. *Marie* predicte, nomine decani et capituli eiusdem ecclesie, recipientes sibi eadem iugera proprietatis titulo assignantes. Situs autem iugerum huiusmodi talis est. In campo inferiori ville *Zornheim* vii. iugera in loco, qui dicitur *jn deme Wilre* iuxta pascua et vii. iugera *Wernheri* dicti *Ring*, item in superiori campo dicte ville *Zornheim* ii. iugera dicta *zu selserberge* contigua duobus iugeribus *Arnoldi* de *Lorche*, item *jn deme steinlande* vi. iugera contigua tribus iugeribus *Wernheri* dicti *Ring*, item ibidem ii. iugera *jn blimensheim* contigua quinque quartalibus *Arnoldi* de *Lorche*, item ii. jugera in *Ebirnsheymerdal vffe der kirchen morgen*, item vnum iuger *zu steinlande* apud iugera

Digitized by Google

cenobii s. *Clare*. Prefatus magister *Arnoldus*, nomine decani et capituli predictorum, locauit ipsi *Beatrici* ac suis heredibus prescripta iugera iure hereditario possidenda pro vi. maldrorum, magunt. mensure, siliginis perpetua pensione danda decano et capitulo predictis singulis annis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa et presentanda ante granarium ecclesie s. Marie predicte sub ipsius *Beatricis* ac eius heredum periculis, laboribus et expensis, ita sane, quod post mortem ipsius *Beatricis* vnus heredum eius prescripta iugera possideat indiuisa et pensionem predictam exinde ipsis decano et capitulo soluat, et si pensio vi. maldrorum predicta vllo vnquam tempore decano et capitulo predictis iuxta modum prescriptum ab ipsa *Beatrice* aut heredibus suis presentata non fuerit, extunc eadem iugera ad decanum et capitulum predictos tamquam propria libere reuertentur. Insuper ipsa *Beatrix* et alie persone prescripte heredes eius *Heylmannum* militem de *Engilstat*, *Conradum Willekini* vicarium ecclesie *moguntine*, *Vrbanum* de *Olmena* et *Hellingerum* prefatum fideiussores suos in solidum constituerunt pro debita warandia facienda decano et capitulo predictis iuxta ipsius ville *Zornheim* consuetudinem de iugeribus antedictis et quod *Anzo*, filius dicte *Beatricis*, nunc absens, vsque ad natiuitatem b. Johannis baptiste proxime venturam permutacionem et resignacionem huiusmodi ratas habeat ac eadem iugera coram sculteto et hubariis predictis resignet sicut alii coheredes sui fecerunt, alioquin ex tunc fideiussores prescripti moniti super hoc ex parte decani et capituli in hospicio dicti vicarii aut in alio competenti hospicio in *Maguntia*, tamdiu exoluent fideiussionis debitum more fideiussorio commesturi, quousque ipsis decano et capitulo de premissis fuerit satisfactum.

Act. a. d. M.CC.XCVIII, xviii. kalendas januarii.

(Das Siegel der Aussteller hängt etwas beschädigt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 565.

1298 (22. Dec.). *Phylippus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* recognoscimus, quod nos erga virum discretum *Cunradum Bunnonis*, ciuem *wormat.*, emptionis titulo comparauimus census perpetuos xxii. librarum wormat. denariorum cum dimidia pro septingentis libris hallensium minus xxv. libris hallens., quos census annuos prefatus *Cunradus Bunnonis* nobis designauit in ciuitate *wormat.* et circum ciuitatem in vicino cum vna libra wormat., quam nobis idem *Cunradus* in *Westouen* super quibusdam vineis designauit. Et profitemus, quod dictam pecuniam dicto *Cunrado Bunnonis* vel suis heredibus tenemur soluere in hunc modum, scilicet medietatem vsque ad festum purificationis b. virginis proxime nunc venturum, reliquam vero medietatem vsque ad festum natiuitatis b. Johannis proxime subsequentem. Si vero in solucione dicte pecunie in aliquo terminorum dictorum fuerimus negligentes, si extunc sepedictus *Cunradus* de dicta pecunia carere noluerit, extunc prenominatus *Cunradus*, si sibi placuerit, dictam pecuniam accomodabit super dampnum nostrum et super vsuram apud *Judeos* vel *Christianos* et illud dampnum profitemur integraliter soluere et deponere nos debere.*)

Dat. a. d. M.CC.XCVIII, in crast. b. Thome apost.

(Das Siegel der Ausſteller hängt ſehr beſchädigt an.)

Orig.

№ 566.

1299. *C.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* ad vniuersorum noticiam

---

*) 1299 (9. Dec.) quittirt der vorg. Conrad und ſeine Gattin Hyppela über den Empfang vorſtehender Summe.

Digitized by Google

cupimus peruenire, quod nos domum *inme loche*, quam bone memorie *Conradus ad aquilam* et vxor eius nostre contulerunt ecclesie, *Petro* et vxori sue *Minze*, ciuibus *maguntinis*, iure hereditario cencessimus et suis posteris possidendam sub hac forma, quod nobis soluent temporibus vite sue nomine census ix. solidorum colon. denariorum in die s. Mauricii, item ad illuminandam diebus et noctibus lampadem vnam perpetuo ante altare b. *virginis* lx. libras olei annis singulis, domum eciam eandem suis laboribus et expensis in statu suo conseruabunt in edificiis et singulis necessariis emendabunt, post mortem vero suam vel in vita sua, si voluerint ius suum transferre in aliquem heredum suorum, sub eisdem condicionibus transferent et possessores quicunque fuerint facient per omnia, que si ipsi viuerent facturi essent. Preterea si ipsi vel aliquis heredum suorum dictam domum aliquo tempore vendere voluerint, nostro ipsam offerre capitulo tenebuntur, et si capitulum ipsam emere noluerit, cum predictis oneribus et condicionibus eam vendent persone alteri, si voluerint, quam ad hoc capitulum duxerit admittendam.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIX.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt an, das der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 567.

1299. Quoniam humane etc. noscant igitur presentes et futuri, quod nos *Henricus* de *Hohenvels* dictus de *Rypoldeskirchen* in remedium anime nostre ac progenitorum nostrorum *Sifridum* de *Krigeshem*, qui nobis iure feodali attinere dinoscitur, domino deo nostro et virgini Marie offerimus in oblacionem, renunciantes omni iuri et dominio, quod in eodem habuimus, fratribus domus

Digitized by

theutonice in *Flersheim* in perpetuum seruicium assignando.

Dat. a. d. M.CC.XCIX.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 568.

1299. Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Orltibus* de *Moro* et *Geza* vxor sua, ciues *moguntini*, ante altare b. *Petri* in ecclesia *moguntina* coram *Ludowico*, seculari judice *moguntino*, constituti domum ligneam, magne seu maiori domui dicte *ad florem* contigue sitam, de qua *Fridericus*, ecclesie s. *Johannis moguntini* decanus, census vsufructum duntaxat quoad uixerit recipiet, dederunt donacione inter viuos magistro *Golzoni*, predicte ecclesie scolastico, cenobii sanctimonialium *noui monasterii* in *Moguncia* sindico et mundiburdo, jure proprietario ab eodem cenobio perpetuis temporibus possidendam. Dictique coniuges borgauerunt, id est sub caucione judiciaria, que *borgen* vulgariter dicitur, se astrinxerunt, quod prefato cenobio et eiusdem mundiburdis seu procuratoribus de supradicta domo certam warandiam tamdiu facient, quousque per bannos suos super dicta domo se stabiliuerint, prout *Maguntie* consuetudinis est et juris. Dictusque magister *Golzo* nomine predicti cenobii omni actioni, que ipsi cenobio occasione *Elizabeth* commonialis sue, filie magistri *Heinrici*, super aliis domibus dictis *ad florem* competebat, renunciauit, et *Herboldus* dictus de *pinu*, predictorum scolastici et cenobii secularis mundiburdus, borgauit premissa nomine predicti cenobii rata obseruare.

Actum coram predicto *Ludowico* judice, presentibus prelibato *Herboldo* et *Thulmanno* eius fratre, *Gerhardo* de *alta domo* et *Helfrico* carnifice, ciuibus *moguntinis*,

Digitized by Google

a. d. M.CC.XCVI, die invent. s. crucis. Dictique judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta sub professione juramenti ipsorum, prout *Heinricus* scultetus ipsos monuit, postmodum in judicio publice recitarunt, presentibus *E.* de *macula*, *C.* de *cacuba* et *Haftone*, aduocatis, *G.* dicto *veluan*, *C. Kregenberger*, budellis et a. q. pl. ciuibus *maguntinis*, a. d. M.CC.XCIX.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 569.

1299 (16. Jan.). Iudices s. *moguntine* sedis. Constare cupimus, quod in nostra constituti presencia *Arnoldus Schuhe*, *Heinricus* filius *Alberti*, *Heinricus* filius *Mergardis*, *Rudigerus* filius *Rorici*, *Albertus Schewonis*, scabini siue iurati in *Guginheim*, et *Johannes* filius *Berte*, preco ibidem, nomine vniuersitatis ville predicte *Guginheim* missi ab ipsa vniuersitate et precipue *Heinricus Alberti* et *Heinricus Mergardis* supradicti, cum mandato sufficienti ad hoc specialiter a memorata vniuersitate destinati, recognouerunt coram nobis, quod singulis annis nomine pensionis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa iii. maldra siliginis vniuersitatis in *Guginheim* nomine custodes segilum, qui ab ipsa vniuersitate pro tempore constituti fuerint, *Alheidi* begine, famule *H.* de *Ruckinberg*, cantoris ecclesie s. *Johannis mogunt.*, ad tempora vite ipsius *Alheidis* dabunt. Post mortem vero ipsius, dicti custodes i. maldrum de tribus predictis dabunt parrochie ville *Guginheim*, cuius medietas in vsus ipsius parrochie conuertetur, reliqua vero medietas dabitur sacerdoti ibidem celebranti et candele in eleuacione eycharistie ardenti, alia autem ii. maldra decanus et capitulum ecclesie s. *Johannis mogunt.* suis laboribus et expensis in *Guginheim* recipient a custodibus in termino prefato et ad

Digitized by Google

suum granarium deduci procurabunt, quibus scilicet canonicis s. *Johannis* predicta *Alheidis* in salutem animarum parentum suorum dicta ii. maldra post mortem suam legauit. Supradicti eciam scabini recognouerunt, pecuniam pro pensione iii. maldrorum se integraliter recepisse et in vsus seu edificia parrochie sue in *Guginheim* conuertisse.

Act. a. d. M.CC.XCIX, xvii. kalendas februarii.

(Copialbuch des Johannisſtifts zu Mainz.)

№ 570.

1299 (14. Febr.). Nos frater *Cunradus* prior, totusque conuentus fratrum ordinis *predicatorum* in *Wormacia* profitemur, nos domino *Jacobo* de *Rupertsburch*, canonico ecclesie s. *Martini*, iv. vncias wormat. denariorum super curiam, que dicitur *hellecreppinne*, juxta s. *Gertrudim* sitam, pro x. libris hallensium vendidisse, ita, quod post primum censum, videlicet xx. vncearum wormat. denar., quas recipient canonici ecclesie s. *Martini*, et post secundum censum, videlicet i. libram wormat. denar., quam recipiet domina *Methildis*, relicta domini *Sigelonis* lenisii, tercium censum, videlicet iv. vncearum predictarum wormat. denar., recipiet dominus *Jacobus Rupertsburch* antedictus. De residua vero libra census emit *Cunradus Lobegot* i. libram hallens. et quod superest habebunt fratres pro pittantia in anniuersario domine *Hellecreppinne* perpetuo peragendo.

Dat. a. d. M.CC.XCIX, in die b. Valentini mart.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 571.

1299 (28. Febr.). Iudices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod in nostra constituti presentia *Arnoldus*

Digitized by Google

Schuve et *Benigna*, coniuges de *Gugenheim*, confessi sunt coram nobis, se annuam pensionem ii. maldrorum siliginis, maguntine mensure, decano et capitulo ecclesie s. *Johannis magunt.* pro quadam summa pecunie, quam numeratam receperunt et in usus suos conuerterunt, vendidisse et dictam pensionem singulis annis annue pensionis nomine auce granarium dictorum decani et capituli infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa suis laboribus et expensis dicte coniuges presentare promiserunt, hac pena adiecta, quod si in solucione dicte pensionis neglientes fuerint, vineam ipsorum tria iugera vinearum continentem dictam *Draudal*, sitam in terminis ville predicte, quam coram judicio seculari ibidem pro interpignore prefatis decano et capitulo posuerunt, perdant ipso facto et ad ius et proprietatem eorum deuoluatur.

A. d. M.CC.XCIX, ii. kalendas marcii.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 572.

1299 (10. März). Consules et vniuersi ciues *wormacienses* constare volumus, quod constituti in nostra presencia *Heinricus Dyrolfi* ac *Gerdrudis*, coniuges, nostri conciues, recognouerunt, se census perpetuos infrascriptos, scilicet libram denariorum wormat. super vno macello, respiciente super forum piscium, quam dat *Ruckerus* macellarius, item super duobus macellis quondam *Jacobi Macharii* ibidem sitis iv. vncias denariorum wormat., quos dat relicta eiusdem *Jacobi*, item super areis quondam *Cunradi* de *Bertheim*, vbi ligna ponuntur, in foro lignorum, v. solidos den. wormat., quos dat *Berzo Strichuseln*, item super areis *Johannis* lapicide, vbi eciam ligna ponuntur, ibidem sitis xxvii. denarios, quos quidem census dicti coniuges erga nos et ciuitatem nostram comparauerant

Digitized by Google

Margarete de *Flanburnen* begine, relicte quondam *Heinrici Lethen* militis, eodem jure, quo dicti coniuges erga nos et ciuitatem conparauerant, vendidisse pro xliii. libris hallensium et iv. vnciis, quas dicti coniuges se profitebantur a prelibata *Margareta* recepisse, ipsasque in vsus suos alios conuertisse, dictosque census memorati coniuges sepefate *Margarete* coram nobis resignauerant, sicut consuetudinis fuerat atque juris.

Dat. sub magistro nostro *Heilmanno Judei* a. d. M.CC.XClX, die b. Agnetis.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 573.

1299 (16. März). Nos *Volgnandus* dei gratia abbas, totusque conuentus montis s. *Johannis* in *Ryngowia, mogunt.* dyocesis, ordinis s. Benedicti, recognoscimus, quod domina *Gunderadis* de *Moguntia* emit apud nostrum monasterium super bonis nostris sitis in *Algensheim* redditus vii. marcarum denariorum colon., quos nos recepisse ab ea fatemur et in vsus nostri monasterii conuertisse, quos redditus ipsa in elemosinam nostro conuentui contulit propter deum, ita sane, quod nos in altari capelle b. virginis *Marie,* que stat sub tecto nostri monasterii, debemus cottidie missam inmane perpetuis temporibus celebrare, que missa debet cum pulsacione campane populo intimari et ad hoc faciendum in perpetuum nos sub periculo predictorum reddituum taliter obligamus, si nos umquam per integram septimanam neglexerimus celebracionem huius misse et de hoc conuinceremur, dominus decanus *pingvensis* ecclesie predictum altare cum redditibus premissis sacerdoti conferret seculari. Et si idem sacerdos aut alius presbiter secularis quocienscumque celebracionem huius misse per integram septimanam negligeret et de hoc conuinceretur, tociens

Digitized by Google

decanus *pingvensis* ecclesie alium subrogabit, cui eciam domino decano auctoritatem conferendi predictum altare cum redditibus ex casu talis negligentie conferimus per presentes tali sacerdoti seculari in libro missali, calice, indumentis missalibus, luminaribus ac aliis ad missam pertinentibus quando ipse indiguerit tenebimur prouidere. Item si nos propter inopiam dispersionem subire contigerit, sacerdotem in monasterio relinquemus, qui istam missam celebrabit, alioquin predictus dominus decanus predictum altare cum redditibus conferret, vt superius est predictum. Item bona, super quibus isti redditus sunt comparati, non debemus alienare uel vendere quoquo modo. In cuius rei testimonium dominus archiepiscopus *moguntinus* exoratus suum sigillum apponere presentibus est dignatus, nostrum quoque et nostri conuentus sigilla vna cum sigillo predicti decani *pingvensis* similiter presentibus sunt appensa.

Dat. a. d. M.CC.XCIX, xvii. kalendas aprilis.

(Das zweite u. vierte Siegel fehlt, das erſte u. dritte hängt ſehr beſchädigt an.) Orig.

№ 574.

1299 (6. April). I. n. d. a. Nos *Vlbertus* prepositus, *Gotzo* de *Gilnheim*, *Emicho* quondam custos, *Conradus* de *Beckelnheim*, *Theodericus* de *Zotzenheim*, *Johannes* dictus *Stehelin* plebanus, *Gisilbertus* cantor, *Heinricus* dictus de *Colonia*, *Nycolaus* de *Leyen* et *Sifridus* de *Bleuichen*, canonici regulares monasterii in *Swabeheim*, totusque conuentus ibidem, ordinis s. Augustini, *maguntine* dyocesis, cupimus esse notum, quod cum nos propter vrgentes necessitates nostras et grauia ac intollerabilia onera debitorum nostrorum et monasterii nostri multis vicibus in nostro capitulo conueniremus, multas vias querentes et varios inter nos tractatus habentes, qualiter

Digitized by Google

solui possent nostra debita supradicta et nulla bona mobilia nostri monasterii inueniremus, per quorum alienationem possemus a predictorum nostrorum debitorum sarcina liberari, tandem nobis omnibus et singulis placuit, quod curia nostra et monasterii nostri sita in villa *Badenheim*, *maguntine* dyocesis, nobis et monasterio nostro per *Gredam* et *Metzam*, filias quondam *Heinrici* militis de *Appenheim*, vna cum agris arabilibus infrascriptis ac aliis omnibus attinentiis et pertinenciis vniuersis donata, venderetur et alienaretur, cuius curie, agrorum et eidem attinentium alienacionem minus esse dampnosam cognouimus nostro monasterio, et ideo eandem curiam, agros et vniuersa pertinencia de consensu domini nostri *Gerhardi* archiepiscopi *moguntini* vendimus iure proprietatis decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus Maguntie* pro cc. marcarum den. colon. minus x. marcis, assignantes possessionem bonorum huiusmodi vacuam, liberam et ab omnibus oneribus et seruiciis expeditam, necnon promittimus dominis ecclesie s. *Marie* predictis de bonis huiusmodi debitam et iustam warandiam facere ac ipsos in eisdem ab omni homine et vniuersitate qualibet defensare nostris laboribus et expensis, nec vmquam eis litem mouere per nos vel per alios. Situs autem jugerum talis est. In campo ville *Badenheim* versus *Swabeheim* in loco, qui dicitur *crummenhalfteren* — apud iugera *Ebirhardi* militis dicti de *Bunheim* — iugera dicta *andemanewender an crucenacher weg* apud iugera dicti *Eberhardi* — iugera dicta *an swabeheymer wer* — *an der Karlebach* — ad viam, que dicitur *swabeheymer weg* — in campo, qui vocatur *inme Ritdal* — *anme slidewege* — *an swabeheymer anewende* — *vf der wysen*, que se extendunt *an den slideweg* — *an binger straze* — *an leybirsheymer wege* in fine campi *Badenheim* — iugera, que incipiunt in *crucenacher wege* et extendunt se *an Weldesteinre* —

Digitized by Google

iuxta pratum *Gerungi* de *Blitersheim* — *an Leybirsheymer wege* — *anme Richche* — *vffer wenke* — *vfme dyche* — *vf der wysen Conradi* militis dicti *Fust* — iugera *vf der wisen*, que se extendunt ad vineam dicti *Cuntzchen* — *vf dem wingarthen* — *vf der hartwysen* iuxta molendinum — iugera vinearum in *badenheymer wingarthen* — *vfme spilberge* — *vffe stahelbule* — iugera, que colit *Heinricus* de *Badenheim*, gener *Widradis in der molgaszen*. Preterea nos prepositus, canonici regulares et conuentus monasterii antedicti recognoscimus, precium predictum nobis a sepedictis dominis s. *Marie* esse numeratum et ipsum in solucionem debitorum nostrorum et monasterii nostri vtilitatem esse conuersum. Et ego *Vl.* prepositus predictus iuxta mandatum michi traditum a meis concanonicis supradictis iuro ad hec sancta dei ewangelia per me corporaliter tacta in animas concanonicorum meorum et tocius conuentus predictorum et meam propriam, quod contra predictam vendicionem non veniemus per nos vel per alios verbo vel facto, arte, dolo, siue causa. In cuius rei testimonium sepedictis dominis ecclesie s. *Marie* tradimus presens instrumentum sub sigillis domini nostri archiepiscopi *maguntini* in signum sui consensus et permissionis, et mei prepositi ac totius conuentus monasterii firmiter communitum.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIX, ii. fer. prox. a. domin. palmarum.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

№ 575.

1299 (14. April). Iudices *wormacienses* recognoscimus, quod *Heinricus* dictus *Ampman*, canonicus ecclesie s. *Martini wormat.*, in nostra constitutus presencia est confessus, se decano et capitulo ecclesie s. *Martini* predicte super orto suo cum edificiis eius, prout situs est ante

Digitized by Google

nouam portam, vi. maldra siliginis annue pensionis pro xxiv. libris hallensium vendidisse, ipsius *Heinrici* laboribus et expensis ante granarium dictorum decani et capituli infra assumptionem et natiuitatem b. virginis annis singulis presentanda. Est preterea adiectum, quod si predictus *Heinricus* super aliis bonis a ciuitate *wormat.* ad distanciam vnius miliaris et ab ista parte *Reni* sitis et secundum quod decano prefato sue ecclesie videbitur expedire, vi. maldra siliginis annue pensionis ipsis decano et capitulo obtulerit seu designauerit, extunc ortus suus cum edificiis eius predictis erit liber et reemptus.

Dat. a. d. M.CC.XCIX, fer. iii. p. diem palmarum.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 576.

1299 (28. April). I. n. d. a. Nos *Dirolfus* miles et *Agnes*, conjuges, cives *wormat.*, fundatores claustri *ad coeli coronam* in *Hochheim*, ordinis fratrum praedicatorum, *wormat.* dioecesis, ad honorem omnipotentis dei et b. virginis Mariae et omnium sanctorum, et in remedium animarum nostrarum et animarum omnium progenitorum nostrorum, de m.ccc. maltris siliginis, mensurae wormat., quae in certis et perpetuis reditibus habuimus in villis et terminis infrascriptis, testamentum nostrum ordinavimus in hunc modum. Primo quidem ordinavimus cxx. maldra pro dote altarium, quae in ecclesia dicti claustri consecrata sunt in honorem b. virginis *Mariae* et b. *Annae*, matris ejusdem virginis gloriosae, item in honorem s. *Jacobi* majoris et s. *Pauli*, apostolorum, s. *Lucae* evangelistae et s. *Dionysii* martyris, item in honorem s. *Agnetis*, s. *Catharinae*, s. *Margarethae*, s. *Barbarae* et s. *Brigidae*, ita, quod cuilibet altari cedant xl. maldra pro praebenda, ut in quolibet eorum missa singulis diebus celebretur, apud ean-

Digitized by Google

dem ecclesiam in choro sororum sepulturam nostram elegimus, quam immutabilem et irrevocabilem volumus permanere, item ordinavimus ccccc. maldra pro viginti praebendis, pro qualibet praebenda xxv. maldra deputanda, item ordinavimus civ. maldra singulis annis ad refectorium sororum, qualibet ii. feria i. maldrum et qualibet vi. feria i. maldrum conventui pro piscibus, ut eisdem feriis duae missae dicantur, vna pro defunctis, alia de s. cruce, si feriae vacaverint, vel si propria officia habuerint, missae fiant de eisdem, et praeter quamlibet missam dicant sorores psalmum miserere flexis genibus cum collecta pro defunctis, et ad hunc psalmum teneantur omnes sorores in choro et extra chorum, pro quo quaelibet soror laica septem pater noster dicat, item ordinavimus civ. maldra ad infirmariam, de quibus qualibet septimana ii. maldra vendantur, quorum pretium in septem partes aequales dividantur, ut sorores infirmae qualibet die de una portione, prout fieri poterit, melius procurentur, item ordinavimus l. maldra, de quibus fiant quotidie duae prebendae de vino, pane et aliis cibariis conventus quantum duabus sororibus datur, quae in parvula mensa in medio refectorii ponantur, quae infra refectionem sororum specialiter ad hoc deputetur et eaedem prebendae duabus personis dentur et non pluribus, in quibus deus videbitur amplius honorari, item ordinavimus xlviii. maldra pro viginti quatuor festivitatibus, videlicet nativitatis, resurrectionis, ascensionis, pentecostes et omnium sanctorum, annuntiationis, assumptionis, nativitatis et purificationis b. virginis Mariae, duodecim apostolorum, s. dominici et b. Petri martyris, necnon s. Agnetis virginis et martyris, ut in qualibet dictarum festivitatum ii. maldra dentur conventui pro piscibus, ita tamen, quod si duorum apostolorum festivitas vna die celebratur, ii. maldra in vigilia et ii. in festo ministrentur, item ordinavimus lvi. maldra, de quibus qualibet septimana v. per adventum et qualibet septimana v. per quadragesimam

Digitized by Google

sororibus dentur pro piscibus et sic qualibet dies adventus et quadragesimae i. maldrum habebit cum his, quae per totum annum singulis septimanis sunt superius ordinata, item ordinavimus l. maldra ad usum vestiaria, quam annonam vestiaria circa festum paschae vendet, et de eius pretio de lana, quanto plus poterit, comparabit, item ordinavimus l. maldra singulis annis, de quibus in dicto claustro aedificia nova fiant et antiqua reparentur, item ordinavimus x. maldra singulis annis, quorum ii. in commemoratione animarum et viii. in quatuor anniversariis ordinis dentur sororibus sepedictis pro piscibus, ut in diebus istis nostri et progenitorum nostrorum memoriam faciant specialem, item ordinavimus xl. maldra pro viginti anniversariis, videlicet mei *Dirolphi* militis predicti, *Caroli* et *Gudae*, parentum meorum, item *Agnetis* predictae conjugis meae, *Conradi* et *Agnetis*, parentum suorum, *Agnetis* et *Evae*, filiarum nostrarum, item *Caroli* et *Margarethae Dirolphi* et *Gudae*, item *Conradi* et *Guttae*, *Richeri* et *Hildeburgis*, avorum nostrorum et aviarum nostrarum, item *Arnoldi* patrui mei et *Ludovici* patruelis mei, item sororis *Aleidis* priorissae, quae pro tempore huius ordinationis officium suum decem et septem annis tenuerat laudabiliter, utiliter et honeste, sub cujus regimine fratres praedicatores curam sororum receperunt, quae etiam sororibus usum et artem dedit legendi et cantandi, dictandi et scribendi et normam totius tradidit disciplinae, item fratris *Conradi* sororum praedicatoris, volumus quoque, ut in quolibet anniversario praedicto ii. maldra dentur sororibus pro piscibus, et ipsae anniversarium cujuslibet praedictorum singulariter peragent, prout in calendario fuerit annotatum, item ordinavimus xvi. maldra singulis annis pro oleo quatuor lampadum, quarum una in ecclesia ante majus altare, alia in choro sororum super sepulchra nostra pendeat, quae diebus ac noctibus sint ardentes, tertia vero erit in dormitorio, et quarta in infirmaria, quae ardentes sint

solum tempore nocturnali, item ordinavimus iv. maldra pro candela torticea, quae ad elevationem corporis domini semper incensa teneatur, item ordinavimus lxx. maldra, de quibus in festo b. Martini tredecim tunicae dentur totidem pauperibus, quarum quaelibet octo ulnas habeat et quaelibet ulna xvi. hallenses solvat, cuilibet etiam eorum dentur duo calcei rufi et corrigiati pro iii. solidis hallens., de eadem etiam annona cuilibet illorum, si vivi et in tali vicinitate fuerint, quod commode possint haberi vel aliis loco ipsorum, si eidem non habent, qualibet die per quadragesimam panis de hallens. et de vino quantum emitur pro hallens. et unum alletium detur de claustro saepedicto, hos vero pauperes eligere debet priorissa de consensu sororum de consilio et persona, pro qua preces porrectae fiunt, per quamcunque personam extraneam ad elemosynam praedictam nullatenus admittatur, item ordinavimus fratribus *praedicatoribus* in *Wormatia* xxxiv. maldra, quae dabunt praedictae sorores ipsis pro pitantiis his festis et anniversariis, scilicet nativitatis, coenae, paschae, pentecostes, omnium sanctorum, omnium animarum, b. dominici, b. Petri martyris et s. Agnetis virg. in quatuor anniversariis ordinis, in anniversario cuilibet nostrum, in anniversariis *Eberhardi* de *Moro* et *Gudae*, quolibet festo et anniversario praedicto fratres habebunt ii. maldra et agent singulorum anniversaria, sicut in calendario sunt assignata, item ordinavimus assignari vestiariae xx. maldra, de quibus *Agneti*, filiae nostrae, quamdiu vixit de vestibus providentur, et ut post mortem ipsius addantur l. maldris vestiariae usibus deputatis, item ordinavimus xv. maldra pro luminibus ad praedicta tria altaria et quatuor cereis, quae de quatuor libris cerae fiant ad praedicta viginti anniversaria peragenda. De supradicta annona relicta *Blacii* de *Pedrensheim* dabitur perpetuo xxiv. maldra, item in *Crigesheim* relicta *Bertholdi* lii. maldra, item de *inferiori Flersheim Diro Hummel* xxvii.. maldra, ibidem *Gudelmanus* xix. maldra, in *Dals-*

Digitized by Google

heim Sifridus pistor. lxx. maldra minus uno, ibidem *Reimar* xlviii. maldra, in *Guntheim* domina de *Wattenheim* lxx. maldra, ibidem *Wigandus* et mater eius lxxxii. maldra, in *Frensheim Rudewinus* xlv. maldra, ibidem *Conradus Hockeman* xlii. maldra, ibidem de bonis *Henrici* de *Alchene* xlviii. maldra, item ibidem provideant l. maldra, in *Westhoven Merbodo* c. maldra, ibidem *Conradus* de *Imesheim* x. maldra, in *Munzenheim Cuntzo Blumechin* xxiv. maldra, ibidem *Simon* xxxi. maldra, item ibidem *Wernherus* x. maldra, in *Didelsheim Wigandus* xxii. maldra, item ibidem *Henricus Ingenbrandt* xxv. maldra, ibidem *Anselmus Blerrinck* l. maldra, item *Durrendurckheim Cuntzo Gross* xxv. maldra, in *Dolgesheim Joannes Gausche* l. maldra, ibidem *Didericus* lxxx. maldra, ibidem *Herbordus Rhode* et genii ipsius xxx. maldra, item *Petrus* de *Apenheim* xxii. maldra, in *Flersheim Henricus* de *Ebenstein* l. maldra, item *Theodoricus* de *Rudensheim* xx. maldra, in *Abenheim* relicta *Friderici Storen* xxiv. et dimidium, in *inferiori Flersheim* de bonis *Wigandi* l. maldra et dimidium, item de omnibus bonis nostris in *Vzelnsheim* et *Roxheim* et in terminis earum c. maldra, item ordinavimus l. libras hallens. cẽnsuum perpetuorum infra muros *wormat.*, de his dabit *Wernherus Anella* ix. libras denariorum wormat. minus vi. solvet medietatem Remigii et medietatem Georgii de curia sua et domibus et areis ad eam pertinentibus, item magister *Wido* xxv. solidos denariorum wormat., medietatem Remigii et medietatem Georgii et in carinisprivio duo cappones de curia, quae fuit *Joannis* de *Hochheim*, item *Conradus* de *amore* ii. libras denariorum wormat., medietatem Remigii et medietatem Georgii de curia sua, item parvus *Gudelmannus* ii. libras denariorum wormat., unam Remigii et aliam Georgii de curia sita in *Evergaren*, item iii. libras denariorum wormat., medietatem Magarethae et medietatem Jo-

annis evangelistae de curia in vico s. Petri, quae est puerorum *Eberhardi* de *Rota*, item fratres *minores* iii. libras et dimidium denariorum wormat., medietatem Remigii et meditatem Georgii de curia, quae olim fuit *Nicolai* de *Starcken*, item *Frisco Osthover* xxx. solidos denariorum wormat. in festo Remigii de curia sita in vico s. *Petri* dicta *ad antiquum Dirolphum*, item *Conradus Holderbaum* ii. libras denariorum wormat., unam Remigii et aliam Georgii de bade lapidea super ripam, quae contigua est badi *Wernheri* de *Rittenheim*, praedictae xxiv. librae denariorum faciunt xl. libras hallens., de quibus saepedictae sorores dominabus fratribus *minoribus* in *Wormatia* i. libram hallens., in anniversario cujuslibet nostrum x. solidos, item fratribus s. *Augustini* viii. unicas hallens., in anniversario cujuslibet nostrum iv. uncias, item fratribus b. *Marie* viii. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum ix. uncias, item fratribus s. *Wilhelmi* viii. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum iv. uncias, si vero aliquis conventus praedictorum fratrum de civitate *Wormatia* transferatur, a solutione pecunia, quae eis sorores tenebantur, penitus absolventur, de residuis autem xxxvii. libris hallens. comparabunt sorores singulis annis ix. maldra siliginis perpetuae pensionis, ut si in testamento supradictae annonae aliquid imposterum decreverit, hujusmodi pensione suppleatur. Aestimavimus nos praedicti fundatores, quod praedicta ix. maldra infra decem annos ad numerum xc. maldrorum ascendent et volumus, quod in perpetuum singulis annis emantur ix. maldra, sicut supra ordinavimus, ut sic ordinatio testamenti nostri plena permaneat et perfecta. Item ordinavimus canonicis *majoris* ecclesiae xx. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum x. uncias pro praesentia, de quibus dabunt monachi de *Laurissa* x. uncias hallens. de area ante novam portam, *Conradus* clericus de *Kornhvs* x. solidos hallens. de area ante eandem portam, *Henricus Rufus* iv. uncias hallens.

Digitized by Google

de area juxta areas praedictas, medietatem Remigii et medietatem Georgii, item ordinavimus canonicis s. *Andreae* viii. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum iv. uncias pro praesentia, quas tenebantur nobis dare de vinea in *Hochheim* juxta ripam in festo Georgii, item canonicis s. *Martini* libram hallens., in anniversario cujuslibet nostrum x. solidos pro praesentia, medietatem Remigii et medietatem Georgii, dabit *Johannes* miles de *Frisenheim* de curia sua, item quatuor sacerdotibus celebrantibus in parochia s. *Lamberti* iv. uncias et iii. hallens. medietatem in anniversario cujuslibet nostrum pro praesentia, quae dantur Remigii de area *Engnonis* piscatoris juxta pontem piscium, item canonicis s. *Pauli* viii. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum iv. uncias pro praesentia, item canonicis in *Neuhusa* viii. uncias hallens., in anniuersario cujuslibet nostrum iv. uncias hallens. pro praesentia, item cannonicis s. *Marie* viii. uncias hallens., in anniversario cujuslibet nostrum iv. uncias pro praesentia, praedictas ii. libras hallens. accipient canonici tantum praedictarum ecclesiarum de curia *Jacobi Dine,* quae sita est inter institas inferiores, quarum una datur Remigii et alia Georgii, residuas vi. uncias, quae dantur de praedicta curia, terminis antedictis accipient infirmi de *hospitali* et xlvii. hallens. et i. capponem, quas nobis tenebuntur censualiter de coemiterio suo ex opposito ipsius hospitalis, quorum medietas in anniversario cujuslibet nostrum ipsis infirmis dabitur, ut melius his diebus reficiantur, item ordinavimus conventui in *Nonnenmunster* monialium v. uncias wormat. denariorum, medietatem in anniversario cujuslibet nostrum et conventui monialium in *Kirshgarten* v. uncias wormat. denariorum, medietatem in anniversario cujuslibet nostrum, quae quidem x. uncias dantur in festo Remigii de area in vico panis, quae vulgariter dicitur *zu der vinselen*, item *poententibus* in monte s. *Andreae* v. uncias wormat. denario-

Digitized by Google

rum, medietatem in anniversario cujuslibet nostrum, quas dabit *Walbrunna* in festo Remigii de area juxta aream predictam, item sororibus in *Libenaw* v. uncias wormat. denariorum, medietatem in anniversario cujuslibet nostrum, de quibus dabit *Jacobus Engelmanni* xl. denarios wormat. in carnisprivio de area in vico *Ametmennen* et *Wernherus Amella* v. solidos wormat. denariorum in nativitate domini de area super *Hardt* ex opposito pistini sui, item *leprosis* viii. solidos denariorum wormat., in anniversario cujuslibet nostrum iv. solidos pro speciali eorum refectione, quos dabit *Sifridus Kuffman* in festo Remigii de area inter bicariarios, item *leprosis peregrinis* v. solidos denariorum wormat. praeter v. denarios pro lignis ad ignes et stupas, quas dabunt haeredes *Gudelmanni Rupele* de area juxta praedictam aream, praedictos l. librarum census eo jure, quo eos possidemus, in omnes, qui praenominati sunt, fatemur nos transtulisse, reservata tamen in *Dirolpho* milite predicto plena potestate, quamdiu vixero disponendi de predictis censibus, quidquid mihi placuerit et visum fuerit expedire. Supplicamus igitur nos predicti fundatores priorissae et ceteris sororibus, quae pro tempore fuerint in praedicta congregatione, et conscientias earum coram deo obligamus, ut omnia et singula supradicta secundum ordinationem nostram immutabiliter observentur et omnipotentis dei et b. Mariae et omnium sanctorum indignationem ipsis imprecamur, si aliquid praedictorum ex proposito cum effectu decreverit immutare. Ut autem haec nostra ordinatio semper in suo robore permaneat, supplicamus humiliter domino *Emechoni* episcopo *wormat.* et ejusdem civitatis consulibus, quatenus has literas, seriem nostrae ordinationis continentes, dignarentur per appensionem sigillorum suorum firmiter communire.

Acta sunt hec a. d. M.CC.XCIX, iv. kalendas maii, vicesimo anno a fundatione claustri sororum praedictarum.

(Alte Abſchrift.)

Digitized by Google

№ 577.

1299 (12. Mai). *Gernodus* decanus, totumque capitulum ecciesie s. *Victoris magunt.* recognoscimus, quod nos ii. iugera ortorum olerum et xxiii. iugera sita apud pontem in via, qua itur apud vetus monasterium *Moguncie*, contigua ortis eisdem, de quibus nostre ecclesie debetur decima annuatim, *Heinemanno,* filio quondam *Nicolai* de *Gunsinheym*, et *Mechtilde*, coniuge sue, locauimus ad utriusque uite tempora obtinenda, sub hac forma, quod iidem coniuges de ortis et iugeribus antedictis in festo b. Martini iii. marcas et in festo b. Walpurgis i. marcam denariorum colon., item in dicto festo b. Martini xiv. maldra raparum, item in dominica qua cantatur inuocauit xxviii. pondera dicta *schaubeseil* bori porri, et in vigilia b. Victoris iii. libras cere annis singulis nobis et nostre ecclesie soluent. Est eciam hoc adiectum, quod si dicti coniuges antedictum censum iv. marcarum infra quindenam post b. Martini et b. Walpurgis festa predicta dare neglexerint, extunc bona eadem ad nostram ecclesiam libere reuertantur. In cuius rei testimonium sigillum ecclesie nostre presentibus duximus appendendum.

Dat. a. d. M.CC.XCIX, iiii. idus maii.

(Vidimus der Mainzer Richter von 1310.)

№ 578.

1299 (25. Mai). Nos *Golfridus* de *Eppenstein* dei gracia custos ecclesie *maguntine* vniuersis cupimus esse notum, quod nos vna cum consensu decani et capituli nostri ecclesie *maguntine* locauimus abbatisse et conuentui cenobii *noui monasterii* in *Moguncia* ii. jugera cum dimidio sita in ciuitate *maguntina,* in loco, qui dicitur *Kesterich*, pro vi. marcis et xi. solidis denariorum colon., iii.

Digitized by Google

hallens. pro denario quolibet computatis, annui census, cuius medietatem dicti abbatissa et conuentus soluent in festo b. Martini hyemali et aliam medietatem in festo b. Walpurgis, hac condicione, quod si in aliquo predictorum terminorum negligentes fuerint in solucione census predicti et infra mensem non soluerint censum debitum, quod excommunicentur a judicibus s. *maguntine* sedis tamdiu, donec satisfactum fuerit de censu termini predicti. Est eciam condictum inter nos et conductores predictos, quod super dicto censu vel locacione non debeant aliquam iusticiam requirere ab aliquo judice seculari vel aliquam consuetudinem ciuitatis *moguntine* allegare, si aliquid questionis emerserit racione dicti fundi seu locacionis predicte inter predictos conductores et alios conducentes vel possidentes fundum ecclesie *maguntine*, qui dicitur *Kesterich*, contiguum predictis jugeribus siue continuum, sed super hoc recursum debent habere ad custodem ecclesie *maguntine*. Est eciam condictum, quod melioraciones alicui vendere non valeant, nisi prius nobis exhibeant pro tanto precio seu censu, sicut ab alio possent habere, alioquin cadant ab omni jure suo quemadmodum predictum est.

Dat. a. d. M.CC.XCVIIII, in die Vrbani pape.

(Die Siegel der Aussteller, sowie der Mainzer Richter hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 579.

1299 (9. Juni). *Emicho* dei gracia *wormaciensis* episcopus etc. ad noticiam omnium volumus peruenire, quod *Heinricus camerarius* noster miles et *Hedewigis*, sua legittima, ad eternam uitam obtinendam pro suarum et parentum suorum animarum remedio beneficium ad altare s. *Oswaldi* martiris, quod est in parrochia s. *Lamperti*, instituerunt, conferendum per decanum ecclesie s. *Martini*

Digitized by Google

wormat. sacerdoti ydoneo et honesto, qui missam ad dictum altare cottidie tenebitur celebrare, statuentes, quod si decanus infra quindenam, postquam dictum beneficium uacauerit, non contulerit vel forte alteri, quam sacerdoti, conferre presumpserit, ipso facto iure presentandi ea vice sit priuatus et collatio ad capitulum dicte ecclesie deuoluetur. Sed si infra mensem proximo sequentem capitulum non contulerit vel alteri, quam sacerdoti, similiter conferre presumpserit, collacio dicti beneficii ea vice ad seniorem heredem masculum dictorum coniugum deuoluetur. Sacerdos eciam ad predictum beneficium institutus frequentabit chorum ecclesie b. *Martini* memorate more vicariorum presenciam percipiendo et decano obedienciam faciet debitam et consuetam.

Dat. a. d. M.CC.XCIX, in die b. mart. Primi et Feliciani.

(Das Siegel des Biſchofs iſt abgefallen, das des vorg. Capitels hängt unbeſchädigt an.) Orig.

№ 580.

1299 (19. Juli). Nouerint vniuersi, quod a. d. M.CC.XCIX, dom. prox. a. fest. b. Marie Magdalene *Th.* rector scolarum ecclesie s. *Martini wormat., Theodericus* dictus *Crutzenner* communicata manu supra bonis infra scriptis erga *Petrum* dictum *Luffrit*, militem de *Heppenheim,* et *Sybodonem* dictum *Muntzhorn,* militem de *Altzeia,* cum consensu *Petri* dicti *Snizre*, militis, et domine sue de *Auenheim*, vbi ipsa bona sita sunt, xii. maldra siliginis perpetui redditus emptionis titulo comparare nt, ipsis ante domum quamcunque alter eorum *wormatiensem* predixerit annis singulis presentanda. Situs autem bonorum talis est. Primo in campo versus molendinum ii. jugera in vno sulco *in der hellen*, item dimidium juger

Digitized by Google

an lirkelberg, item dimidium jornale vinearum *in warlandin*, item i. jornale vinearum ibidem, item i. juger retro clusam, item i. zweiteil apud vineas dominarum de *orto cerusorum*, item i. juger apud *Grimmebon* in via *Reni*, item dimidium juger *in der Bruche* id est *bracha*, item curia cum suis edificiis, que dat ii. capones. Et hec predicta jugera non dant decimam et libera sunt ab omni censu. Item dimidium juger in fouea *Glebe* id est *Gleym*, quod dat decimam et cetera subscripta, item i. zweydeil inter agros iuxta *storensatz*, item dimidium juger inter dictum *steinlin* et dictum *Ritberg*. Summa x. jugera minus quartali. Item in campo versus *Pedersheim*. Primo in via *Reni* vii. quartalia, item i. juger et dimidium super *Glechenbogen*, item i. juger et dimidium in vno sulco super villam consulcaneum aduocato dicto *Howeman*, item ii. jugera et dimidium in vno sulco *Owerberg*, item ii. jugera et dimidium ibidem iuxta vineas dominarum de *orto cerusorum*, item ii. jugera et dimidium *an herlisheimer anweide vwerberg*. Summa xiii. jugera et i. quartale. Item fideiussores pro certa warandia sunt: *Emicho* dictus *wypphil*, *H.* dictus *Merckle*, frater ipsius *Emichonis*, *Gerbodus* dictus *colonus* et *C.* schulthetus. Sciatur eciam, quod predicti *Th.* et *Th.* vel alter eorum dominica proxima ante festum b. Marie Magdalene comparebunt vel comparebit in villa *Auenheim* coram *C.* schulteto predicto et vniuersitate ibidem inquirendo, an ipsis certa warandia sit facta per annum et diem sicut loci consuetudo requirit.

(Copialbuch des Stephansstifts zu Mainz.)

№ 581.

1299 (24. Juli). Iudices *wormatienses* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Heilo Margrauii*, ciuis *wormat.*, et frater *Hartungus* de ordine fratrum

Digitized by Google

minorum domus Wormatie, predicti *Heilonis* frater, renunciauerunt omni iuri, quod habebant in redditibus ii. librarum hallensium relictis per *Cunradum Margrauium* clericum, predictorum fratris *Hartungi* et *Heilonis* quondam fratrem, quos inquam redditus predictus *Cunradus* super bonis *Burckardi* dicti *Plez* et *Mechtildis*, eius vxoris, sitis in villa *Herlsheim*, videlicet curia, orto et vinea in dicto orto plantata, item super curia, domo et aliis suis pertinenciis *Alberti* dicti *Wulberich* et *Petrisse*, sue vxoris, predicte curie adiacentibus et contiguis, que eciam bona predictus *Albertus* et eius vxor a *Burckardo* et *Mechtildi* predictis pro annuo censu vii. vnciarum hallensium jure hereditario habent et possident, legittime comparauerat, nichil juris igitur in predictis redditibus reseruantes, sed volentes et consencientes, ut *Jutta* et *Hedewigis*, sorores eorum, et *Werendrudis* eorum neptis, moniales in monte s. *Andree* extra muros *Wormatie*, succedant in eisdem, ipsisque ad tempora vite earum pro vestibus et aliis suis necessariis ministrentur et post mortem amborum sororum et neptis earum predictarum apud monasterium predictum et moniales in eo deseruientibus remaneant et devoluentur pro remedio anime *Cunradi* supradicti, cuius anniuersarium ob hoc in perpetuum peragere tenebuntur.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIX, in vigilia b. Jacobi apost.

(Das Siegel der Ausſteller in rothem Wachſe iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 582.

1299 (29. Juli). Iudices *wormacienses* ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod constituti in nostra presencia *Heinricus Camerarius* miles *wormat.*, et *Hedewigis* sua legittima altare s. *Oswaldi*, quod est in

Digitized by Google

parrochia s. *Lamperti*, dotauerunt et eidem altari bona sua propria infrascripta pro suarum et parentum suorum animarum remedio contulerunt, videlicet xii. maldra perpetui redditus in *Veilnsheim* de bonis subscriptis annis singulis infra duo festa b. virginis, assumpcionem videlicet et natiuitatem b. virginis, *Wormaciam* presentanda. Sunt autem bona hoc modo sita. In campo versus *Wormaciam* primo vi. jugera super *winsheimere gewandin* et super *Lamisheimer strazen in der langin gewandin*, item *in der halden* iiii. jugera tendencia vltra *Lammirsheimer strazen*, item dimidium juger finit super *Lammersheimer strazen*, item in campo inferiori, qui pertinet ad campum predictum, vi. jugera tendencia super *smalergraben*, item iiii. jugera in eodem campo tendencia super *smalergraben*, item iiii. in *dicheggeren* tendencia super *stege*, item ortus aput pontem, qui iacet pro tribus jugeribus, item i. juger ex opposito, quod dicitur *gemeinegarte*, item *in der langen gewanden* super *winsheimer wingart* ii. jugera et dimidium tendencia super *Lammisheimer straze*, item dimidium juger tendens super arbores cerusorum. Item in alio campo versus *Niltinsheim an der brucken* iiii. jugera wegelange, item in der twerengewanden ii. jugera item in campo inferiori *in der langen gewanden* iii. jugera tendencia super *bruwel*, item *an Nittinsheimer marke* vi. jugera anewendere, item super montem iii. jugera tendencia versus *Heppinheim*, item ibidem super monte iiii. jugera, item *zu Luzzenreine* iiii. jugera anewendere, item *vber der Lammisheimer strazen* iii. cum dimidio. Item inter *grasewec* i. juger tendens super *Lammisheimer strazen* retro ecclesiam, item prope villam v. quartalia tendencia super *Lammirsheimer strazen*, item *in der langen stricken* vi. jugera anewendere, item area quedam sita est in villa ante portam *Wackirpil*. Item xx. maltra siliginis annis singulis infra duo festa b. virginis persoluenda

per predictos coniuges vel vnicum eorum heredum de jugeribus subnotatis, videlicet extra *bundam episcopi* ii. breues jornales tendentes versus *Hocheim,* item ii. jor. iuxta *Primmam,* item ii. jor. tendentes de strata *maguntina* super *bubinweri,* item iiii. jor. iuxta *Ringewanden* tendentes super *Renum.* In alio campo iiii. jor. *an peffilkeimer wege,* item iii. jor. super *blattin,* item iii. jor. iuxta viam *Horgeheim* tendentes super *hanindal,* item i. zveiteil retro cimiterium *Judeorum,* quod seminatur annuatim, item iii. jor. *an peffilkeimer wege,* qui quondam fuerunt vinee, hac tamen condicione adiecta, quod quandocunque dicti coniuges vel eorum heredes xx. maldra siliginis perpetua ex ista parte *Reni* in dyocesi *wormat.* infra duo miliaria a ciuitate *wormat.* designauerint, que scabini siue iurati ville illius, in qua designacio fieri debet, super iuramentum suum decano ecclesie s. *Martini,* qui pro tempore fuerit, vel alteri de ecclesia, quem capitulum ad hoc deputauerit, si decanus forte interesse non posset, dixerint esse certa et bene designata, extunc dicta jugera a solucione dictorum xx. muldrorum erunt libera et penitus absoluta et ad dictos coniuges vel eorum heredes reuertentur. In cuius facti memoriam presentem litteram sigillo nostro dedimus communitam vna cum sigillo *H. Cumerarii* predicti.

Dat. a. d. M.CC.XCVIIII, iv. kalendas augusti.

(Nur das Siegel der Ausſteller hängt noch an.)

Orig.

№ 583.

1299 (14. Aug.). Consules, vniuersique ciues *wormacienses* constare volumus, quod *Cvnradus Bvnnonis* et *Hyldeburgis,* vxor eius, in communi placito nostri consilii constituti vendiderunt decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormaciensi* census xxii. libram et x. solidorum wormat. denariorum minus vii. denariis, tam in ciuitate quam

extra ciuitatem *wormaciensem* soluendos, pro pretio secentarum septuaginta quatuor librarum hallensium cum dimidia libra monete iam predicte, quamlibet libram wormaciensem pro xxx. libris hallensium estimatam, quo precio dicti venditores confessi sunt se esse contentos, quod eciam sibi numeratum in vsus suos conuerterunt, promittentes prenotatis emptoribus pro se et suis successoribus, necnon pro ecclesia s. *Andree* iam predicta stipulantibus litem vel controuersiam ipsis de dictis censibus vllo vnquam tempore non inferre vel inferenti consentire et predictam vendicionem et omnia et singula subscripta rata habere. Situs autem censuum predictorum talis est, videlicet *Johannes* filius *Wernheri* macellarii de macello suo inter macella superiora libram hallensium et quatuor pedes porci, item *Susenheimer* de domo *Volzonis* cerdonis ii. denarios wormat., item *Jacobus* de *Pephilnkeim* cerdo de domo, quam inhabitat, vi. sol. den. wormat., item de domo dicta *ad caduanum* sita in vico *Hagenonis* ii. libras hallens., item de domo *Clyppels* piscatoris x. vncias hallens., item *Bernoldus Spitcebauch* de domo sua libram hallens., item *Ci.* . . . . de *schintbrucken* dat vii. vncias wormat. denar. cum dimidia, item *Gotzo* . . . . *rogil* de domo sua sita ante portam nouum factam x. vncias hallens., item *Hecelo* de domo sua ibidem sita iv. vncias hallens., item *Godebertus* de domo contigua domibus predictis v. sol. hallens., item relicta *Karisii* de orto sito ante portam predictam iv. vncias hallens., item *Ludewicus* carnifex de domo sua v. vncias hallens., item *Paulinus* de cvria sua libram den. wormat., item de domo *Masurin* iuxta *Qualmulin* ix. vncias hallens., item de domo sita retro domum predictam dat *Johannes* dictus *Nazce* x. sol. hallens., item *Nicolaus Dymari* de domo sita retro domum suam lapideam x. vncias hallens., item *Johannes* filius *Wernheri* carnificis de area, quam quondam dictus *Cretcere*

Digitized by Google

possedit, xvii. vncias et dimidiam hallens. et i. capponem, item de cvria *Jacobi Marcgrauii* apud nouam portam ii. libras denar. wormat., item *Cvnradus Rosenbeumere* de domo *Johannis* de *Virduna* libram denar. wormat., item *Johannes Phil* de pistrino *Stormes* vii. vncias hallens., item *Schydil* ante nouam portam de domo, quam inhabitat, xiv. vncias hallens., item de domo sita *in Twerchgazzen*, quam *Jacobus* carpentarius inhabitat, dat *Heinricus Kese* iv. vncias et dimidiam wormat. denar., item *Johannes Schygeler* de domo et area, quam possidet, xix. vncias hallens., item relicta *Vendenis* de domo sita retro dom- . . . . am v. sol. hallens., item de estuario apud portam *Judeorum* ii. libras denar. wormat., item relicta *Emichonis* de vineis suis in *Westhouen* libram denar., item magister *Wido* de estuario sito apud s. *Paulum* libram hallens., item *Hartnudus* dictus *Silhauer* de domo sua sita in vico *mansurin* xxx. denar., item *Berwardus* piscator de domo sua ibidem sita v. sol. hallens. et v. hallens., item *Cvnradus Wizgewere* de domo et area contigua *Herbordo* textori in ripa superiori xv. vncias hallens., item *Berczo* dictus *farre* de domo sita in ripa predicta x. sol. hallens., item de domo noua sita iuxta domum dictam *ad steinhuselin* viii. vncias denar., item de *hospitali* ante portam s. *Martini* v. sol. denar., item de domo *ad aquilam* sita ante portam predictam dat *Gotzo pullus* libram hallens., item *Heinricus spirensis* dictus et *Bertoldus Multinmechere* dant de domibus in vado sitis, quas quondam *Wernherus* macellarius possedit, viii. vncias, item ciuitas xxv. sol. denar., item *Vlnus* sartor de domo sita *in saumergazzen* xxx. hallens., item funifex dictus *Herbordus* de domo apud estuarium magistri *Widonis* predictum v. sol. hallens., item *Metza* relicta *Heinrici* dicti *Geselleschaft* de domo ante portam iuxta horreum *Conradi Bunnonis* predicti in fossato ii. sol. denar., item

Digitized by Google

Agnes Lirerin et *Heilmannus,* filius suus, de domo ibidem sita xliv. hallens., item *Agnes, Cvnradus, Hermannus* et *Orto,* filius eius, de domo ibidem sita v. sol. hallens., item *Lvdewicus* dictus *Kaufman* de domo immediate contigua domibus supradictis v. sol. hallens. minus i. hallensi.

Dat. et act. a. d. M.CC.XCIX, in vig. assumt. b. Marie virg. gl.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 584.

1299 (27. Nov.). Nos *F.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis magunt.* recognoscimus, quod nos medietatem sex jugerum terre arabilis cum arboribus plantatis in eadem, que quidem jugera sita sunt in terminis ville *Olmene* in campo, qui *Scheudeberch* wlgariter appellatur, *Alheydi* et *Gerdrudi* beckinis sororibus, filiabus quondam *Arnoldi* dicti *Walech* de *Olmene,* quoad uixerint, locauimus possidendam, ita, quod ecclesie nostre singulis annis ix. solidos hallensium nomine census in festo b. Martini debeant presentare, hoc adiecto, quod si dictus census infra octauam s. Martini ecclesie nostre non fuerit persolutus, quod extunc dicta medietas cum suis arboribus libere ad nostram ecclesiam reuertatur. Confitemur eciam, quod si altera predictarum sororum decesserit, reliqua superstes dictam medietatem pro censu et condicione predictis possidebit, cum vero ambe decesserint, dicta bona libere ad ecclesiam nostram reuertentur.

Dat. a. d. M.CC.XCVIIII, vi. fer. a. fest. b. Andree apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 585.

1299 (13. Dec.). Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod in nostra constituti presencia ***Lotzo, Heilemannus*** dictus ***Kvnic, Hannemannus*** et ***Nycolaus*** opilio, ortulani ***maguntini***, professi sunt, se et suos heredes quoddam pratum cum particula orti adiacente situm in loco, qui ***Bleiche*** dicitur, apud rufam turrim infra muros ***maguntinos***, extendens se ad duo iugera attinensque vicarie s. ***Andree*** in ecclesia b. ***Petri mogunt.*** ex locatione decani et capituli dicte ecclesie s. ***Petri*** et nichilominus ***Petri*** sacerdotis, capellani seu vicarii dicte capelle s. ***Andree***, consensu accedente, iure hereditario possidere sub hac forma, quod singulis annis iii. marcas denariorum colon., quorum medietatem in festo b. Johannis ewangeliste infra natales domini, aliam vero medietatem in festo b. Johannis baptiste et infra octo dies ipsorum festorum predicto ***Petro*** vicario et suis successoribus, qui pro tempore eidem vicarie prefuerint, census nomine ministrabunt, hiis condicionibus, videlicet si aliquod dubium seu questio de hac hereditate emerserit, per capitulum ecclesie s. ***Petri*** diffinietur, item si censum suprascriptum infra octo dies non persoluerint, ipsa hereditas cum omnibus suis melioracionibus ad ecclesiam b. ***Petri***, scilicet capellam s. ***Andree*** supradictam, libere reuertetur, nullo alio spirituali vel seculari iudicio requisito, item si vnus heredum premissorum suum censum se contingentem non dederit expedite terminis prelibatis, ceteri coheredes huius census neglectum exsoluent ac ipsi super partem hereditatis illius neglectoris respectum habebunt, item si sepedicti ortulani partem sue hereditatis vendere, donare vel alias distrahere voluerint, coram capitulo ecclesie s. ***Petri*** vel personis ad hoc facient deputatis et in empcione dicte hereditatis prefatam ecclesiam et personas de ea, dummodo idem precium dare voluerint, quod extra-

neus offert, emptoribus preferent vniuersis, alioquin si antedicti ortulani in premissis negligentes inuenti fuerint, dicta hereditas extunc ipso facto ad vicariam capelle s. *Andree* in ecclesia s. *Petri* libere reuertetur.

Act. et dat. a. d. M.CC.XCIX, idus decembris.

(Das Siegel der Aussteller hängt unbeschädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 586.

1300. Uniuersis Christi fidelibus nos *Adenulphus consanus*, *Rancius calaritanus* et *Basilius ierosolomitanus* archiepiscopi, *Leonardus anagninus, Anthonius chenadiensis*, *Lando nolanus, Azo cazertanus* et *Nicolaus tortibulensis* episcopi salutem etc. Cupientes igitur, ut ecclesia b. *Jacobi* de monte specioso extra muros *mogontinos* congruis honoribus honoretur, omnibus vere penitentibus, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis diebus, videlicet natiuitatis, circumcisionis, resurrectionis, ascensionis domini et penthecostes, natiuitatis, purifictaionis, annunciationis et assumptionis b. Marie virginis, b. Jacobi in translatione et per otabas eiusdem, in translatione et in festo s. Benedicti, in commemoratione s. innocentum et omnium sanctorum, deuote et causa orationis accesserint annuatim, uel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adiutrices, aut qui quicquam suarum predicte ecclesie legauerint facultatum, necnon predicte ecclesie sacerdoti cum sacra communione infirmos visitanti, qui deuotam cum reuerencia fecerint comitiuam, nos singulas xl. dierum indulgencias de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus dummodo dyocesani voluntas ad id accesserit et consensus.*)

*) Am 27. Dec. deſſelben Jahres beſtätigt der Erzb. Gerhard von Mainz obige Indulgenz. Dat. *Pingvie.* (Das Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.)

1300. Gleiche Indulgenz für die dem Jacobskloſter anhängenden Capellen des h. Panthaleon und des h. Nicomedes auf dem Jacobsberge bei Mainz, dat. *Rome* respective *Laterani*, ſowie gleiche Beſtätigung des Erzbiſchofs, dat. *Pingve* (27. Dec.) und 1301 (24. März) dat. *Erinfels.* (Die Siegel hängen nur noch in Bruchſtücken an.)

Digitized by Google

Dat. *Rome* a. d. M.CCC, pontif. Bonifacii pape viii, ao. vi.

(Die Siegel der Aussteller hängen an blau und rothen Schnüren in rothem Wachse sehr beschädigt an.)

Orig.

№ 587.

1300. Uniuersis s. matris ecclesie filiis nos *Adenulfus consanus, Ranucius calaritanus, Basilius jerosolomitanus* archiepiscopi, *Nicolaus tortubulensis, Leonardus ananuius, Jacobus calcedon., Lando notanus* episcopi salutem in domino etc. Cupientes igitur, vt ecclesia s..... in *Gunttersblumen* constructa congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus, qui ad dictam ecclesiam in festiuitatibus natiuitatis domini, resurrectionis, asscensionis et pentecostes, b. virginis Marie, s. Johannis bapt. et Johannis evang., b. Petri et Pauli apost. ac omnium aliorum apostolorum, s. Stephani, Laurencii martirum, Nicholai et Martini confessorum, Margarete et Katerine virginum in dedicatione ipsius ecclesie causa deuocionis, oracionis seu peregrinationis accesserint vel diuinum officium in singulis diebus sabat. audierint, vel qui ad fabricam, luminaria, vestimenta, ornamenta vel ad aliqua alia ipsius ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices vel quicunque facultatum suarum legauerint, donauerint vel procurauerint ecclesie prelibate, necnon qui sacerdotem parrochialem infirmos cum corpore Christi visitantem associauerint, nos quocienscunque et quandocunque aliqua fecerint premissorum, tociens singuli nostrum xl. dierum de iniunctis sibi penitenciis, dummodo voluntas dyocesani ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus.

Dat. *Rome* a. d. M.CCC, pontif. Bonifacii pape viii, ao. vi.

(Die Siegel hängen nur noch theilweise und sehr beschädigt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 588.

1300. Tenore presencium innotescat, quod *Agnes*, relicta quondam *Ottonis* dicti de *Paùone*, ciuis *magunt.*, coram *Johanne* de *Clemanno*, seculari judice *mogunt.*, constituta, donatione inter viuos facta, que *zu Dordede* wlgariter dicitur, iv. solid. den. colon. annuos redditus, super domo quadam sita retro domum *Heymesmitten*, abbatisse et conuentui cenobii b. *Agnetis* in *Maguncia* jure possessorio optinendos, ita, quod predicte religiose camerario dominorum ecclesie *maguntine* de prenominatis iv. sol. redditibus xxvi. den. magunt. cum ii. capponibus presentent nomine annue pensionis. Dicta quoque *Agnes* borgauit, quod predictorum reddituum vendicionem et resignacionem ratificent, necnon prenominatis sanctimonialibus certam warandiam quousque per bannos suos se super eisdem stabiliuerint.

Actum presentibus *Herboldo zur Dannen, Johanne* filio supradicte *Agnetis* et *Johanne* eiusdem *Agnetis* genero, ciuibus *maguntinis*, a. d. M.CCC.

(Das Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 589.

1300 (30. Jan.). Nos *Jacobus* judex *moguntinus* constare cupimus, quod *Gosta*, relicta quondam *Arnoldi* de *Nodo*, ciuis *mogunt.*, in nostra presencia constituta, testamentum facere cupiens sub hac forma. Primo curiam suam dictam *zume Cnoppe*, quam inhabitat, legat vna cum censu domus *Blankenberg*, ac ipsam domum de *Blankenberg* cum earum censibus ad cenobium *eberbacensem* deuoluatur in hunc modum, quod predicti cenobii abbas et conuentus predictas curiam atque domum ab ipsorum cenobio numquam alienent, immo quod de ipsarum censibus predicti cenonbii conuentui in predicti *Arnoldi* et *Goste* me-

Digitized by Google

moriam peragendam in die b. Thome apostoli de vino bono, albo pane et piscibus plenum seruicium ministretur, item de illis xviii. solidis colon., quos habet in censu annuo super domus fundo, quam magister *Gotzo* cantarorum fusor inhabitat, legat fratribus *minoribus* in *Moguncia* dimidiam marcam den. col. ad coquinam pro eius anniuersario faciendo, item dimidiam marcam monialibus in *veteri cella* ad ipsarum coquinam pro ipsius anniuersario, item ad fabricam capelle b. *Mychahelis* in cymitherio parrochie s. *Quintini mogunt.* fabricandam ad perpetuum ardentis lampadis lumen per noctem dimidiam marcam, item legauit super domo et fundo domus in *Bornegazzin* site iv. solidorum et ii. cappunorum annuos reditus conuentui monialium in *Gumerheim* ad refectionem generalem, vt ipsius et *Ar.* sui mariti anniuersarium peragatur, item legauit de bonis suis mobilibus *Lybeste,* quondam *Nycolai,* sui fratris, filie, xx. libras hallens., item de illis ii. solidorum reditibus, quos habet super domus fundo, quam quidam dictus *Wybel* quondam iuxta ferream portulam inhabitauit, plebano s. *Quintini* iv. colon. den., item socio suo, item campanario, item duobus scolaribus missam cantare iuuantibus, item tribus sacerdotibus, item fratribus *predicatoribus*, item fratribus *augustinens.*, item fratribus *carmelitis*, item monialibus s. *Agnetis*, item monialibus s. *Clare*, item monialibus in *Dalin,* item monialibus in *nouo monasterio,* item quinque parrochiis *moguntinis*, item parrochie s. *Pauli*, item ad fabricam ecclesie b. *Marie*, item *hospitali pauperum*, item *leprosis* extra muros *moguntinos* tantum, item quando apud *Erbach* sepelietur, ipso die pro pitancia conuentui x. libras hallens. legauit, item *Johanni* quondam scolari suo legat xxx. den. col., quos habet in *Bornegazzin* annuatim, item vnum lectum bonum, duo lintheamina, duos cussinos et vnum puluinar bonum legat, item de vestimentis melius, quod habuerit, ad fabricam b. *Quintini* et quod

Digitized by Google

inde melius fuerit, ad fabricam b. *Marie*, et que ibi remanserint, per manusideles pauperibus erogentur, hoc incluso, quod quicquid vltra premissa inuentum fuerit non legatum, per *Margaretham* sororem suam recipiatur. Vt autem supradicta finem bonum sorceantur, *Arnoldum* filium suum, monachum *eberbacensem*, ... plebanum s. *Quintini* et .... magistrum curie monachorum *eberbac.*, necnon *Jacobum* judicem, *Dyzonem* de *cigno* et *Humbertum* de *Juueni* aduocatum, ciues *mogunt.*, manusideles suos elegit. Actum dominica inuocauit a. d. M.CC.XCIX, presentibus *Thilmanno* de *Juueni* sententiam dante, *Petro* fratre suo, *Reynoldo* de *aurea oue*, *Johanne* de *Rana*, *Humberto* de *Juueni* aduocato, *Herboldo* de *pinu*, *Dyzone* de *cigno*, *Erlekino* de *Bruxella*, *Anzone* de *Blasehoue*, *Ortlibo* de *Moro* et *Heinrico* fratre suo, ciuibus *maguntinis*. Ego quoque *Jacobus* judex supradictus premissa coram me rite fuisse peracta ad requisicionem *H.* de *Lybesberg*, camerarii *maguntini*, vna cum supradictis ciuibus postmodum in judicio publicaui, presentibus *Johanne*, *Craftone* et *Volgmaro*, judicibus, *Jacobo* de *pomerio*, *Frilone* dicto zum *Yselwecke*, *Cunrado* de *Romano*, *Manzone* filio *H.* scultheti, *Wikenando zum Appinheimere*, *Herboldo de pinu*, *Thulmanno* de *Rosindail*, *Emerchone de macula*, *Cunrado* de *cacuba* et *Haftone*, aduocatis, *Herlwino*, *G. dicto Vellewagin* et *Volrado*, budellis, ciuibus *moguntinis*.*)

A. d. M.CCC, sabb. p. conuers. b. Pauli apost. prox.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

---

*) 1327 (6. Jan.) verkünden die Mainzer Richter auf Ansuchen des Klosters Erbach den dritten Bann über die dem letzteren zugehörigen Zinsen „super curia *zum knoppe* ex opposito domus fratrum *minorum* sita, item super fundo et area domus dicte *Lutzenloch* ex opposito ecclesie *s. Marie ad gradus* site,

№ 590.

1300 (3. Febr.). *Eberwinus* dei gracia electus et confirmatus *wormat.* ad noticiam omnium volumus peruenire, quod *Heinricus* camerarius noster miles et *Hedewigis* sua legitima pro suarum et parentum suorum animarum remedio beneficium ad altare s. *Oswaldi* martiris, quod est in parrochia s. *Lamperti,* instituerunt, conferendum per decanum ecclesie s. *Martini wormat.* sacerdoti ydoneo et honesto, qui missam ad dictum altare cottidie tenebitur celebrare, statuentes, quod si decanus infra quindenam, postquam dictum beneficium vacauerit, non contulerit, ipso facto iure presentandi sit priuatus et collacio ad capitulum dicte ecclesie deuoluetur, sed si infra mensem proximo sequentem capitulum non contulerit, collacio ad seniorem heredem masculum dictorum coniugum deuoluetur.

Dat. a. d. M.CCC, crast. purif. b. Marie virg.

(Das Siegel der Aussteller fehlt, das des Martinsstifts in Worms hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 591.

1300 (10. März). Nouerint vniuersi, quod nos *C.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie de gradibus magunt.* bona nostra sita in terminis ville *Lubenheim,* videlicet vi. jugera, i. juger cum dimidio jugero terre arabilis penes x. jugera monachorum *erbacensium,* item iii. jugera terre arabilis inferius penes iii. jugera ecclesie nostre predicte, tendencia osse *Badinheimre straze,* item i. juger cum dimidio jugero vinearum penes ii. jugera uinearum

---

item super curia iuxta *altam domum* in *Selhouia* sita, item super domo lignea et tribus domunculis et orto ad eandem domum pertinentibus in *longo vico* apud locum, qui dicitur *kalghoben,* sitis."

Digitized by Google

monachorum *erbacensium, Friderico* et vxori eius *Cristine* et *Basilio* filio eorundem locauimus ad tempora vite sue, ita, quod de eisdem bonis nobis xx. solidos colon. singulis annis nomine census in festo b. Martini episcopi hyemali persoluere teneantur, iidem eciam predictis bonis fidelem et diligentem culturam inpendere promiserunt.

Dat. a. d. M.CCC, vi. idus marcii.

(Das Siegel der Aussteller hängt nur noch zur Hälfte an.) Orig.

№ 592.

1300 (23. März). Nos *Gerhardus* s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. omnes indulgencias a patriarchys, archyepiscopis et episcopis pro fabrica ecclesie s. *Johannis maguntine* et alias cum deuocione sequentibus custodem ibidem seu eius vicarium corpus Christi deferentem donatas et donandas, ratas et gratas habentes, ipsis indulgenciis per nostram ciuitatem et dyocesin nostrum adhibemus consensum, nos eciam omnibus vere penitentibus, qui eidem fabrice manum porrexerint adiutricem, xl. dierum indulgencias de iniuncta eis penitencia relaxamus.*)

Dat. a. d. M.CCC, x. kalendas aprilis.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

№ 593.

1300 (7. April). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod coram nobis in figura judicii constituti *Heinricus* dictus *Cloc* et *Casula* de *Nerstein*, coniuges, recognouerunt, se propter eorum vtilitatem euidentem et

*) 1301 (19. Aug.) gibt „frater *Angelus nepisinus* episcopus" der Johanniskirche eine gleiche Indulgenz. Dat. *Maguncie.* (Das Siegel ist abgeschnitten.)

Digitized by Google

necessitatem vrgentem *Gerhardo* cantori ecclesie s. *Stephani maguntine* xx. maldrorum siliginis, magunt. mensure, annuos redditus vendidisse pro lxxv. libris hallensium, et suo et heredum suorum nomine promiserunt predicto *Gerhardo* pensionem predictam soluere ac *Magunciam* presentare ad litus *Reni* suis periculis, laboribus et expensis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa. Ad maiorem quoque certitudinem solucionis huiusmodi pensionis eidem *Gerhardo* bona sua infrascripta, quorum situm talem esse dicebant, i. iuger iuxta *Gerlacum* de *Hohenstraszen,* item in campo *Nacheim* ii. iugera iuxta *Gelferadum* militem, item in eodem campo v. quartalia iuxta dictum *Strube* militem, item in campo *Nerstein* i. iuger et dimidium iuxta bona hospitalis in *Oppenheim,* item iii. iugera iuxta iuger ecclesie in *Rodebach*, item ix. quartalia contigua dictis tribus iugeribus, item i. iuger iuxta iuger ecclesie s. *Martini,* item i. iuger cum dimidio iuxta *Jacobum* dictum *Rinc*, item v. quartalia iuxta *Albrandum*, item i. iuger iuxta dictum *Flesche,* item duale iuxta *Philippum* scultetum, item i. iuger cum dimidio iuxta *Fridericum* de *Hohenstraszen,* item i. iuger iuxta eundem *Fridericum*, item i. iuger iuxta *Albrandum,* item ii. iugera iuxta *Volzonem* dictum *Kirchdorfere,* item i. iuger cum dimidio in *Crumbegewande* iuxta *Godefridum* dictum *Fedère,* item vi. iugera iuxta dominam dictam *Gotzen*, item in campo *Rodebach* iuxta iuger ecclesie *Rodebach* ii. iugera, item duale iuxta dictum *Flesche,* item xv. iugera iuxta *Gelferadum* de *Nacheim* militem, item ii. iugera in *Engilburne,* item ii. iugera cum dimidio sub arbore iuxta *Volzonem* dictum *Kirchdorfere*, item v. quartalia iuxta carnificem dictum *Kysil,* titulo pignoris obligarunt, sibique in nostra presencia resignarunt atque ab ipso pariter receperunt bona huiusmodi sub hac forma, quod ipsa bona manere debent semper penitus indiuisa et ad vnum tantummodo

Digitized by Google

heredem eorum deuolui ac in debita cultura teneri, quod si contra premissa dicti coniuges fecerint, mox ipso facto cadent ab omni iure, quod eis in dictis bonis competebat, et ipsa bona ad prefatum *Gerhardum* uel heredes ipsius deuoluentur. Ceterum resignacionem predictorum bonorum confessi fuerunt se coram sculteto, scabinis et vniuersitate ville *Nerstein* sollempniter peregisse, presentibus *Philippo* sculteto milite dicto *Fulleschuszele*, *Friderico* dicto *Cornechen* et dicto *Flugil*, *Johanne* et *Gelferado* de *Nacheim*, *Jacobo* dicto *Moude* et *Conrado* de *Suntheim*, militibus, *Herbordo* dicto *Bechstein*, scabinis de *Nerstein*, *Gozone* dicto *Vedere*, *Heinrico* dicto *Kelrehals*, *Philmanno* dicto *Vetche*, *Wernhero* dicto *Kenzelin* et *Gerhardo* dicto *Suab*. Que omnia supradicta predicti coniuges promiserunt prefato *Gerhardo* rata et firma habere et non contrafacere aliqua arte uel ingenio, quod si contra premissa per eos factum fuerit et propter hoc predictum *Gerhardum* aut heredes ipsius expensas, dampna et interesse quocunque modo contigerit sustinere, promiserunt dicti coniuges prefato *Gerhardo* expensas, sibi dampna et interesse huiusmodi soluere et resartire.

Act. *Maguntie* a. d. M.CCC, die vii. intrante mense aprili, indict. xiii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe abgefallen.) Orig.

№ 594.

1300 (12. Mai). Uniuersis innotescat, quod ego *Liebmudis*, relicta quondam *Jacobi* militis de *Armesheim*, collacionem ad me pertinentem cuiusdam beneficii pertinentis ad ecclesiam cenobii s. *Agnetis* in *Maguncia*, quod iam obtinet *Philippus* sacerdos, confero pro remedio anime mee in potestatem abbatisse et conuentus cenobii memorati. Presentibus *Arnoldo* custode monasterii s. *Jacobi* extra

muros *mogunt.* et *Philippo* sacerdote predicto et *Folzone* filio sororis predictorum.

Dat. a. d. M.CCC, iiii. idus maii.

(Das Siegel Jakobs, Schulmeisters der Marienkirche zu den Greden in Mainz, hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 595.

1300 (16. Juni). Uniuersis sit manifestum, quod *Cunradus* dictus *Kleyber* et *Metza* vxor sua, ciues *mogunt.*, coram *Johanne* dicto de *Clemanno,* seculari judice *mogunt.,* constituti post vtriusque ipsorum obitum domum suam dictam *zume Stigele*, necnon vniuersa domus sue vtensilia legauerunt abbati et conuentui monasterii in *Erbach* pro animarum suarum remedio, dicti quoque coniuges sub cautione judiciaria, que *Borgen* wlgariter dicitur, se astrinxerunt, quod predictam legacionem ratam teneant.

Actum presentibus *Jacobo* judice, *Heinrico* de *antiquo Sweuo* sententiam proferente, *Syfrido* de *Lichtenstein*, *Thudemanno* in *curia puellarum, Herbordo* de *Agno*, *Arnoldo* de *Nodo, Nycolao* dicto *zur sumerwonne, Hernido, Paulo Hemmenrodere*, *Eberhardo* genero *Dyzonis* de *Cigno, Hermanno* filio *Ger.* gladiatoris et *Judelmo,* ciuibus *moguntinis,* a. d. M.CCC, ante januam *maioris* ecclesie versus apothecam quondam *Cunradi Rufi* apothecarii, ipso die Aurei et Justine.

(Das Siegel des vorgen. Richters Cleeman hängt unverſehrt an.) Orig.

№ 596.

1300 (21. Juli). Judices *wormacienses* profitemur, quod in nostra constituti presencia *Heinricus* dictus *Dyno* et *Paulina* uxor eius, ciues *wormat.*, recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.*

Digitized by

iii. librarum den. wormat. redditus super curia ipsorum, quam inhabitant, sita ex opposito ecclesie s. *Pauli* predicte.

Dat. et act. a. d. M.CCC, in vig. b. Marie Magdalene, presentibus decano, scolastico, *Wernzemanno Amelle, Heinrico* dicto *Span* cantore *nuhusense,* canonico ecclesie predicte, *Heilmanno Judei, Johanne Drukindi,* ciuibus, *Eckehardo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 597.

1300 (28. Dec.). J. n. d. a. Nos frater *Johannes* abbas, totusque conuentus monasterii in *Eberbach* recognoscimus, quod cum nostrum monasterium diuersis fuisset oppressum notorie oneribus debitorum, quorum solutioni, ne exinde caderet, modis omnibus nos intendere oportebit, nos sepius conuenientes in vnum et habitis inter nos multis deliberacionibus super huiusmodi debitis releuandis, tandem cum nulla bona mobilia, que possemus vendere, ipsius monasterii haberentur, magisque nobis expediret pre ceteris bonis eiusdem monasterii bona vendere infrascripta cum non inueniretur, volens ea secundum viam iuris recipere pignori propter dicti monasterii nostri necessitatem urgentem et vtilitatem euidentem, decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* ementibus et recipientibus pro se et dicta ecclesia sua omnia bona nostra sita in villa *Wiszenowe* bonis attinentibus curie nostre site in *Lubenheim* et ii. agris terre arabilis, videlicet i. iugere sito infra predictam villam *Wiszenowe* et villam *Lubenheim* apud agrum *Gyseleri* filii *Ludewici* piscatoris de *Wiszenowe* ex vna parte et apud agrum altaris s. *Caterine* in ecclesia s. *Marie ad gradus maguntin.* constrictum ex parte altera, necnon i. duali sito infra montem s. *Victoris* extra

Digitized by Google

muros *maguntinos* predicti et monasterium s. *Albani* extra muros eosdem ex parte vna iuxta *Gotschalcum* de *longa curia,* ciuem *maguntinum,* et ex altera parte iuxta relictam quondam *Heinrici* de *curia s. Galli* in *Maguntia* duntaxat exceptis, cum omnibus iuribus, libertatibus et pertinenciis suis, quibus dictum nostrum monasterium ea tenuit, vendidimus pro cxlv. marcis et v. solidis denariorum colon. *Mayuntie* legalium, cum a nullo alio emptore plus possemus habere, quam pecuniam confitemur a dictis emptoribus traditam esse ad manus creditorum nostrorum in solutionem debitorum antea in vtilitatem nostri monasterii conuersorum, renunciantes eisdem bona omnia supra dicta ac confitentes nos eadem bona ipsis in seculari iudicio loci, in quo sita sunt dicta bona, iuxta ipsius loci ius et consuetudinem resignasse.

Act. a. nativ. dom. M.CCC, in die b. innocentum.

(Das Siegel des Abtes zu Eberbach hängt trefflich erhalten an grün seidner Schnur an.) Orig.

№ 598.

1301 (18. Jan.). Tenore presencium innotescat, quod *Heinricus* sculthetus *mogunt.* coram *Volgmaro* seculari judice *moguntino* constitutus vendidit et communicata manu vxoris sue *Trudlindis* resignauit domum quandam dictam *zume Lebarte* prope curiam dictam *ad sporcam, Moguncie* sitam, abbati et conuentui monasterii *eberbacensis.* Actum presentibus *Johanne longo* predicti monasterii mundiburdo, *Emerchone Nuwentor, Heilmanno* dicto *Rodere, Cunrado zume Halbenhuz, Hannemanno Mugke* et *E.* filio suo, carnificibus de inferioribus macellis, ciuibus *mogunt.* a. d. M.CCC, fer. iv. p. fest. b. Lucie virg. prox. Dicti quoque judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta ad requisicionem *H.* sculteti *mogunt.* judicio in

Digitized by Google

celebracione reipublice tunc loco *H.* de *Lybesborg,* camerarii *mogunt.,* qui in expeditione contra nobilem virum *Vl.* de *Hainowe* in opido *Seligenstad* ex parte *Ger.* archiepiscopi *mogunt.* jacuit, judicio presidentis, postmodum sub juramentis ipsorum publice recitarunt, presentibus *Johanne* et *Volgmaro,* judicibus, *E.* de *Macula*, *C.* de *Cacuba, C. Haft, Johanne longo,* scabinis, *G. Vellewagin, C. Kregenberger, Volrado, Cristiano*, *H. Langenase, H. Pilleario* et .... dicto *Mudiz,* ciuibus *mogunt.*

A. d. M.CCC.I, fer. iv. p. oct. Epiphanie dom., continuata in fer. ii. p. dictam oct. prox.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 599.

1301 (26. Jan.). Judices *wormat.* profitemur, quod *Heydewigis,* ancilla quondam *C.,* plebani s. *Lamperti wormat.*, constituta coram nobis donauit maldrum trilici perpetui redditus dominis ecclesie s. *Martini wormat.* super domo sua censuali domine .... dicte *ad stegum* sita ante *nouam portam* versus *Nuhusam.**)

Act. a. d. M.CCC.I, crast. conv. s. Pauli apost., presentibus magistro *C.* cantore s. *Petri mogunt.* et *Wernzemanno* canonico s. *Pauli wormat.*

(Das Siegel ist sehr beschädigt.) Orig.

---

*) 1316 (9. März) verkauft der Wormser Bürger „*Johannes*, filius quondam *Volzonis super ripa*, annuum censum xxxi. sol. hall. super domibus ac orto ante portam dictam *noiwe portte*, quibus domina dicta *Hylinackern* inhabitat, *Cunrado Clemanni* prebendario ecclesie *wormat.* pro xxiii. lib. hall.“ (Das Siegel des Officials fehlt.)

1336 (7. Nov.) gibt Adelheid, die Wittwe Conrads gen. zum Abte, Bürgers in Worms, zu ihres Sohnes „quondam magistri *Conradi* phisici“ Seelenheil einen Zins von 1 Mltr. Korns auf ihrem Hofe und Garten vor der neuen Pforte außerhalb Worms. (Das Siegel der Wormser Richter hängt unbeschädigt an.)

Digitized by Google

№ 600.

1301 (1. Febr.). Judices *wormat.* profitemur, quod *Cunradus* dictus *Primmere,* magister hospitalis ante nouam portam, est confessus *Nicolaum* de *Hocheim* quondam ciuem *wormat.* persoluisse xx. vncias hallens. perpetui census super curia quondam *Rukelini* militis, sita retro conuentum *Gudelmanni* iuxta s. *Stephanum,* pro xxx. libris hallens., hac condicione, quod dictus *Cunradus* vel qui pro tempore magister hospitalis fuerit, x. solidos hallens. de predictis dabit pro carbonibus ad refocillendos pauperes infirmos et ad eorum uestimenta excucienda et auermibus emundanda, cum reliquis uero xiv. vnciis debet oleum comparari ad perpetuum nocturnum lumen, quod ardebit in posteriori hospitali, vbi semper infirmiores deponuntur, iuxta coquinam. Preterea antedictus *Nicolaus* ordinauit, quod magister hospitalis pro tempore singulis annis tenebitur dare in vigilia Mathei apostoli pro testamento eiusdem Nicolai ii. solidos hallens. de bonis hospitalis sacerdotibus ibidem celebrantibus. In cuius rei testimonium presentem literam sigillo curie *wormat.* vna cum sigillis prouisorum dicti hospitalis, videlicet *Johannis* de *Wizenburg* decani, *Arnoldi* de *Schonenburg,* canonici ecclesie *wormat.* et *Jacobi Eberzonis* consulis *wormat.* dedimus communita.

Dat. a. d. M.CCC.I, in vig. purif. s. Marie virg.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 601.

1301 (27. Febr.). Nos *Wal.* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani magunt.* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Cunradus* vitrator et *Elizabeth* vxor sua recognouerunt, se vendidisse *Gerlaco* vicario ecclesie s. *Johannis magunt.* maiorem domum de

Digitized by Google

duabus domibus suis sub vno tecto in emunitate ecclesie nostre in noua ciuitate sitam iuxta fontem ex opposito *Emerchonis* dicti *Crasse,* ita, quod ipse *Ger.* et coniuges predicti singulis annis fertonem colon. den. de ambabus domibus ecclesie nostre census nomine presentabunt, in festo videlicet b. Martini xviii. colon. et in festo b. Walpurgis totidem.

Dat. a. d. M.CCC.I, iii. kalendas marcii.

(Das Siegel des obg. Vicars Gerhard hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 602.

1301 (26. März). Consules et vniuersi ciues *wormat.* constare volumus, quod constituti in presencia nostra *Albertus* dictus *Wendepenning, Petrus, Jacobus, Albertus, Katherina* et *Methildis,* pueri dicti *Alberti Wendepening,* nostri conciues, recognouerunt, se censum iii. librarum et x. solidorum hallensium super domo dicta *ad cornu Nicolao* de *Spira,* nato domine .... dicte *ad gygantem* vendidisse pro lxx. libris hallens. ita, quod census, qui domino *Gerhardo* camerario de dicta domo debetur, scilicet xx. vncias hallens., sint principales.*)

Dat. sub magistro nostro *Heilmanno Holtmundi* a. d. M.CCC.I, die palmarum.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

---

*) 1302 (25. Mai) verkauft der obg. Nicolaus von Speyer diesen Zins an „*Bertholdo inter gades*, nostro conciui, dat. sub magistro nostro *Emerchone* ad *Rinecke.*“ (Das Siegel der Stadt Worms hängt gut erhalten an.)

1304 (5. Juni) verkauft Margarethe, die Tochter Peters Bock und Wittwe des vorg. Berthold, den obigen Zins dem Martinsstifte in Worms für 66½ Pfund Heller, indem sie zu Bürgen setzt „*Petrum Bock* et *Bertzonem* filiastrum suum, ciues *wormat.*, ac *Emerchonem* dictum *Bock* prebendarium ecclesie

№ 603.

1301 (17. Mai). Tenore presencium omnibus innotescat, quod cum *Herbordus* dictus *Karpe* ire potuit atque stare et *Metza* vxor sua, ciues *mogunt.*, de bonis suis ordinacionem facientes, idem *Herbordus,* predicte vxoris sue accedente consensu, *Gudele* filie sue, in *Dalin* moniali, ix. vnciarum den. mogunt. redditus annuos ad subsidium librorum, ad vite sue terminum duntaxat, de domibus juxta curiam *ad quercum* post suum obitum contulit et legauit. Actum coram *Johanne* et *Craftone,* judicibus secularibus *mogunt.*, presentibus *Petro* de *Juueni*, *Reynoldo* eius genere, *Jacobo* de *Pomerio*, *Frilone, Jacobo Mengoti, Petro* eius fratre, *Tulmanno* de *Rosindal, Cunrado* dicto *Reiz*, *R.* de *Spigelberg* et *C.* dicto *Plegehar,* ciuibus *mogunt.*, a. d. M.CC.XCVIII, fer. iv. prox. a. convers. b. Pauli apost. Dicti quoque judices atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta ad requisitionem *H.* scultheti *mogunt.* postmodum publice resignarunt, presentibus *Jacobo* et *Volgmaro,* judicibus, *Johanne*, *C.* de *Cacuba* et *Huftone,* scabinis, *G. Vellewagin*, *C. Kregenberger, Volrado* et *Cristiano*, budellis, ciuibus *magunt.*

A. d. M.CCC.I, fer. iv. prox. p. domin. exaudi.

(Die Siegel hängen ſehr beſchädigt an.) Orig.

№ 604.

1301 (30. Mai). Uniuersis pateat, quod nos *Heinricus* dictus de *Rokenberg* cantor ecclesie s. *Johannis*

---

s. *Pauli wormat.*, presentibus *Wilhelmo* decano ecclesie s. *Martini* predicti, *Baltzone, Jacobo, Wilhelmo* et *Eckehardo,* prebendariis ibidem, *Johanne* camerario militi, magistro *Friderico* aduocato.“ (Das Siegel der Mainzer Richter hängt an.)

Digitized by Google

magumtine recognoscimus, quod nos a. d. M.CC.XCIX, iv. kal. julii, sanus mente et corpore constitutus, altari b. Albani et omnium sanctorum per nos de nouo in ecclesia nostra predicta de consensu decani et capituli eiusdem ecclesie constructo, ad collacionem cantoris, qui pro tempore in dicta ecclesia nostra fuerit, pertinens, perpetuos xxxvi. maldrorum siliginis et xiii. denariorum colon. redditus, necnon annuum censum ix. solidorum colon. denariorum coram aduocato et scabinis de *Parthenheim* et aliis quam plurimis hominibus fidedignis ibidem in iudicio constitutis donauimus et adhuc presentibus conferimus, ipsum altare predictum dotantes redditibus et censu predictis, et de eis duximus taliter ordinandum, quod *Heinricus* de *Sobernheim* presbiter, cui altare contulimus memoratum et quicunque pro tempore sibi successerint in eodem predictos redditus siliginis et xiii. denariorum colon., quarum pensionum xxxiv. maldra cum xiii. denariis supradictis de bonis nostris locatis per nos *Wernhero* dicto *Bernere*, secundum instrumentum super hoc confectum, sitis in terminis ville *Parthenheim*, et duo maldra siliginis de duabus domibus sitis in villa predicta et duobus iugeribus, vno scilicet vinearum et altero terre arabilis, in quarum domorum vna morantur begine, que nominantur *des peineskint*, ad quam domum iuger vinearum situm *of slethe* pertinet, in altera vero domorum moratur *Franco* dictus *Gassilis*, ad quam iuger terre arabilis situm *of pale* pertinet supradictum, annis singulis solui debent, percipient et suis usibus applicabunt. Census autem ix. solidorum colon. prefatorum de domo sita *Maguncie, offeme ackere*, quam *Emercho* dictus *Bolendere* inhabitat, debitus ad luminaria altaris debet cedere supradicti. Porro prefatus *Heinricus* dicti altaris capellanus et quicunque pro tempore fuerint capellani eiusdem in eo missam dicent cottidie, et ecclesie s. *Johannis* predicti existentes vicarii eidem ecclesie tamquam alii vicarii ibidem

seruient in diuinis officiis peragendis et percepcione presenciarum ac omni iure et consuetudine, quibus alii vicarii ibidem gaudebunt, integraliter et complete, nec ad assistendum cantoris lateri, sicut in nostro ordinauimus testamento, erunt aliquatinus obligati, nos enim hoc de nostro testamento specialiter reuocamus.

Dat. a. d. M.CCC.I, penultimo die mensis maii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt ganz verwischt an, das des Johannisstifts fehlt.) Orig.

№ 605.

1301 (28. Juni). Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Theodoricus* dictus *Kyckil,* clericus, *Eckeberti* quondam braxatoris, ciuis *mogunt.*, filius, coram *Volgmaro,* seculari judice *maguntino,* constitutus, terciam partem in domo anteriori lignea dicta *zume Clockingizere*, necnon mediam partem vnius tercie partis sibi in domo lapidea predicte domus *zume Clockingizere* retrorsum sita competente et terciam partem curie ad ipsam medietatem tercie partis predicte domus pertinentem, singulas supradictas partes in prefatis domibus atque curia versus ecclesiam *maguntinam* maiorem in sui ordine proxime contigue ad domum *Johannis Rufi* et *Alheidis* de *Mechelen* situatas vendidit et per manum *Baldemari* militis de *Zalbach,* mundiburdi sui, resignauit de voluntate sua *Eberwino* fratri suo couterino mere optinendas. Actum presentibus *Hernido* de *Hocheim,* magistro *Syfrido* cantarorum fusore et *Echehardo* pilleatore, ciuibus *maguntinis*, a. d. M.CCC.I, fer. vi. prox. p. nativ. dom. Dictique judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta ad monicionem *H.* scultheti *mogunt.*, judicio loco *H.* de *Lybesberg,* camerarii *mogunt.*, qui in opido *Seligenstad* ex parte *Ger.* archiepiscopi *maguntini* in expeditione jacuit, presidentis,

Digitized by Google

postmodum publice recitarunt, presentibus *Johanne* et *Craflone*, judicibus, *C.* de *Cacuba*, *Johanne Longo* et *Haflone*, aduocatis, *G.* dicto *Veluan*, *Volrado*, *Christiano*, *H. Langenase*, ... dicto *Mudiz*, *Hertwino*, *C. Kregenbergere* et *H. pilleario*, budellis, ciuibus *magunt.* *)

A. d. M.CCC.I, fer. iv. prox. p. nat. b. Johannis bapt.

(Das Siegel des vorg. Richters Volkmar hängt sehr beschädigt an.)

Orig.

---

*) Im Jahre 1307 schenkt Johannes, Scholastiker zu St. Peter in Mainz, dem gen. Stifte „octo domos in curia dicta *zume Clockingizere* prope forum gentile iuxta curiam *Peregrini* dicti *Dragebuz Maguncie* sitas, preterea curiam suam dictam *zume Steinheimere* duobus capellanis suis in predicta ecclesia s. *Petri* institutis pariter inhabitandam, presentibus *Ph.* dicto *Swap* milite et *Emerchone*, judicibus secularibus *maguntinis*, *Heinrico*, *Nicolao*, *Jacobo* et *Nicolao*, aduocatis, *Hertwino*, *Christiano*, *Beumundo*, *Anzone*, *Heinrico* dicto *Langenase* et .... dicto *Mudiz*, budellis, ciuibus *maguntinis*.“ (Die Siegel hängen beschädigt an.)

1310 (24. Nov.) verleiht „*Katherina* filia quondam *Erwini*, filii *Eckehardi Clockengizere*, ciuis *mogunt.*, duplam partem quinte partis domus *zume Clockengizere* diuise per parietem versus ecclesiam *moguntinam* sitam, ad ipsam ex obitu patris sui *Erwini* predicti hereditarie deuolutam, cum census onere de viii. solidis den. col., *Eberhardo* dicto *Goldelin*, ciui *mogunt.* jure hereditario.“ (Die Siegel sind abgefallen.)

1315 (15. Jan.) verkünden Heinrich von Rodenstein, Cämmerer, Crafto Schultheiß, Emercho, Nikolaus und Salmann, weltliche Richter zu Mainz, den dritten Bann „super media parte domus anterioris *Zume Clockingizere* versus ecclesiam maiorem super *Lichof Moguncie* sita“, welchen „*Engilmannus* dictus *de aurea libra*“ nachgesucht. (Die Siegel hängen wohl erhalten an.)

1339 (24. Sept.) verleiht das Peterstift zu Mainz an Johann gen. von Merzheim, Procurator in Mainz, seine Gattin Agnes und seinen Kindern erblich „duas domus ipsorum in ciuitate *moguntina* sitas, domui dicte *zume Glockengyssere* site

№ 606.

1301 (6. Juli). Consules et vniuersi ciues *wormat.* constare volumus, quod constituti in presencia nostra decanus et capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* et *Heilmannus Holtmundi* noster conciuis recognouerunt, concambium fecisse in i. libra den. wormat. perpetui census, scilicet quod illa libra, quam predictus *Heilmannus* habuit super curia *Nicolai Dymari* sita in vico panis, debet esse dominorum ecclesie s. Andree predicte, et illa libra, quam predicti decanus et capitulum habuerunt super domo *Gotscheline* sita in vico s. *Petri,* debet esse *Heilmanni Holtmundi.*

Dat. a. d. M.CCC.I, in octava apost. Petri et Pauli.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 607.

1301 (11. Juli). I. n. d. a. Nos *Elizabeth* abbatissa, totusque conuentus monasterii in *Engeldal* apud villam *Ingelnheim,* ordinis cisterciensis, *magunt.* diocesis, notum facimus, quod particulam decime ville *Hilbersheim*, quam nobis *Billungus* miles de *Ingelnheim* pro anime sue remedio obtulit, cum omnibus pertinenciis suis *C.* decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* pro annua pensione ii. maldrorum siliginis, pinguensis mensure, locauimus, quam pensionem iidem religiosi annis singulis

---

apud forum gentile in *Maguncia* contiguas, quarum vna in aspectu anteriori se distendit et protendit uersus locum dictum *valwengrube* situm ibidem apud forum gentile, alia vero retro contigua eidem distendit et protendit in aspectu versus et ad viam seu stratam dictam *gotgasze* ibidem in *Moguncia.*" (Das Siegel der Mainzer geistlichen Richter ist abgerissen.)

Digitized by Google

infra assumpcionis et natiuitatis b. virginis duo festa suis periculis, laboribus et expensis ad nostrum monasterium presentabunt.

Dat. et act. a. d. M.CCC.I, v. idus julii.

(Die Siegel der Ausſteller hängen ſehr beſchädigt an.) Orig.

№ 608.

1301 (24. Juli). Judices *wormat.* Recognoscimus, quod *Johannes* de *Wizenburg* decanus et capitulum ecclesie *wormat.* coram nobis constituti *Metzam,* relictam quondam *Ludewici* dicti *Nuldir* ac *Rudegerum* eius filiastrum, ciues *wormat.*, et ipsorum heredes super iure hereditario hospitalis veteris siti iuxta parrochiam s. *Johannis wormat.* et domorum sibi contiguarum, videlicet domus, quam *Conradus* de *Laudenburg,* notarius curie *wormat.,* possidet et inhabitat, pro censu annuo iii. librarum hallens., item domorum *Adele* vidue *wormat.,* de quibus soluuntur xxii. vncie hallens., item domorum *Nicolai* de s. *Laurencio* nostre ecclesie prebendarii, de quibus soluuntur ii. libre hallens., preterea domorum ipsius *Metze* predicte, quarum partem ipsa inhabitat et aliam partem, quam comparauit pro magistro *Theodorico Rasore*, de quibus duabus partibus ipsius hospitalis iv. libre hallens. dantur, instituerunt et ut institutos recognouerunt eo iure heredes, quo dictus magister *Theodoricus Rasor* et *Katerina,* coniuges, gaudebant super domibus jam premissis et ideo censum supradictum de predictis domibus dicta *Metza* vel sui heredes, prout consuetudinis est et moris, duobus terminis, videlicet Remigii ac Georgii, singulis annis in perpetuum soluere et assignare decano et capitulo predictis tenebuntur.

Act. s. h. presentibus *Siffrido* de s. *Laurencio* prebendario ecclesie *wormat.*, *Siffrido* socio plebani s. *Johannis*, *Emerchone* dicto *Ammelman*, *Bertoldo* mer-

Digitized by Google

catore, *Gozelino* clerico, *Wernhero* dicto *Geltphrat*, *Berzone Lyce* ac *Nicolao* dicto *Crispeln*, a. d. M.CCC.I, fer. ii. a. Nazarii.

(Das Siegel hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 609.

1301 (6. Sept.). *Eberwinus* dei gracia episcopus *wormaciensis*. Uniuersis Christi fidelibus salutem. Quoniam etc. cupientes igitur, vt capella s. *Siluestri* in *Wormacia* congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus, qui ad ipsam capellam in festiuitate ipsius s. Siluestri, in dedicacione eiusdem capelle, in festiuitatibus natiuitatis domini, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in festiuitatibus s. crucis, in singulis festiuitatibus b. Marie virginis, necnon in festiuitatibus b. Michaelis archangeli, Johannis baptiste, omnium apostolorum, Stephani et Laurencii martirum, Nicolai, Martini confessorum et b. Katherine et Margarete virginum ac per octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes causa deuocionis et oracionis accesserint vel qui ad reparamenta luminaria et ornamenta dicte capelle manus porrexerint adiutrices, xl. dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus.*)

Dat. *Wormacie* a. d. M.CCC.I, viii. idus septembris.

(Das bischöfliche Siegel ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 610.

1301 (23. Oct.). Ego *Volzo* dictus de *longa curia*, canonicus ecclesie *Marie ad gradus magunt.* recognos-

---

*) 1303 (15. Febr.) Gleiche Indulgenz von dem Bischofe Emicho von Freisingen. Dat. *Wormacie.* (Das Siegel hängt zerbrochen an.)

1311 (6. Mai) Gleiche Indulgenz von dem Bischofe Emmerich von Worms. Dat. *Wormacie.* (Das Siegel hängt wohl erhalten an.)

Digitized by Google

cimus, quod *Getza* quondam soror mea, relicta quondam *Heinrici* dicti de *Linthenberg*, ciuis *magunt.*, quosdam redditus censuales, videlicet v. sol. colon. den. cum dimidio, qui eidem *Getze* singulis annis de quadam domo sita in *Selhovia* ex opposito parrochie s. *Ignacii* in *Maguncia* apud estuarium ibidem nouiter constructum dabuntur, abbatisse et conuentui monaterii s. *Agnetis* in *Maguncia* in remedium anime sue, mariti sui, ceterorumque amicorum suorum donauit et eosdem in iudicio seculari predictis religiosis resignauit sub caucione, que in wlgari *borgen* dicitur.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CCC.I, x. kalendas nouembris.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgerissen.) Orig.

№ 611.

1302. Uniuersis frater *Johannes* abbas cistercii, totumque capitulum generale salutem. Noueritis, quod a. d. M.CC.XCIII. hec definicio facta fuit in capitulo generali pro bono pacis reformanda inter nostrum ordinem et abbatissam et moniales monasterii de *Nunnenmunster*, generale capitulum easdem incorporat ordini nostro se nondum incorporata extitit dictarum monalium abbacia, filiacionem vero eius transfert in abbatem *Clareuallis*, sique vero sentencie late sunt contra ipsas per dictum capitulum vel per alium quemcunque, predictus abbas *Clareuallis* reuocet prout viderit expedire.

Dat. a. d. M.CCC.II, tempore capituli generalis.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 612.

1302 (8. Febr.). Vniuersis sit manifestum, quod *Engilmannus* institor et *Petrissa* vxor sua, ciues *magunt.*,

Digitized by Google

coram *Johanne, Craftone* et *Volgmaro,* judicibus secularibus *maguntinis*, constituti, terciam partem eis in domo siue domibus atque curia inter .... plebani de s. *cruce* atque magistri *Hennekini Rufi* sutoris domos versus *Lichof* retro pomerium celarii ecclesie *magunt.* sitis competente dederunt *Heinrico* maiori celerario, *Heinrico* quondam *Walpodonis* et *Gobeloni* de *Rudinsheim,* fratribus et sindicis monasterii *eberbacensis*, dicti quoque tres fratres nomine predicti monasterii predictas domos atque curias prefatis coniugibus locauerunt ad vtriusque ipsorum vite tempora pro xv. solidis denar. colon., dictique fratres siue monasterii conuentus predicti *Engilmanni, Petrisse* et *Johannis,* quondam ipsius *Petrisse* mariti, dies obitus in festo annunciacionis b. Marie virginis cum xv. solidis in piscibus conuentui ministrandis peragere tenebuntur.

Actum presentibus *Herboldo* de *pinu*, *Emerchone* quondam *Heinrici Walpodonis* filio, *Wikenando zum Appinheimere, Cunrado* aurifabro, *Jacobo* de *Hemmenrode, Jacobo zum Wetflere, Gerhardo* fratre fabri, *Manzone* filio scultheti et *Petro* de *Juueni,* ciuibus *maguntinis*, a. d. M.CCC.II, fer. v. prox. p. f. b. Agathe virg.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 613.

1302 (2. März). *E.* dei gracia episcopus *wormaciensis* etc. Hinc est, quod cum decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* suis peticionibus insinuare curarunt, quod licet alie ecclesie *wormat.* pro conseruacione ac reparacione structure fabrice ecclesiastice ac officinarum ecclesie eorum adherencium certas prebendas obtineant propter hoc eis deputatas, sola tamen eorum ecclesia huiusmodi commodo ac prouisioni necessarie omnino careat et penitus sit orbata, propter quod nobis supplicarunt, qualinus

Digitized by Google

eis et eorum ecclesie ex officio nostri debito prouidere dignaremur, idcirco vnam prebendam cum prouentibus suis integre, exceptis duntaxat presencia chori, in specie videlicet prebendam *Reinmari*, qui dicitur *Ruppe*, cum primum eam vacare contigerit, fabrice s. *Pauli* subicimus, assignamus et deputamus, adeo, quod ex nunc in antea prouentus ipsius deputentur.

Dat. a. d. M.CCC.II, fer. vi. p. domin. exurge.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 614.

1302 (11. Juli). Tenore presencium innotescat, quod *Heilmannus* dictus de *Flore*, ciuis *magunt.*, domum dictam *de flore* anteriorem maiorem cum celario et cloaca retrorsum adiacente ante et retro in *Greuengazzen* ante domum *Winisberg* sitam, de cuius fundo xxxii. den. colon. capitulo ecclesie b. *Johannis magunt.* annuatim in festo natiuitatis domini pro media parte et pro reliqua media parte in festo nativitatis b. Johannis baptiste soluendi sunt, *Elizabeth* relicte quondam *Alberti* institoris *Rufi*, ciui *magunt.*, tradidit. Dictus quoque *Heinricus* prefate *Elizabeth* constituit *Johannem* et *Heinricum* de *Silberberg*, fratres, institores, fideiussores, pro recta warandia facienda. Actum coram *Volgmaro* judice, presentibus *Jo.* de *Aquila*, *Thudem.* de *curia puellarum*, *Herbordo* cultellifabro, *Th. an der Ambach* et eius fratre ac *Nicolao* fratre *Th.* de *Latheran*, ciuibus *magunt.*, a. d. M.CCC.II, sabb. p. fest. b. Walpurgis. Dicti quoque judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta, ad requisitionem *Ph.* scultheti *magunt.* judicio presidentis, postmodum recitarunt, presentibus *Ja.*, *Jo.* et *C.* judicibus, *C.* de *Cacuba*, *Johanne Longo* et *Haftone*, aduocatis, *G.*

Digitized by Google

Veluan, Volrado, Hertwino, H. Langenase, Cristiano et *H.* pilleario, budellis, ciuibus *magunt.*

A. d. M.CCC.II, fer. iv. prox. p. f. b. Kyliani, quando respublica agebatur.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

№ 615.

1302 (9. Auguſt). Nos *Johannes,* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis magunt.* recognoscimus, quod nos domum ecclesie nostre sitam apud estuarium *dictum zu odeberen muren* in *Maguncia,* quam domum *Benigna,* uxor *Jacobi* lapicide, cum a nostra ecclesia vna cum matre sua *Guda* bone memorie ad tempora vite sue pro annuo censu possidebat, et deinde nobis eandem resignabat, ad altare, quod in nostra ecclesia in honore s. Albani et sanctorum omnium dedicatum existit, deputauimus et donamus sub condicionibus videlicet, quod predicti altaris vicarius de eadem domo nobis et ecclesie nostre singulis annis in festo b. Margarete virginis vi. sol. denar. colon. et vi. den. magunt. et deinde in octaua Epyphanie domini vi. sol. colon. et vi. den. magunt. soluat. *)

Dat. a. d. M.CCC.II, v. idus augusti.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beschädigt an.) Orig.

---

*) 1315 (26. Mai) ſchenkt Johannes, „pincerna“ des Domſtifts in Mainz, dem Kloſter Eberbach „domum suam in *Moguncia Bider Odebern muren* sitam“ gegen Verleihung eines Zinſes von 5 Pfund Heller. (Das Siegel iſt abgefallen.)

1320 (20. Mai) verleiht Ludwig von Limburg, Hofmeiſter des Eberbacher Hofes in Mainz, „per manum *Heinrici* dicti *Munich,* mundiburdi sui, coram *Nycolao,* seculari judice *moguntino,* domum vnam ipsi monasterio attinentem prope estuarium *odebermuren* in cono *mogunt.* sitam magistro *Johanni* aduocato sedis *moguntine* jure hereditario, presentibus

Digitized by Google

№ 616.

1302 (23. Auguſt). Nos *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Johannis magunt.* vniuersis volumus esse notum, quod nos propter onera debitorum et urgentes necessitates, quibus ecclesia nostra ex ustione, destructione curiarum suarum ac eciam propter spolia mobilium rerum suarum, necnon propter malum statum terre est grauiter onerata, vendidimus *Emerchoni* scolastico *maioris*, *Cunrado* decano s. *Marie ad gradus*, *Johanni* decano s. *Johannis*, ecclesiarum *magunt.* ac *Ebirzoni* prebendario ecclesie *magunt.*, necnon *Heinrico* vicario ecclesie nostre predicte, manufidelibus bone memorie *Heinrici* dicti de *Rokenberg*, quondam cantoris nostre ecclesie, x. maldra tritici annue pensionis de nostro granario soluende pro xxxii. marcis colon. den., iii. hallens. pro denario quolibet computatis.

Dat. et act. a. d. M.CCC.II, x. kalendas septembris.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.) Orig.

№ 617.

1302 (22. Sept.). Nos *Ger.* archiepiscopus *moguntinus* volumus, quod l. marce denariorum colon., que de ecclesia s. *Victoris* extra muros *moguntinos* racione subsidii nobis debentur, nobili matrone *Sophie* comitisse de *Zigenhain* nostro nomine assignentur ac decanum et capitulum ecclesie supradicte super protestacione et solucione dicte pecunie nobis facienda reddimus absolutos, postquam dicte matrone satisfecerint de pecunia supradicta.

Dat. a. d. M.CCC.II, x. kalendas octobris.

(Das erzbiſchöfliche Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Th. notario, *Eckehardo* et *Cunrado*, apothecariis, *Cunrado* oleario et *Herbordo* dicto *Crebiz*, ciuibus *mogunt.* (Das Siegel des Richters Nicolaus zum Jungen hängt gut erhalten an.)

№ 618.

1302 (30. Sept.). Judices *wormat.* Nouerint vniuersi, quod in nostra presencia constitutus ***Edelwinus,*** prebendarius ecclesie, resignauit omni modo et iure, quo melius valere potuit, domum suam sitam in vico dicto ***Glasecoph Wormacie*** ex opposito ***Conradi*** carpentarii dicti de ***Lindenuels, Baldemaro*** carpentario et ***Jutde,*** coniugibus, ciuibus *wormat.,* pro se et suis heredibus propter fidele seruicium, quod dicti coniuges ipsi ***Edelwino*** in graui infirmitate constituto et aliis seruiciis diuersis temporibus inpenderunt.

Act. s. h. presentibus ***Alberto*** vicario et prebendario in parrochia s. ***Johannis wormat., Alberto*** clerico ipsius ***Edelwini, Heilmanno*** clerico campanatore ecclesie *wormat., Wikelone* predicti ***Edelwini*** famulo, ***Conrado*** de ***Laudenburg*** nostre curie tabellione, a. d. M.CCC.II, die domin. p. domin. q. c. protector noster aspice deus.

(Das Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 619.

1302 (2. Oct.). Judices *wormat.* profitemur, quod in nostra presencia constituti ***Wernherus*** dictus ***Keiser*** et ***Alheidis*** de s. ***Michahele***, coniuges *wormat.,* recognouerunt se vendidisse ***Simoni*** decano ecclesie s. ***Pauli wormat.*** nomine census i. libram hallens. super curia eorum sita ex opposito inferioris molendini ad s. Michahelem extra muros *wormat.* soluendos in festis b. Georgii et Remigii.

Dat. a. d. M.CCC.II, crast. b. Remigii, presentibus ***Ruperto*** vicario ecclesie s. ***Pauli, Eckehardo*** prebendario ecclesie *wormat., Volzone, Golzone* campanatore, ***Conrado*** dicto ***Rosebaumer, Conrado*** plebano de ***Ettingen, Conrado*** scolare predicti decani, ***Golzone*** et dicto ***Deiler.***

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 620.

1302 (9. Oct.). Tenore presencium innotescat, quod *Arnoldus* viniscrotarius, ciuis *magunt.*, de societate superiorum viniscrotariorum videlicet in *Selhouia*, coram *Craftone* seculari judice *magontino* vna cum vxore sua constitutus, de consensu magistri ac aliorum viniscrotariorum predicte societatis, vendidit et communicata manu vxoris sue resignauit officium viniscrotarie sue domino *Heinrico*, vicario ecclesie s. *Johannis magunt.*, quondam *H.* de *Rockinberg*, cantoris predicte ecclesie s. *Johannis*, capellano, jure hereditario optinendum, preterea idem *H.* prefatum officium sibi per dictos coniuges venditum eisdem coniugibus et seniori heredum suorum jure hereditario concessit.

Act. s. h. presentibus *Walthero* supradicto magistro viniscrotariorum, *Cunrado* de *Greuenhusen*, *Heilmanno* et *Cunrado*, viniscrotariis, ciuibus *magunt.* a. d. M.CCC.II, fer. iii. prox. a. fest. b. Galli.

(Das Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 621.

1302 (19. Nov.). Judices *wormat.* etc. hinc est, quod cum honesta vidua *Elyzabeth*, relicta *Petri Ruppelonis* quondam ciuis *wormat.*, volens inter suos liberos bonorum suorum diuisionem ad presens facere et in vita sua equalem, presentibus omnibus suis liberis, coram nuncio nostro ad hoc specialiter destinato, in claustro ecclesie s. *Pauli wormat.* tradidit, de consensu omnium liberorum suorum, qui ius in sua hereditate obtinent, *Wernhero*, filio suo, summam censuum x. librarum hallensium ad valorem cc. librarum hallens. prout vnicuique aliorum liberorum suorum donauit, qui census siti sunt in ciuitate *Wormacia*, in hunc modum: super curia dicta *zu der minnen* libra den. wormat., item super

Digitized by Google

curia dicta *zume Rorheimere* libra den. wormat., item super domo dicta *zume Bussebacken* xv. vncie den. wormat., item super curia *Conradi Dymari* ii. vncie, item *Wernherus* ligator vasorum apud *stellam* libram hallens. et vii. hallens., item dicta *Dyzen* super ripam de domo sua x. sol. wormat. den., item super domo *zume diffenkelre* xvi. sol. wormat. den., item super domo *Conradi* de *Treysen* ix. sol. den., item super domo *zume herriche* v. sol. den., quam summam censuum dictus *Wernherus* decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* pro cc. libris hallens. vendidit et in ipsam ecclesiam transtulit, secundum ius et consuetudinem ciuitatis *wormat.* Ceterum dictus *Wern.* pro warandia dictis religiosis fideiussores constituit *Heilmannum Holtmundi*, *Kvnonem Dyrolfi*, sororium suum, *Jacobum* et *Petrum*, suos fratres. Insuper promisit prefatus *Wern.*, quod quam cito consilium ciuitatis et illorum sedecim de parochiis simul presidere contigerit, quod ipse dictum censum confitebitur coram eis vna cum matre et fratribus suis dictis decano et capitulo vendidisse pro summa antedicta, et quod mater et sui coheredes similiter confiteantur, quod ex consensu eorum processerit vendicio supradicta.

Act. s. h. in *claustro* ecclesie s. *Pauli wormat.* sub a. d. M.CCC.II, fer. ii. p. octav. b. Martini ep. hiemalis, presentibus *Conrado* de *Laudenburg* nostro notario specialiter misso ad hoc, *Heilmanno* et *Wernzemanno Holtmundi*, fratribus, *Cvnone Dyrolfi*, *Jacobo* et *Petro Ruppelonis*, fratribus, *Johanne Ansonis* clerico *wormat.*

(Das Siegel der Ausſteller hängt an.) Orig.

№ 622.

1303. l. n. d. a. Ego *Wilhelmus* decanus ecclesie s. *Mærtini wormac.* ordino in hiis scriptis testamentum

meum in hunc modum. Primo lego ecclesie mee predicte xxvi. maldra siliginis annui census, quorum ecclesia mea dabit x., item *Monzenheim* x., et *Herlesheim* vi., de quibus xxvi. maldris predictis pistabuntur ii. maldra quolibet mense et distribuentur inter presentes chori vigiliam trium lectionum cum missa pro defunctis in memoriam anime mee peragendam, ii. vero maldra superstita cum libra den. wormat., cedende de curia dicta *ad Rorheimer*, presentibus in anniuersario meo distribuentur, item lego annum gracie prebende mee ad anniuersarium patris, matris et *Jacobi* fratris meorum peragendum, item lego sacerdoti dicenti missam ad summam altare s. Martini statim matutinis cantatis xx. maldra siliginis in *Ostophin* et xxviii. sol. wormat. super curia *Agersheim*, item lego libram hallens. super curia quondam *Scadonis* in *Sweikove* ad summum altare pro duabus candelis statim coram corpore domini nostri Jesu Christi incendendis et comburendis usque ad finem misse, item lego iii. jornales vinearum sacerdoti actu ad altare s. crucis celebranti in villa *Gerlottsheim* in vno sulco in loco dicto *Leimen* situatos, item lego ministris s. *Martini* xvi. libras hallens. ad eorum redditus aucmentandos, que ab *Egenolpho* cantore nostro et ab *Amelta* repetentur, item lego ad altare s. Quirini in parrochia s. *Lamperti* cottidie missam celebranti lxxx. libras hallens. pro redditibus sibi comparandis, item lego libram den. wormat., quam ecclesia s. *Pauli wormat.* dabit in hunc modum: ipsius ecclesie s. *Pauli* presentibus iv. vncias in anniuersario meo peragendo, ecclesie *nuhusensi* v. solidos, ecclesie s. *Andree* v. solidos et ad s. *Sixtum* ii. vncias, item lego *predicatoribus* vi. libras hall., fratribus *minoribus* v. solidos den., fratribus s. *Augustini* ii. vncias, fratribus *saccitis* ii. libras hallens., item x. solidos den. super curia *Ekehardi* duxi eidem remittendos, item lego *rubre* ecclesie v. solidos den., item monialibus ad *indaginem* aput *Bolandiam* ii. vncias,

Digitized by Google

item ecclesie s. *Castoris* in *Confluencia* ii. libras hallens., item *Lanesh.* ii. libras hallens., item *Salzeim* ii. libras hallens., item *Odenheim* iii. libras hallens., item lego ancille mee xiv. libras hallens., videlicet *Ermelen*, quarum quidem xiv. librarum *Mezza*, relicta fratris mei, dabit x., item lego ancille mee *Gezen* vi. libras, item ordino, vt curia mea vendatur et cum illa pecunia redditus comparentur, qui singulis annis in mensibus junio et julio distribuentur inter pauperes, item relicte *Eberzonis* in vico lane ii. libre dabuntur parate pecunie. Super hiis exequendis manufideles meos constituo *Wilhelmum* custodem ecclesie *nuhusensis*, *Jacobum* de *Rupersburg*, meos concanonicos, *Heinricum* camerarium militem, *Wernherum Amellam* et *Ekehardum* prebendarium ecclesie mee.

(Der Schluß der Urkunde iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 623.

1303. I. n. d. a. Nos frater *Johannes* abbas, totusque conuentus monasterii in *Erbach* recognoscimus, quod cum nostrum monasterium diuersis fuisset oppressum notorie oneribus debitorum et nulla bona mobilia, que possemus vendere, in solucionem haberentur, magisque nobis expediret, vt venderemus xxxii. marcarum redditus infrascriptos, idcirco *Gerhardo* dicto de *Aquis*, ciui *mogunt.*, xxxii. marcarum colon. den. redditus vendidimus pro ccccIxxx. marcis predicte monete, cum a nullo alio emptore plus possemus habere, pro quibus soluendis ipsi *Gerhardo* suisque successoribus obligamus curiam nostram sitam in *Moguncia*, quam inhabitamus, cum omnibus pertinenciis, necnon curiam et domum quondam *Mildrudis*, quam idem Ger. iam inhabitat, item curiam *zum Ingelheymere* et domum cum orto, in quo textoria instrumenta sunt posita, que in wlgo dicuntur *Ramen*, ex opposito ipsius curie apud

Digitized by Google

s. *Walpurgim* sitas titulo ypothece. Ceterum confitemur, quod ad nostram instanciam predictus *Ger.* talem graciam nobis fecit, quod quandocunque reemere et ipsum monasterium ab ipsis redditibus liberare voluerimus, accessum et facultatem habebimus. Nos quoque abbas *Clareuallis* recognoscimus, omnia premissa de nostro consensu acta fuisse et nostrum sigillum presentibus appendisse.

Act. et dat. a. d. M.CCC.III.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 624.

1303 (15. Febr.). Judices *wormat.* recognoscimus, quod *Mergardis*, relicta *Gudelmanni* dicti *Rupelen*, quondam consulis et ciuis *wormat.*, recognouit, se de consensu filiorum suorum, *Dyrolfi*, *Johannis* et *Petri* ac *Heilemanni* de *Rucheim*, filiastri sui, vendidisse decano et capitulo ecclesie *wormat.* redditus i. libre hallens. super curia *Johannis Holderbeumere*, consulis et ciuis *wormat.*, quam inhabitat, que est sita in ciuitate *Wormatia*, ex opposito *Wernheri Amelle*, consulis et ciuis *wormat.*, dandos de curia *Johannis* predicti annis singulis in festis b. Georii et Remigii ecclesie *wormat.* supradicte pro xx. libris hallensium.

Dat. et act. a. d. M.CCC.III, fer. vi. a. domin. esto mihi, presentibus *Herbardo* de *Laudenburg*, *Heinrico* de s. *Michahele*, *Wernhero Seitre*, prebendariis ecclesie *wormat.*, *Cunrado Berchtelman*, *Wolfelino* de *Rucheim* et pl. a.

Ista pecunia data fuit ex parte *Walrami* prepositi *maioris* et in eius anniuersario predicta libra hallens. distribuetur.

(Das Siegel der obg. Richter ist zerbrochen.) Orig.

№ 625.

1303 (12. März). Nos *Johannes* prepositus, totusque conuentus ecclesie in *Swabheym* recognoscimus, quod nos curiam et bona nostra sita in villa *Badenheym* et in terminis eiusdem in agris, vineis, areis et omnibus aliis cultis et incultis, illa tantum, que nobis et nostre ecclesie *Greta* et *Mezza,* sorores de *Appenheim,* tradiderunt, vendidimus *Eberhardo,* militi de *Bunnenheym,* pro cxc. marcis denariorum colon., ita, ut idem *Eberhardus* ac sui heredes successiue ipsam curiam et bona justo vendicionis titulo sibi tradita perpetuo teneant pacifice et quiete. Protestamur eciam eadem bona nos sibi dedisse nomine proprietatis, verique allodii vendidisse, protestamur eciam sepedictam curiam cum prescriptis omnibus exemptam et liberam ab impeticione quorumlibet eidem in figura judicii resignasse libere et solute, debentes eidem sicut est juris per annum et diem warandiam consuetam et debitam facere de predictis. Super quibus omnibus faciendis fideiussores sibi constituimus subnotatos: *Theodericum* de *Cranechsteyn, Gerhardum* de *Gulpen, Stelinum* de *Bunnenheym,* milites, *Waltmannum* et *Heynricum* de *Narheym,* armigeros, et *Johannem* dictum *Essemele,* qui fideiussores moniti, si ipsum *Eberhardum* uel suos heredes infra tempus warandie ab aliquo impeti contigerit, *Crucenachen* satisfacere tenebuntur seruum cum equo quilibet pro se ponendo tamdiu, donec de prescriptis omnibus et singulis sibi plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium dedimus eidem presentes litteras sigillis nostris ac nobilis viri *Johannis* comitis de *Sponheym* sigillo firmiter communitas. Nos quoque *Johannes* comes iam dictus predicte venditioni consensum adhibentes nostrum sigillum presentibus duximus apponendum.

Digitized by Google

Act. et dat. a. d. M.CCC.III, in festo b. Gregorii.

(Die Siegel der Aussteller hängen beschädigt an, das Siegel des Grafen Johann fehlt.) Orig.

№ 626.

1303 (28. März). Nouerint vniuersi, quod cum ego *Syfridus* dictus de s. *Albino* miles, nomine vxoris mee, decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super quodam prato sito in loco dicto *vf den artheckern* vltra *Renum* iam pridem mouissem questionem, asserendo ipsum pratum ad dictam vxorem meam et ad me per consequens ad tempora vite sue pertinere, et propter hoc dictis dominis et ecclesie s. *Pauli* v. maldra siliginis et i. maldrum tritici in villa *Ebesthein, wormat.* diocesis, ad eosdem dominos ex legato et relicto per *Gerbodonem* et *Gozonem,* fratres, dictos de *Moro,* pertinentes occupaui. Verum cum postea mihi plena fides facta fuerit, quod dicta uxor mea nullum jus in dicto prato obtinere deberet, idcirco nomine ipsius vxoris mee, meo et heredum nostrorum omni impeticioni et omni iuri et actioni renunciaui, promittens per fidem militarem, quod dictos decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli* super dicto prato in perpetuum nunquam molestari procurabo. Dans super hoc literas presentes sigillis decani, scolastici et cantoris ecclesie *wormat.* ac meo proprio roboratas.

Act. a. d. M.CCC.III, fer. v. p. domin. q. c. judica.

(Die Siegel sind abgeschnitten.) Orig.

№ 627.

1303 (1. April). Nos *Jacobus* decanus, totumque capitulum ecclesie *wormat.* fatemur, cum *Wernherus* de *Meinkemer* bone memorie, ecclesie nostre quondam cano-

nicus, nobis pro remedio anime sue quosdam census super curia sua, quam nunc *Arnoldus* de *Mounisheim* noster concanonicus inhabitat, in testamento legasset, sic per modum absolutionis dicti census confitemur nos a prefato *Arnoldo* de *Monnisheim* xc. libras hallens. recepisse et in vsus ecclesie nostre vtiliter conuertisse, referentes predictam curiam, quam *Arnoldus* de *Monnisheim* inhabitat, a predictis censibus liberam et solutam. Pro xc. vero libris hallens. predictis a prefato *Arnoldo* receptis, nos i. carratam vini franconici perpetuam melioris, quod nobis et ecclesie nostre apud *Tussenheim* vel *Wimpinam* creuitur, in recompensam dictorum censuum confitemur vendidisse, quam carratam vini ex cellario ecclesie nostre deputamus pro remedio anime prefati *Wernheri Meinkemere* annuatim in aduentu domini ministrari in hunc modum, scilicet quod in aduentu domini ad primam missam, que in choro s. Laurencii pro defunctis cottidie celebratur, ipsum vinum inter presentes in choro s. Laurencii ad missam, postquam ii. carrate vini *Johannis* de *Wizenburg*, quondam ecclesie nostre decani, in aduentu domini similiter cedentes distribute fuerint, debet immediate distribui per nostre ecclesie cellerarium annuatim et proinde salubris memoria *Wernheri Meinkemere* in aduentu domini in missa defunctorum in perpetuum debet haberi.

Dat. a. d. M.CCC.III, in crastino palmarum.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgriffen.) Orig.

№ 628.

1303 (18. April). *Gerhardus* s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. decano, cantori, custodi ac singulis canonicis et vicariis ecclesie s. *Victoris* prope *Maguntiam* salutem in domino. Intelleximus, quod nonnulli ex vobis sint ecclesie vestre in diuersis debitis obligati, cupientes igi-

tur indempnitati vestre ecclesie quantum possumus prouidere, vobis mandamus sub pena supensionis, quam in vos debitores premisso quatuor septimanarum spacio, quarum primam septimanam pro primo, secundam pro secundo, alias vero duas septimanas pro tercio et peremptorio monicionis termino deputamus, ferimus in hiis scriptis, si non feceritis, quod mandamus, quod debita, quibus ipsi vestre ecclesie obligati tenemini, persoluatis, non exspectantes vos ad hoc maiori districtione compelli.

Dat. *Ameneburg* a. d. M.CCC.III, xiiii. kalendas maii.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 629.

1303 (6. Juni). I. n. d. a. Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormaciencis*. Vniuersis etc. hinc est, quod *Fridericus* dictus de *Selgenstat*, noster plebanus parrochie s. *Ruperti wormat.*, ob remedium anime sue et animarum patris et matris eius, videlicet *Hertwici* et *Hedewigis*, ciuium quondam in *Selgenstat*, *mogunt.* diocesis, et aliorum parentum suorum instituit de consensu nostri capituli prebendam, habentem redditus xxx. maldrorum siliginis, in hunc modum, quod in ecclesia s. *Pauli* perpetuo vna persona sit instituta, que choro et ecclesie deseruiat et decano obedienciam faciat, pro cuius sacerdotis sustentacione ordinat redditus xxx. maldrorum siliginis, quorum xx. cedunt de bonis *Helfrici* militis dicti de *Lutersheim*, sitis in terminis ville *Oberflersheim*, alia vero x. maldra cedunt de bonis *Heinrici* armigeri in terminis ville *Becheim* situatis, quorum maldrorum subpignora in instrumentis sigillo judicum *wormat.* sigillatis continentur. Item dictus *Fridericus* pro inhabitacione ipsius sacerdotis deputauit domum retro ecclesiam nostram s. *Pauli*, que quondam fuit magistri *Gozzonis* lapicide, qui sacerdos singulis

diebus in continenti finitis matutinis sit paratus ad missam in summo altari celebrandam sine nota. Idem eciam sacerdos semel in ebdomada missam pro defunctis celebrabit et memoriam dicti *Friderici* habebit, percipiet eciam presenciam de choro. In cuius presencie recompensam dictus *Fridericus* ecclesie nostre tradidit xl. libras hallensium. Ceterum dicte prebende collator erit decanus ecclesie nostre et idem decanus tenebitur alicui sacerdoti de parentela dicti *Friderici*, si inuenitur, alioquin alteri clerico de eius parentela conferre prebendam supradictam.

Act. et dat. a. d. M.CCC.III, viii. idus jũnii.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie der Mainzer Richter hängen unverſehrt an.) Orig.

№ 630.

1303 (22. Aug.). Ivdices *wormat.* Constare volumus, quod constituti coram nobis *Gotzo* colorator pannorum et *Methildis* vxor sua, ciues *wormat.*, confessi sunt, presente fratre *Vlrico* procuratore et conuerso monasterii s. *Clare* extra muros *spirenses*, se teneri ad solucionem census i. libre hallens. abbatisse et conuentui predicti monasterii de domo et orto adiacente situatis in lapidea strata extra muros *wormat.*, qui quondam fuerant *Heinrici* dicti *Meisterlin*, ciuis *wormat.*, quos dictus procurator nomine abbatisse et conuentus predictorum prefatis coniugibus concessit iure hereditario pro prenominato censu i. libre hallens. Confessique fuerunt dicti coniuges, se duas domos suas sitas extra nouam portam *Wormatie* iuxta dictum *Werkrz* abbatisse et conuentui suprafatis pro x. libris hallens. titulo pignoris obligasse, quamdiu et quousque ipsi coniuges uel eorum heredes domum et ortum predictos in edificiis euidenter vtilibus ad summam x. librarum hallens. predictarum meliorabunt.

Digitized by Google

Act. et dat. a. d. M.CCC.III, fer. iv. a. fest. b. Bartholomei prox.

(Das Siegel hängt unverſehrt an.) Orig.

№ 631.

1303 (29. Aug.). Nos *Waltherus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani mogunt.* profitemur, quod curiam nostram sitam in *Moguncia* iuxta curiam *Heynonis* dicti *Gerchenere* apud cenobium sanctimonialium *veteris monasterii mogunt., Heinrico,* filio quondam *Heinrici* dicti *Adolf* de *Heckesheim* et *Volmudi* vxori sue, coniugibus, ciuibus *magunt.,* locauimus iure hereditario pro dimidia marca den. colon.

Dat. a. d. M.CCC.III, in festo decoll. b. Johannis bapt.

(Das Siegel der Ausſteller hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 632.

1303 (31. Aug.). *Gerhardus* dei gracia s. *maguntine* sedis archiepiscopus etc. Cum abbatissa et conuentus sanctimonalium in *Godsdal,* ordinis cisterciensis, nostre diocesis, pro suis necessitatibus releuandis vniuersa bona sua, que habuerunt in villa *Hilbersheim inferiori* decano et capitulo ecclesie s. *Marie ad gradus maguntine* vendiderunt, nos eandem vendicionem ratam et gratam habentes, ei nostrum adhibemus consensum.

Dat. apud *Aschaffenburg* ii. kal. septembris a. d. M.CCC.III.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 633.

1303 (6. Sept.). *Johannes* abbas et conuentus monasterii *horbacensis, melhensis* dyocesis, recognoscimus,

Digitized by Google

nos a decano et capitulo ecclesie *wormat.* molendinum situm in villa *Osthouen* iuxta curiam nostram ibidem situatam, quod molendinum olim *arnvnselegemule* vocabatur, conduxisse in emphyteosin et iure hereditario possidendam pro xiv. maldris siliginis annue pensionis, ipsis in ciuitatem *wormat.* singulis annis infra duo festa, assumpcionis videlicet et natiuitatis b. uirginis Marie, presentandis et pro iv. maldris et i. mina siliginis, wormat. mensure, quorum ii. maldra perpetuo vicario officianti altare s. Marie Magdalene, quod est in ecclesia s. *Martini wormat.*, reliqua vero ii. maldra cum mina siliginis heredibus quondam *Guthardi* de *Osthoven* nomine ecclesie s. *Pauli wormat.* cedencia pro dictis decano et capitulo ecclesie *wormat.* presentabimus perpetuo annis singulis. Promittimus eciam omnia alia tam censum, quam iura qualiacunque, que a dicta ecclesia *wormat.* peti possent racione dicti molendini, a quibuscunque persoluere et pro ipsa ecclesia respondere. Et ut plena gaudeant securitate, decanus et capitulum ecclesie wormat. predicte ipsis curiam nostram sitam in villa *Osthoven* predicta pro subpignore obligamus.

Act. et dat. a. d. M.CCC.III, viii. idus septembris.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№. 634.

1303 (19. Sept.), I. u. d. a. Nos *E.* decanus ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos* ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod cum dissensionis materia suborta fuisset inter decanum et capitulum ecclesie s. *Johannis Maguntie* ex vna parte et *Petrum* dictum de *Litwilre* militem ex altera, super quadam annua pensione soluenda dominis predictis a milite supra dicto, dicte partes tandem in nos concorditer compromiserunt a. d. M.CCC.III, iv. idus septembris, nos igitur partibus predictis ad nostram

Digitized by Google

presenciam conuocatis, indagatoque iure ipsarum parcium hinc et inde necnon auditis rationibus vtriusque partis et quidquid partes dicere voluerunt, denique sentenciamus, quod predictus miles pensionem, super qua lis erat, videlicet xxx. maldra siliginis, integre soluat dominis predictis, quam soluere neglexit et deinde idem miles in perpetuum annis singulis inter duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis suis laboribus et expensis xxvi. maldra siliginis soluet dominis memoratis et suis periculis presentabit ante granarium dominorum predictorum de bonis infrascriptis, que bona in quodam alio instrumento judicum s. *maguntine* sedis et abbatis s. *Albani* sigillis sigillato plenius sunt expressa, et si aliquo anno negliens fuerit in solucione pensionis, quod infrascripta bona libere ad dictam ecclesiam s. *Johannis* deuoluantur, et cum dictus miles viam vniuersi carnis ingressus fuerit, quod infrascripta bona indiuisa semper apud seniorem heredem dicti militis et descendentium ab eodem permanebunt, qui heres pensionem soluet predictam ecclesie s. *Johannis* predicte. Et pronunciamus arbitrando, quod dictus miles et sui heredes in villa *Bodenheim* et cuius ville terminis infrascripta bona sita sunt, coram sculteto et scabinis ratificabunt, quondocunque requisiti fuerint, arbitrium nostrum supradictum. In quorum omnium memoriam sigillum nostrum presentibus appendendum et predicte partes sigilla sua apponent in signum sui consensus et perpetue firmitatis.

Dat. et act. a. d. M.CCC.III, fer. v. a. fest. b. Mathei apost.

Bona autem sunt ista, videlicet curia vna sita in villa *Bodenheim*, que fuit quondam *Dizonis* apud portam *Eberhardi* et lx. iugera tam vinearum quam agrorum ac terre arabilis sita in campis *Bodenheim*. Situs autem agrorum et bonorum supradictorum est iste. In vno campo sita sunt ii. iugera confinia octo iugeribus prioris monasterii s. *Al-*

bani, item i. jugerum an *harwesheimer* marken confine *Conrado* dicto *Yleos*, item i. jugerum offe s. *Petris* Reyne, quod dicitur ein anewendere, item in *Frankendal* i. jugerum confine *Dythmaro*, item *offe deme Rade* iugerum et dimidium confine *Letthoni* militi, item *offe deme difen wege* iii. iugera confinia *Letthoni* predicto, item *offe deme angere* v. quartalia, item *offe* der mittel Gewande i. iugerum prope *Dittmarum*, item *in deme kurzen stuke* iugerum et dimidium confinia preposito *maguntino*, item i. iugerum *in den langen Ruden* confine *Marquardo* militi, item ii. iugera obene *in den Langen Ruden*, que dicuntur ein anewendere, item i. iugerum *ane deme eichwege*, item duale *an der Mulenbach* confine *Marquardo*, item vi. iugera *an Ebernsheimer wege* confinia *deme Zinsmeistere* s. *Albani*, item dimidium iugerum *zu streike* fovus *bi yleos Geworhe*, item in alio campo ii. jugera, di zihint offe *die seze*, item iugerum et dimidium, die zihint dar Geigen, item vber *offe daz wer* iugerum et dimidium an der *Nulendere*, que dicuntur ein anewendere, item iv. iugera preter quartale *bi deme wihere Geworhe* dominis s. *Marie de gradibus magunt.*, item i. iugerum *an Lorzwilre wege* confine *Anzoni*, item iv. iugera preter quartale *zu Prunloch*, item i. iugerum, der zuhit drint, item iugerum et dimidium *in Pirmestale*, item dimidium duale in *Pirmestale*, item v. quartalia in *Weisterheim*, item v. quartalia *an deme Wezells pade* oben wendek yleos, item dar Gegen vber duale confine *Marquardo*, item i. iugerum *bi der fenchil Blumen*, item ii. iugera *in der Seze* confinia dominabus de *Dalen*, item dimidium duale confine *Trutwino an deme Wezelis pade*, item iugerum et dimidium vinearum *an deme hache*, item *an deme vzeren banne* iv. iugera pratorum confinia *Lettohni*, item achte Slege *in deme Innerin Egel*, item iugerum et dimidium confinia *Petro* de

Digitized by Google

Lyllewiltre, item *Sebin Slege in der bislachen* apud *Frankonem*.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 635.

1303 (13. Nov.). Decanus et capitulum s. *Pauli* ecclesie *wormat.* recognoscimus, nos ob rogatum abbatisse et conuentus sanctimonialium in *Nunneumunstre* extra muros *wormat.*, magistrorum quoque ripe accedente consensu, locasse *Orlleſo* coloratori et *Conegundi* sue collaterali, necnon ipsorum heredibus spacium terre ad nos spectantis in latitudine octo pedum pro via et transitu ad ripam de area sita apud s. *Michahelem* extra muros *wormat.*, quam *Or.* et *Co.* predicti colunt, edificant et inhabitant, a dictis monialibus hereditarie susceptam, que hucvsque propria caruit via ad ripam trans mealum siue eductum aque, quem wlgares *Isleide* appellant, pro annuo censu, videlicet ii. solidorum wormat. monete, saluo nichilominus predictis coniugibus et ipsorum heredibus eo, quod si antedictum meatum siue eductum aque aliquo tempore in posterum aperiri et mundari contigerit, sepedicti coheredes trans fossatum ibi factum pontem facere possunt; de situ tamen magistrorum ripe ibidem in latitudine sue vie, hoc demum hiis adiecto, quod in dicta area uel in eius edificiis coniuges et heredes ipsorum predicti nullum tensorium, quod wlgariter *rame* dicitur, nec instrumentum ad idem, quod in wlgo *kumph* vocatur, quoquomodo locare debent in preiudicium et dampnum dictorum magistrorum ripe, sed in quantum suo solummodo labori suppetit, nec eciam frui debent ipsa ripa ad opus suum, nisi fuerit de communi magistrorum ripe licencia et fauore. In cuius testimonium sigillum nostri capituli vna cum sigillo judicum *wormat.*, in quorum presencia expressa superius eciam tractata sunt,

Digitized by Google

necnon sigillo conuentus de *Nunnenmunstre* dictarum monialium presentibus est appensum.

Dat. a. d. M.CCC.III, in die b. Bricii epis.

(Die Siegel hängen etwas beschädigt an.) Orig.

№ 636.

1304 (7. Jan.). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* recognoscimus, quod *Arnoldus* de *Monsheim*, canonicus ecclesie *wormat.*, *Jacobi* de *Ruppersburg*, canonici ecclesie nostre, manufidelis, beneficium, quod est ad altare s. *Quirini* in parrochia s. *Lamperti wormat.* per *Wilhelmum*, quondam decanum ecclesie nostre predicte, institutum, vt sacerdos tribus diebus in ebdomada missam celebraret ibidem, cum xx. maldris siliginis annui redditus de bonis infrascriptis cedentibus pro dicti *Jacobi* anime remedio meliorauit, dictum vero beneficium *Hermanno*, cognato prefati *Ja.* de *Ruppersburg*, est collatum et post eius mortem decanus ecclesie nostre predicte conferet sacerdoti ydoneo et honesto. Predictorum vero xx. maldrorum x. maldra de bonis *Arnoldi* predicti in *Busensheim*, reliqua autem x. maldra cedent de bonis *Sybodonis* armigeri, fratris dicti *Hermanni* de *Flanburnen*, quorum situs talis est, primo curia iacens ex vtraque parte vallis, item ortus adiacens, item in campo inferiori primo jornalis et dimidium consulcaneus *Rudewinus* miles, item i. jornalis ex opposito tendens ad vineas, item ii. jornales in superiori parte illorum viiii. cum dimidio jornalium *an dem Bolender wege*, item i. jornalis et dimidium consulcaneus *Rudewinus* miles *an den Bolender wege*, item in campo versus *Alzeiam* ii. jornales de iiii. jornalibus *an vluensheimerwege* consulcaneus *Golzo* de *Walheim* miles, item ii. jornales de iiii. jornalibus consulcanea domina de *Wizen an vluensheimerwege*, item ii.

Digitized by Google

jornales *in den puzt agger* consulcanea domina dicta *Scherreren* in superiori sulco.

Dat. et act. a. d. M.CCC.IV, crast. Epiphanie eiusdem.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 637.

1304 (27. Jan.). Nos *Georgius* comes *Veldencie* volumus esse notum, quod de omni discordia, que vertebatur inter nos ex vna et *Petrum* abbatem, priorem, totumque conuentum monasterii s. *Jacobi moguntini* ex parte alia, super aduocacia ville in *Armisheim*, ita est concordatum et cum nostra spontanea voluntate in arbitros est commissum, videlicet ex parte nostri comitis in dominum *Eberhardum* de *Odenbach* et dominum *Heinricum* de *Appinheim*, milites, ex parte autem abbatis, prioris, conuentusque in dominum *Ottonem* camerarium seu monachum monasterii s. *Jacobi maguntini* et dominum *Baldemarum* militem de *Zalebach*, ipsi uero arbitri prenominati in hunc modum vno animo concordarunt, ita videlicet, quod ipse abbas, prior, totusque conuentus nomine ecclesie ipsorum omni juri, actioni, impeticioni, que ipsis duntaxat contra nos vel nostros heredes super prefata aduocacia competebat, renunciarunt, nec nos vel nostros heredes vllo tempore vnquam in ipsa aduocacia ipse abbas, prior, totusque conuentus vel eorum successores inpedire debent nec presumant. Ipsi eciam arbitri super articulis subscriptis taliter ordinarunt, ita videlicet, quod ipsi abbas, prior, totusque conuentus vel eorum successores bona seu census ipsorum in terminis seu marzis ville *Armisheim* sitos sine nostra vel nostrorum heredum molestacione percipiant et possideant quiete, ita eciam, quod jura ipsorum seu consuetudines, quas ipsi, eorum scultetus vel scabini ab antiquo habuerunt in villa *Armisheim*, illesa possideant a nobis et nostris heredibus,

Digitized by Google

insuper vero ipsi abbas, prior, totusque conuentus pro reditibus et censibus ipsorum si defectum habuerint contra uillanos in *Armisheim* uel alios illuc pertinentes possunt vti jure ecclesiastico uel seculari, et ad illa optinenda seu conquerenda ipsos per nos uel nostrum officiatum juuare debemus, insuper eorum sculthetus pro eorum judicio possidendo debet et potest sedere pro eorum jure requirendo in vna quatuor curiarum ipsorum quacunque voluerit. Si autem ipsum abbatem contingeret uel suum successorem iudicium pro suo jure inpetrando seu bonis suis iudicandis possidere in propria persona, potest sine nostra vel nostrorum heredum offensa in villa *Armisheim* vel extra uillam, vbi sibi placuerit, judicium pro suo jure possidere, si uero aliqua bona publicata fuerint, que proprie *vronede* nominantur, per sentenciam scabinorum ad ipsum abbatem pertinere debent uel suum successorem et libera ex omni exactione sicut antiqua bona ipsius abbatis, si autem extra manus abbatis decreuerint, nobis et nostris successoribus seruirent tamquam vero aduocato ipsa bona. Insuper ipse abbas uel suus successor potest et debet sine nostra uel nostrorum heredum molestacione scultetum et scabinos ponere et deponere, substituere uel destituere pro ipsius voluntate. Item quatuor curie ipsius abbatis, videlicet curia eius, que *vronhoue* dicitur, tota, curia *Wenzonis* de *Schimisheim*, curia *Petri* fratris ipsius, curia quondam *Guzonis* dicti *Nurs* et curia cuiuslibet sculteti ipsius abbatis ibidem habitantes seu in eisdem curiis commorantes ab omni onere hospicii, que *herberge* dicitur, siue alterius seruitutis liberi esse debent siue libere. Si uero scultetus ipsius abbatis aliqua bona de aduocacia habuerit, debet et tenetur seruire nobis et successoribus nostris de illis, sicut alia bona nostra nobis seruiunt et denarios aduocacie dabit, sicut ceteri uillani, si uero clerici uel laici, nobiles vel ignobiles aliqui ipsum abbatem, priorem, totumque conuentum uel ecclesiam

Digitized by Google

ipsorum super renunciacione aduocacie nobis facta molestauerint, nos comes predictus uel nostri heredes ab illa molestacione ipsos pro nostro posse iuuare debemus et tenemur. Ipsa eciam vniuersitas in *Armisheim* tenetur soluere predicto abbati uel eius successori singulis annis inter duo festa b. Marie virginis, videlicet assumpcionis et natiuitatis, v. marcas colon. denariorum bonorum, quas marcas quinque conuentui dabunt et pertinent ad camerariam, quas eciam v. marcas ab ipsa vniuersitate ipse abbas et conuentus pro l. marcis compararunt, ipsos in hoc iuuare possumus et debemus. Insuper eciam vi. jugera agri ipse abbas et conuentus habebunt, que apud villanos ipsos comparauerunt. Item eciam ipsis abbati et conuentui tercia pars emendarum in nostro judicio perceptarum cedet, et simili modo tercia pars emendarum in judicio abbatis seu conuentus perceptarum nobis et nostris successoribus cedet. Insuper iudicium, quod dicitur *dorffride,* coram sculteto abbatis uel conuentus agi debent, si uero scultetus ipsius abbatis perficere uel illud judicium possidere non posset uel iudicare, aduocatus noster tenetur iudicare secundum sentenciam scabinorum in *Armisheim.* Insuper eciam nos comes antedictus et nostri heredes promittimus ipsum abbatem et ecclesiam eius in suis negociis in *Armisheim* et alibi iuuare in omnibus et promouere, si autem nos *Georgius* comes prefatus uel nostri heredes predicta scripta infringeremus quod absit, essemus uiolatores fidei et honores et profitemur nos contra iusticiam fecisse, et ipse abbas et conuentus possent hoc in iudicio spirituali uel seculari ostendere et querimoniam facere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum et rogauimus nobiles viros nostros consanguineos, videlicet *Georgium, Heinricum, Cunradum,* comites *irsutos* et *Heilemannum* de *Heinzinberg,* ut sua sigilla presentibas apponant.

Digitized by Google

Dat. et act. a. d. M.CCC.IV, fer. ii. a. fest. purif. b. Marie virg.

(Sämmtliche Siegel fehlen.) Orig.

№ 638.

1304 (22. Febr.). Judices *wormat.* Recognoscimus, quod in nostra presencia constituti *Ymber* ciuis *wormat.* et *Werndrudis* eius filia adulta, necnon *Johannes Karisii* tutor *Katharine* et *Agnetis,* filiarum predicti *Ymber* et auunculus ac tutor a nobis eis minoribus datus vendiderunt et resignauerunt census i. libre den. wormat. decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super curia sua sita in *tuerchgaszen* juxta domum *Jacobi Marggrauii,* quam idem *Ymber* et sui pueri jam inhabitant, pro xxxiii. libris et iv. vnciis hallens., constituentes fideiussores *Ymber* se ipsum, *Elizabetem* sororem suam, *Werndrudim* adultam eius filiam, *Petrum* dictum *Hellegrapphe* et dictum *Johannem Keris.*

Act. s. h. presentibus *Alberto* sacerdote capellano in *hospitali noua, Emerchone* dicto *Warkirpil, Ludewico* de *Freisheim, Johanne Nuwegebel* et *Philippo,* nunciis curie nostre, a. d. M.CCC.IV, in die Petri ad cathedram.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

№ 639.

1304 (29. März). Nos frater *Marquardus* de *Mezingin* commendator, ceterique fratres domus *theutonice* aput *Marpurg* profitemur, quod cum domina *Methildis* de *Mulinbach* et *Yrmindrudis,* eius filia, nobis comparauerit quedam bona in *Flersheim* sita pro cv. libris hallensium in animarum suarum salutem, nos promisimus, quod eisdem viii. maldra siliginis, marpurgensis mensure, de

Digitized by Google

granario nostro *marpurg.* in recompensacionem dictorum bonorum ministrabimus, de quibus viii. maldris ii. maldra ipso facto predicta ***Methildis*** resignauit in anniuersario parentum suorum, statuit fratribus pro pitancia presentari, reliqua vero vi. ipsis ministrabimus sub hac forma, vt quandocunque vna earum siue ***Methildis*** mater, siue ***Yrmendrudis*** filia ab hoc seculo predecesserit, quod extunc in anniuersario decedentis ii. maldra fratribus annuatim pro pitancia ministrentur, adhuc etenim relicte persone viuenti siue matri siue filie supradictis iv. maldra porrigantur.

A. d. M.CCC.IIII, iv. kalendas aprilis act. et dat.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 640.

1304 (23. April). Wir der Rad, die Seßehene vnd die burger gemeinlich ze Wormiße tun kunt, weriz daz Johan Holderbaumere der wilentmal vnſer burger was vnde nu burgman iſt der hern Rudolfs vnd Ludewigis paltzgraue ze Rine vnde herzogen in Beyern, von vns reht verſpreche vmbe daz, daz wir vnd er miteinander ze ſchafne han vnd in niht mit rethe begnugen wolte von vns an der ſtat, da wirz zerethe tun ſoln, ſo mogen wir varin vf die pant, die der vorg. Johan Holderbaumer von den vorg. herren den Herzogen inne hat vnd vf des vorg. Johan Holderbaumers helfer ane der herren der Herzogen zurn vnd ane ir hinderniße vnd ſoln vns die vorg. herren die Herzogen dar vmbe nummer anеſprechen nu oder hernach. Dun wir aber den vorg. herren den Herzogen deheinen ſchaden an ander irme gude oder an irn armenluden, den ſin wir ſchuldig vfzerethen als die ratman ſprechent, die die vorg. herren vnde wir genomen vber vnſer ſune, die in der hantfeſten geſchriben ſtent. Were auch, daz vns gelunge, daz wir die burg gewunnen ze Schauwenburg, die ſoln wir beveln in der vier ratlvte hant, die an der berg-

ſtraze gekorn ſint, vnde ſoln die dar vber ſitzen obe ſie vbirdragen mogen, daz die burg wider an der Herzogen hant kome, mogent ſie abir niht vberdragen, ſo ſal man die burg brechen.

Geb. an ſ. Georgen dage n. G. geb. m.ccc.iv.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 641.

1304 (16. Mai). Judices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod *Johannes* dictus de *Beckelnheim*, maritus *Gertrudis*, coram nobis constitutus confessus fuit, se suo et *Gertrudis*, vxoris eius predicte, ac heredum eorum nomine infrascripta bona decano et capitulo ecclesie s. *Stephani maguntine* vendidisse ac eadem bona vna cum *Gertrudi* predicta eisdem dominis resignasse in iudicio seculari ville *Schornesheim*, quorum bonorum dictus *Johannes* situs et specificationem in terminis dicte ville *Schornesheim* talem esse dicebat, videlicet ii. iugera terre arabilis in superiori campo iuxta fontem dictum *geen Rockenheymer borne*, item i. juger in der *vrechten*, item i. juger breue terre arabilis *ober deme hasilboyme*, de quibus jugeribus i. solidus denariorum magunt. dominis ecclesie *maguntine* nomine annui census in die b. Martini assignatur, item in inferiori campo ii. iugera *zu langen ackere*, di do zyent offe die wysen, item ii. jugera *zu Grunackere*, item i. juger *an nordolfisheymer wege*, quibus quidem bonis sic venditis predicti decanus et capitulum predicta bona eidem *Johanni* recipienti locant perpetue possidenda pro vi. maldrorum siliginis, mensure maguntine, annua pensione, quam dictus *Johannes* pro se, uxore sua et heredibus eorum eisdem dominis assignare ac ante granarium dicte ecclesie s. *Stephani* infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa presentare promisit.

Act. et dat. a. d. M.CCC.IV, xvii. kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt zerbrochen.) Orig.

Digitized by Google

№ 642.

1304 (22. Mai). I. n. d. a. Quoniam etc. hinc est, quod ego ***Eberhardus*** miles dictus de ***Geispesheim*** de ***superiori Ingelnheim*** cupio esse notum, quod ego vna cum consensu filiorum meorum ***Petri*** et ***Rudolfi*** dono donacione inter viuos jus patronatus, quod ad me pertinet in ecclesia ***Blidensheim,*** sita in terminis prepositure ecclesie s. ***Victoris*** extra muros ***moguntinos***, in cuius iuris possessione sum, abbati et conuentui monasterii ***eberbacensis.*** Item notum cupio esse, quod ego ***Eberhardus*** miles predictus omnia bona mea, fructus siue prouentus, quos habeo in curte ***Walheim*** racione decime predicte ecclesie ***Blidensheim*** cum omnibus pertinenciis, quos hactenus possedi jure feodali ab abbate monasterii s. ***Albani*** extra muros ***maguntinos*** de consensu eiusdem domini vendidi de consensu filiorum meorum predictorum predictis abbati et conuentui monasterii ***eberbacensis*** ac assigno eisdem dominis bona, fructus et redditus et quicquid habeo ratione decime predicte in predicta curte ***Walheim*** pro precio xcv. marcarum colon. denariorum. Testes sunt ***Jacobus*** prepositus s. ***Marie in campis, Giselbertus*** miles de ***inferiori Ingelnheim, Gerhardus*** de ***Rauensburg*** de ***superiori Ingelnheim***, ***Petrus*** aduocatus de ***Selse*** et ***Volknandus*** de ***Osterich***, milites et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.IIII, fer. vi. a. trinitatis.

Et nos ***Petrus*** et ***Rudolfus,*** nati ***Eberhardi*** militis predicti, notum facimus, quod nos recognoscimus, viginti quinque annorum esse, donacioni et uendicioni predictis consentimus, nos uero ***Cunradus*** abbas et conuentus s. ***Albani*** recognoscimus, quod ***Eberhardus*** miles et filii sui predicti in nostra constituti presencia recognouit predictus ***Eberhardus*** miles, se predictam uendicionem et donacionem fecisse dominis ***eberbacensis*** monasterii et ipsi filii recogno-

Digitized by Google

uerunt, se donacionem et vendicionem predictas ratas habere. Et quia *Eberhardus* miles et filii sui cum aliis bonis suis infra nominatis recompensauerunt nobis feodum ecclesie nostre, quod predictus *Eberhardus* miles vendidit monasterio *eberbacensi*, consensimus donacioni et vendicioni predictis. Bona uero, quibus ipsi nobis feodum recompensauerunt, sunt hii. In primo campo ii. jugera *an meinzerwege* prope dominos s. *Petri*, item vii. quartalia in eadem prope *Storen*, item alterum dimidium juger extendencia se in vii. quartalia predicta *von der osterwisen*, item alterum dimidium juger *zv wilre*, item i. iuger *an shornesheimere wege* in ualle, item iv. jugera *an der bunden*, item iii. jugera *in deme dalpade*, item ix. quartalia *zu hoheinreine* consulcanea pueris domini *Hermanni* de *Duna*, item ii. jugera *an spizsheimer shornsheimer wege*, item i. duale *zu gimmisbornen*, item v. quartalia consulcanea *der zarten* pueris, item ix. iugera *zu puzze*, item alterum dimidium iuger iuxta arborem *herstrazen*, item ii. iugera in marka *Werstad*, item i. juger iuxta *Jacobum* militem de *Bertholdesheim*, in alio campo primo iiii. iugera *zu lanzenreine*, item iii. jugera in der selben gewanden, ex quibus i. extendit se *an bertholdesheimer marken*, item vii. quartalia *an der osterwisen*, item alterum dimidium juger *an deme stetdale* extendencia se *in den holzwec*, item duale prope *Rudolfum* ex altera parte *des stetdales*, item quintum dimidium juger in vno sulco *an deme odernheimer wege*, item ix. quartalia, que extendunt se *offe den holzwec*, item alterum dimidium juger *an bibelnheimer marke* consulcanea *Marquardo*, item viii. jugera in via illorum de *Albechin*, item alterum dimidium juger *zu winkele*, item dimidium juger iuxta *Heinonem* dictum *Kornkoufere*, item alterum dimidium juger in uia pisarum, item ii. jugera *zu sewe*.

(Die Siegel des Albansſtifts hängen unverſehrt an.) Orig.

Digitized by Google

№. 643.

1304 (1. Juli). Nos *Philippus* miles dictus *Swap* sculthetus, *Johannes*, *Crafto* et *Volgnarus*, judices seculares *mogunt.*, profitemur, quod cum a. d. M.CCC.IV, fer iv. prox. p. natiuit. b. Johannis bapt. in curia domini archiepiscopi *magunt.* in loco solito judicio reipublice, qui *vngebodending* wlgariter dicitur, presideremus, *Wenzo* abbatisse et conuentus cenobii b. *Agnetis* in *Maguncia* famulus et sindicus, super vii. marcarum et iv. solid. den. colon., necnon vi. cappunorum annuis redditibus, de quibus xxvii. solidi den. colon. soluendi sunt de domibus apud *Augustinenses* et apud curiam *zum Humelen* apud *Graborn* et inter piscatores sitis, item xx. solidos den. colon. super domibus *Hermanni* dicti *Netzeuil* cum ii. capponibus, item x. sol. den. colon. de domo lignea ante curiam *puellarum*, item x. sol. den. colon. super domo fratris *Cristiani* inter cerdones, item ix. sol. den. super domo inter piscatores *Herbordi Felkenere*, item i. marc. super curia ad abbatem soluendis, presentibus *Cunrado* de *Cacuba*, *Johanne longo*, *Nicolao zum Fleminge* et *Haftone* aduocato, *Volrado*, *Hertwino*, *Cristiano*, *Boemundo*, *H. Langenase*, *C. modiorio* et *H. pilleario*, budellis, necnon *Volzone Borggrauio*, ciuibus *magunt.*

(Die Siegel der Ausſteller ſind ſehr beſchädigt.) Orig.

№. 644.

1304 (28. Juli). Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus magunt.* recognoscimus, quod duas domos nostre ecclesie attinentes dicte *zume Daniel* sitas ex opposito curie dicte *zume Hainhoue* in *Maguncia Johanni* dicto *Schenche* et *Grede* vxori sue, ciuibus *maguntinis*, ad vtriusque vite ipsorum locauimus pro

Digitized by Google

xxx. sol. den. colon. in festo penthecostes, et xxx. sol. dicte monete in festo b. Martini episcopi hyemalis nobis persoluendis. Preterea infra tres annos affuturos proxime edificabunt in altum inter dictas domos et domum dictam *ad florem* eis contiguam vnum murum lapideum dictum wlgariter *ein gebil* et medio tempore comparabunt redditus dimidie marce den. col. nobis distribuendis et post ipsorum mortem pro anniuersaria in eorundem coniugum animarum remedium peragendo.

Act. et dat. a. d. M.CCC.IIII, ind. ii. v. kal. augusti.

(Die Siegel der Ausſteller und der Mainzer Richter hängen unverſehrt an.) Orig.

№ 645.

1304 (1. Aug.). Wir Albrecht von Gottes genaden Roemiſcher konig allewege ein merer des Riches konden an diſem brieue, daz Johan Benze, Berze der keſſeler, Johan Steinmetze, meiſter Heinrich der ſarw ...., Berze vom Tempel, Peter ſin bruder, Johan ſin bruder, Cunrat Kolhaſe, Johan Kolbe der metziger, Johan hern Wernhers ſun des metzegerſ, Rote der metziger, Fritze Zanwrider, Cunrat von Halle der Bekker, meiſter Cunrat von Ruhuſen der Bekker, Sifrit der helt der viſcher, Teiler von ſ. Michel der welker, Keiſer von ſ. Michel der welker, Reinolt der viſcher, Herman an angeſt, Cunrat ...., Cunrat der mvtter, Krebſ der mvtter, meiſter Tilman der ſemeler, Johan ſin bruder, Jacob Judelin, Manze der ſporer, Johan Alvn, Rvlin der ſvter, ... Krutſac .... Wernher Gebeſtuk, Herbort der ſnider, Jekell der metziger, Volze der metziger, Swiker Swikers ſelig ſun des metzigers, Herbeſt der metziger, ... der metziger vnde ſin ſun, Lutze Kruk, Johan Abel, Gvnther der metziger, Jacob Machtolfes ſun, Stoltze der Oleier,

Digitized by Google

Jacob der Bekker am Nuwenburgetor, Jacob zvm Hirze, German am Nuwenbvrgetor, Nicolauſ Kelbertot, Jacob Zeller der Loewer, Gvetel von Treiſe, Cunrat von Treiſe. Johan hern Arnoldes ſun, Emmerich Amtman, Gernot Grebe, Werntze zvm haſen, Berhtolt Kelbel, Stvmpf der Loewer, Heinrich Virnheimer, Gvtelman Zippelin, Heinrich vnde Johan ſine bruder, Mantze der ſporer, Cunrat Heſſeheimer der ſetteler, Jacob Eberwin der Bekker, Hiltman der Bekker, meiſter Herman der zimberman, meiſter Emmerich der zimberman, Rote Steinmetze, Rote Holderboemers knecht, Sigel Lvmerſcheimer der Loewer, Gvndelach der kverſener, Jacob Scherbe, Volze Benze, Zippe der viſcher, meiſter Swiker der Bender, Nicolaus zu Rauenſburk, Merkeli zu der Nuwenſtube, Gerwin Keiſer, Wernher zu dem Gelphrade, Peter Bok, Nicolauſ ſin ſun, Volmar der ſchvtze, Bokkenheimer, Jacob ſin ſun, Cunrat der ammen man, Sigelman Berman, Anſchelm Rote, meiſter Gotſchalk der Goltſmit, Hennelin der Goltſmit, Laurencius der Goltſmit, meiſter Wernher der armbruſter, Heinrich der armbruſter, Otte der Berminter, meiſter Johan der Berminter, Emmerich der ſvter, Kovſman der ſvter, meiſter Heinrich der ſmit von Heidelberk, Ebelin der ſmit, Peter Holtzmenger, Peter von Kire, Cunrat Bvekkin, Johan Schelin, Peter der apoteker, Gvedelman zvm ſlveſſel, meiſter Anze der ſmit, Heinrich ſin bruder, Zeiſſolf der Loewer, Jacob der ſcherer, Jacob Gutiar, Berkli Gutiarſ Tochterman, Sigelman kverſener, Volze der Loewer, meiſter Ekkehart der kannen Giſſer, Jacob der kremer, Heinrich meiſter Berchtramſ bruder, Berhtolt vndern Gadmen, Heinrich Gvetel, Jacob Ribelvſ, Johan der ſnider, Cunrat von Ezzelingen der ſnider, Friderich der ſnider, Goetze der ſnider, Jacob der Bader, Herbort der Arzat, Johan Karlbecher, Meingoſ ſin bruder, Cunrat

Kelbelinſ ſun, Walt der ſalzmotter, Jacob Flemink, Heinrich Holzmenger, Peter Salzmotter, Johan Lamp, Eberhart Heltkopf Peter Melwer, Nicolauſ ſin bruder, Zeiſſolf der Iſenmenger, Gerhart zvm Bart, Hiltebolt von Alzeie, Gerhart ſin bruder, Tilman ſin bruder, Nicolauſ Bone, Johan Roſbak, Johan Eppenſheimer, Heinrich Swendemage, Herbort ſin bruder, Balze der wagener, Cunrat Diler, Jacob Zvettel, Wernher Woluolt von Lovdenburk, Johan Vmbeſcheiden, Walther von Eppelnſheim, Heinrich Markel, Berzman Margreue, Johan Margreue, Heinrich Kverſener der Bekker, Heilman Quente, Jacob Svſenheimer, Gvetelman Oleiman, Herbort der weber, Volze der Beſſerer, Cunrat Berhtelman, Friderich der verige, Merkeli der ſvter, Jacob Vende vnde Tierolf Vende, ſint vor vns mit rehte vf der aht komen, da ſi inne waren von Johanſ clage des Holderboemers vnde haben wir in beidenthalp dar vmbe einen tag geben her ze houe an dem mentage nach ſ. Martins tage.*)

Der brief wart geben ze Nuerenberk an dem ſamſtage nach ſ. Jacobes tage do man zalte von Gottes geburte m.ccc.iv.

(Das aufgedruckt geweſene Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 646.

1304 (3. Dec.). Decanus et capitulum ecclesie s. ***Pauli wormat.*** vniuersis salutem in domino. Ne ea etc. hinc est, quod ***Emercho*** dictus ***Bezere*** et ***Geza***, coniuges, volentes saluti animarum suarum prouidere, instituerunt prebendale beneficium in ecclesia nostra predicta perpetuo presbitero in missa et in choro deseruiendum, que prebenda dotata est per ipos coniuges xiv. maldris siliginis super

*) Die Urkunde iſt durch Fäulniß mehrfach verletzt.

Digitized by Google

bonis *Petri* quondam dicti *Polse* de *Monsheim* armigeri et *Agnetis*, vxoris sue, sitis in uilla *Eychen*. Item xx. maldra siliginis super bonis *Wernheri* dicti *Bintrime* sitis in villa *Guntheim*. Item iii. jornalibus vinearum sitis in villa *Dirmistein*, de quibus idem prebendarius ecclesie nostre x. maldra siliginis pro presencia chori nostri assignabit. Dictam autem prebendam ipsa *Geza Hermanno* de *Pedernsheim* presbitero contulit deseruiendam, hoc duntaxat adiecto, quod ex nunc ut ex tunc *Heinrico* filio suo eam confert, ut cum ad maturam etatem peruenerit, et si presbiter fieri voluerit et eam deseruire, quod tunc dictus *Hermannus* eam derelinquat, quod si dictus *Heinricus* eam deseruire recusauerit, tunc predictus *Hermannus* ipsam prebendam ex tunc ut ex nunc perpetuo obtinebit et ipsi et successores eorum presenciam chori recipient. Predictam autem prebendam confert ipsa *Geza* ad tempora vite sue et post mortem suam *Volzo*, *Elizabet* et *Katherina* dicti *Bezereren* quamdiu vixerint habent ius conferendi prebendam supradictam, et postquam predicte tres persone esse desierint, tunc scolasticus ecclesie nostre habebit ius eam conferendi.

Act. et dat. a. d. M.CCC.IV, fer. v. p. fest. b. Andree apost. prox.

(Die Siegel der Ausſteller und der Wormſer Richter hängen wenig beſchädigt an.) Orig.

№ 647.

1304 (5. Dec.). I. n. d. a. Cum nichil sit certius morte, nichilque incercius hora mortis, ego *Mildrudis* relicta quondam *Erkenboldi*, ciuis *maguntini*, de salute anime mee premeditans ac predicti *Erkenboldi* mariti mei, de bonis meis proprietariis tria altaria in cenobio s. *Agnetis* in *Maguncia*, in quo quidem cenobio predictus *Erken-*

boldus est sepultus, vnum videlicet in honore b. Marie virginis, secundum in honore b. Petri apostoli et tercium in honore b. Johannis apostoli et ewangeliste institui, ad que quidem altaria officianda tres sacerdotes deputaui, item ordino, quod hii tres sacerdotes inter se procurent, vt cottidie vna missa pro defunctis ab eis dicatur, item volo, vt in anniuersario meo, *Erkenboldi,* mariti mei predicti, patris mei et matris mee, soceri mei et socrus mee et in vigilia omnium animarum vigilias pro defunctis cum nota decantent et in die missas pro defunctis celebrent, item volo, vt in diebus magnarum festiuitatum, in quibus solet fieri compulsacio, intersint prime misse cum aliis sacerdotibus, que missa cum nota ab omnibus capellanis celebratur dicta prima primitus a conuentu. Item ordino, quod si vnus istorum trium sacerdotum decesserit vel ad alium locum se transtulerit, quod ex tunc *Erkenboldus* filius *Sifridi* de *Lythenstein* adhuc puer existens in locum illius recipiatur et medio tempore per alium sacerdotem altare officietur, donec presbiteratus ordinem fuerit consecutus. Item ordino, quod vnus dictorum trium sacerdotum sit aut de mea cognacione vel mei mariti predicti semper assumendus, ita, si ydonea persona potest inueniri, et illa debet infra annum post receptionem beneficii ad presbyteratus ordinem promoueri et habebit ii. marcas denariorum colon. in redditibus pre aliis duobus consociis suis, quas percipiet de censu curie dicte *Hemmenrode,* item volo, quod si persona ydonea non potest in dictis cognationibus inueniri, alii honesto viro seculari conferatur et tunc dicte ii. marce inter dictos tres sacerdotes equaliter diuidentur etc. Item volo, vt post obitum meum ossa mea et quondam *Erkenboldi,* mariti mei predicti, extumulentur et ad eundem locum, quo se abbatissa et conuentus predicti transtulerint, si ita contigerit, deportentur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.IIII, nonas decembris.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt an roth ſeidner Schnur unbeſchädigt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 648.

1305. Iudices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Nycolaus* dictus *Busere* miles de *Ingelnheym* vna cum *Jutta* vxore sua in nostra presencia constituti recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Marie in campis mogunt.* redditus xl. maldrorum siliginis, mensure pinguensis, que dicti decanus et capitulum de decima sua, quam habent in villa *Hilbersheim* et eius terminis, prefatis coniugibus persoluebant, quos eciam redditus idem miles, prepositi ecclesie s. *Marie* predicte vasallus existens, in feudum ab ipso preposito obtinebat, pro ccviii. libris hallensium, quos quidem redditus prefati coniuges coram sculteto et scabinis ville *Hilbersheim* se resignasse dicebant sicut ibidem consuetudinis est et moris, *Jutta* quoque predicta, negans redditus huiusmodi sibi vmquam per dictum suum maritum fuisse assignatos in dotem, iurauit tactis corporaliter sanctorum reliquiis eosdem redditus et si dotales existerent, nunquam repetere, nec ipsis decano et capitulo in eisdem inpedimentum prestare. Et ne propter absenciam domini feudi seu contradictionem ipsius annullacioni contractus huiusmodi preberi posset occasio aliqualiter in futurum, predictus miles *Jacobo* preposito similiter in nostra presencia constituto et vendicioni predicte voluntarium prenbende consensum in restaurum dicti feudi alienati sibi bona specifice annotata inferius designauit, videlicet curiam suam sitam in *Ingelnheim* dictam *der Schefern hof*, vineam dictam *der Bernhart* eidem curie adiacentem et vineam dictam *vf Schegelere Buhele*, necnon pratum suum dictum *der asinare wise*, in eundem prepositum dictorum bonorum proprietatem de consensu dicte sue legitime transferendo, sicque dictus *Jacobus* prepositus, resignacione feudi predicti ab ipso milite sponte recepta, ipsoque milite infeodato per prepositum supradictum de bonis, que

Digitized by Google

ipse miles preposito, ut prescribitur, donauerat, in restaurum feudi prioris redditus seu pensionem prescriptam xl. maldrorum siliginis decano et capitulo sepedictis donauit et contulit. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus sigillo *Jacobi* prepositi et *Nycolay* militis predictorum sigillatis apponi iussimus.

Act. a. d. M.CCC.V.

(Die Siegel hängen gut erhalten an roth ſeidnen Schnüren.)

Orig.

N. 649.

1305. Vniuersis sit manifestum, quod abbatisse et conuentus cenobii b. *Agnetis* in *Maguncia* et *Wenzo* eorundem sindicus coram *Volgmaro,* seculari judice *maguntino,* constituti pro subpignore obligarunt *Mildrudi,* relicte quondam *Eckinboldi,* ciui *magunt.,* redditus censuum, qui a domibus infrascriptis deriuantur, qui ad quantitatem xx. marcarum den. colon. se extendunt, in primis domum dictam *ad cancrum* in foro gentili, item ibidem domum dictam *zume spane,* item domum sitam *an dem Rintmarkite,* item domum sitam apud earum curiam, item domum ibidem, quam inhabitat *Cunradus* dictus *Stockere,* item iv. domos ex opposito curie dicte *ad abbatem,* item tres domos apud curiam dictam *zume wainmanne* sitas, item pistrinum dictum *zume Brymelre,* item domum *Godewibis* apud hospitale, item domum fabrilem sitam apud *Gulferen,* item domum quandam ibidem, item domum inter paruos fabros sitam, item domum dictam *Hirzberg,* item quinque domos *an der Ambach* sitas, item curiam dictam *zume fugilsange,* item domus sita apud speculum et contigua eidem curie domus, in qua venduntur allecia, sita est in via, qua itur versus hospitale, item curiam *ad sellam,* item domum dictam *zume surbire* apud *turrim rubeam,* item curiam eorum, in qua familia eorum inhabitat. Actum

Digitized by Google

presentibus *Frilone zum Iselwecke*, *Cunrado* de *Cacuba*, *Nicolao zume Fleminge*, *Vlone* quondam *Salmanni* judicis filio, *Friolone* dicti *Frilonis* filio et *Tilone* genero predicti *Frilonis*, ciuibus *magunt.* a. d. M.CCC.V. Dicti quoque judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta postmodum recitarunt, presentibus *Craftone* judice, *Cunrado* de *Cacuba*, *Nicolao*, *Haftone* et *Johanne Longo*, aduocatis, *Volrado*, *Hertwino*, *Cristiano* et *Beumundo*, budellis, ciuibus *maguntinis.*

A. d. M.CCC.V.

(Die Siegel hängen unbeschädigt an.) Orig.

№ 650.

1305 (8. Jan.). I. n. d. a. Ne ea etc. hinc est, quod ego *Johannes* miles dictus *Ameyshe* et ego *Margareta*, eius vxor, de villa *Bertolsheim* vniuersis cupimus esse notum, quod nos vnam curiam sitam in villa *Nordolfsheim* contiguam curie *Conradi*, custodis ecclesie s. *Victoris* prope *Moguntiam*, et liii. jugera et quartale vnius jugeris terre arabilis et vineate, sita in terminis ville *Nordolfsheim* in locis infrascriptis, que alias comparauimus iure proprietatis et ab omni exaccione, que wolgariter *beda* dicitur, censu et seruitutibus libera vendidimus decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* prope *Moguntiam* pro cc. librarum hallens. minus xiii. libris hallens. et possessionem curie et agrorum predictorum ipsis dominis tradimus vacuam et liberam ac varandiam cum fideiussoria caucione predictis dominis facere promittimus de predictis bonis debitam et consuetam per diem et annum, secundum huius terre consuetudinem generalem, et promittimus iamdictis dominis ipsos in predictis bonis auctorizare, disbrigare et ab omni homine defendere.

Dat. a. d. M.CCC.V, vi. idus januarii.

Digitized by Google

Situs autem bonorum supradictorum est iste. In campo versus *Bertolfsheim*, qui hoc anno seminatus est, i. juger in loco, qui dicitur *anmecazzendale*, item ii. jugera et dimidium *an der weide*, item iv. iugera di stozen *vffe di wide*, item iii. jugera et dimidium di stozen *vffe di wide*, item juger *zcuride*, item i. juger der stozet *vffe gespelheimere wisen*, item vi. jugera di stozen *vffen holz wec*, item iiii. jugera et dimidium *bi der hecken* apud villam, item i. jugerum et dimidium *an der hecken*, in secundo campo versus *Scornisheim* iiii. jugera *an babenmülen wege*, item iii. jugera et dimidium ibidem viciniora ville, item juger et dimidium apud *Cunonem*, item vii. quartalia *bi der hecken*, item ii. jugera *an demuenzerwege*, item *an dem scornishemer pade* i. juger, item ii. iugera et dimidium ibidem viciniora ville, item duale *vffe scornisheimer pade*, item dimidium juger *an der halden*, item niderwert jugerum et dimidium, item vii. quartalia *an deme scornisheimere pade*, item iii. jugera *in dendrane*, item quartale et dimidium *an der hecken*, item iv. jugera vinearum et dimidium *an den menzer wege*, item i. jugerum situm in loco *Eselen*.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt unverſehrt an.) Orig.

№ 651.

1305 (8. Jan.). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie de gradibus mogunt.* profitemur, quod *Selindis*, relicta quondam *Johannis* dicti *Hertze* institoris, ciuis *mogunt.*, xxv. maldrorum siliginis redditus, magunt. mensure, comparauit apud strenuum militem *Wilhelmum* dictum *Butschuch* in *superiori* villa *Olmene* de vniuersis bonis suis, que in predicta villa habet, soluendos annis singulis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis pro c. libris hallensium. Preterea dicta *Se-*

Digitized by Google

lindis comparauit xx. maldrorum siliginis redditus in villa *Nerstein* apud strenuum militem *Jacobum* dictum *Ruwe*, soluendos sibi ad portam piscium *Maguncie* infra predicta duo festa pro lxxx. libris hallensium, cum quibus omnibus videlicet xlv. maldrorum siliginis redditibus ipsa *Selindis* altare s. Mathie apostoli constitutum per eam apud altare s. Katherine in ecclesia nostra dotauit in hunc modum, quod de predictis redditibus iii. maldra cedent pro vna lampade ardente ante dictum altare, item ii. maldra cedere debent scolari, qui pro tempore ministrabit ad dictum altare in missa et horis aliis oportunis. Preterea *Hennekinus*, filius quondam *Nicolai*, fratris dicte *Selindis*, de redditibus memoratis recipiet x. maldra siliginis ad tempora vite sue, post vero decessum ipsius eadem x. maldra ad redditus sacerdotis, qui pro tempore ad ipsum altare fuerit institutus, libere reuertentur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.V, vi. idus januarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt ſehr beſchädigt an.) Orig.

№ 652.

1305 (21. Febr.). Nos *Heinricus* de *Rippelskirchen* miles, natus quondam domini *Thilmanni* de *Hohenwels*, recognoscimus, quod nos ac nostri heredes *Nycolaum* de *Hocheim* nostrum hominem, generum *Hermanni* de *Peddersheim*, necnon eius heredes manumisimus et ab omni seruicio et peticione, quod et quam nobis et nostris successoribus possent exhibere, ipsos diximus liberos et exemptos, hac tamen adiecta condicione, quod idem *Ny.* in vigilia b. Martini candelam de dimidia libra cere super summum altare ecclesie s. *Martini wormat.* offerent.

Dat. et act. a. d. M.CCC.V, in vig. cathedre b. Petri.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt ſehr beſchädigt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 653.

1305 (19. März). Iudices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod coram nobis constitutis decano et capitulo ecclesie s. *Petri mogunt.* ex parte vna et *Wernhero* dicto *Fadir* et *Petrisse,* vxori sue, de *Muminheim* ex altera, iidem *Wernherus* et *Petrissa* publice sunt confessi, quod ipsi bona infrascripta sita in terminis ville *Mûminheim* videlicet xv. jugera in valle versus *Oppinheim*, item iii. jugera cum dimidio in campo sito versus *Moguntiam* in via *Bischouesheim*, que dicuntur *anewander,* item i. juger iuxta iii. jugera cum dimidio prescripta, item ii. jugera apud *Wernherum* de *Bolandia* apud viam, qua itur *Moguntiam*, item ii. jugera trahencia se super pascua ville *Harwesheim*, item ii. jugera *vor Cloppinberg* iuxta vineam dicti *Fadir* versus viam *Ebirnsheim,* item dimidium juger apud viam *Lurzewilre,* item i. juger cum dimidio vinearum situm apud villam, item i. juger vineti ibidem, item ii. dualia sita *imme Crucewege,* que quidem bona ab omni censu et onere sunt libere, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, in judicio dicte ville coram sculteto et scabinis ibidem presidentibus, prefatis decano et capitulo vendiderunt pro xlii. libris hallensium, atque prefati *Wern.* et *Pe.* bona prescripta ab eisdem decano et capitulo pro pensione in perpetuum persoluenda locacionis titulo receperunt, ita sane, quod dicti coniuges singulis annis in festo assumpcionis b. Marie virginis xii. maldra siliginis, mogunt. mensure, sepedictis dominis presentent. Huius rei testes sunt *Helfricus* plebanus, *Dilemannus* et *Johannes*, fratres, *Wigandus* filius *Ludewici* militis, *Fridericus* campanarius de *Mâmenheim,* fidejussores sunt *Culemanus* scultetus, *Cunradus, Jacobus, Johannes* dictus *Holzappel,* fratres de *Muminheim.*

Act. et dat. a. d. M.CCC.V, xiiii. kalendas aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.) Orig.

Digitized by Google

N. 654.

1305 (5. April). I. n. d. a. Cum nihil sit etc. *Gertrudis*, relicta quondam *Godeboldi zume Lamme*, ciuis *mogunt.*, de bonis suis post obitum suum legat ii. marcarum reditus super domo dicta *zume Ebirnsheimere* prope curiam *zume Clemanne* paulo inferius sita, conuentui monasterii *eberbac.* ad refectionem fratrum communem pro ipsius *Gertrudis* et *Godeboldi*, mariti sui, anniuersario in ipso monasterio fer. ii. prox p. f. palmarum annualim peragendo. Actum coram *Volgmaro* seculari judice *moguntino*, presentibus *Cunrado* de *Cacuba* sententiam proferente, *Heinrico* de *antiquo Sweuo*, *Arnoldo* de *Lychtenstein*, *Petro* de *Arida arbore*, *Petro Humberti*, *Jacobo* de *Rana*, *Petro* de *Rana*, ... dicto *Schallof*, *Georgio* de *Clipeo*, *Nicolao zume Fleminge*, *Anzone* carni ficeet *Hennekino* filio *Heydenrici*, ciuibus *magunt.*, a. d. M.CCC.III, fer. iii. prox p. dom. q. cant. exurge. Dicti quoque judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta postmodum publice recitarunt, presentibus *Johanne* et *Craftone*, judicibus, *Cunrado* de *Cacuba*, *Johanne Longo*, aduocatis, *Volrado*, *Hertwino* et *Cristiano*, budellis, ciuibus *moguntinis.**)

A. d. M.CCC.V, fer. ii. prox. p. dom. q. cant. judica.

(Die Siegel ſind abgefallen.) Orig.

---

*) 1333 (30. Juli) ſchenken „*Petrus* pastor ecclesie in *Eyche* cum manu *Herbordi*, filii fratris quondam *Jacobi* dicti *zum Lambe*, sui mundiburdi, redditus dimidie marce den. col. super domo dicta *zum Ebirnsheymer* inter cistas salis *Maguncie* sita per antedictum *Jacobum* legatos, fraternitati cenobiorum claustralium, videlicet *veteris celle*, in *Dalen*, s. *Agnetis* ac b. *Marie Magdalene* in foro gentili, presentibus *Heinrico ad amplam curiam* ac *Clasmanno zum wildegreuen*," consulibus *moguntinis*. (Die Siegel der Mainzer weltlichen Richter hängen ſehr beſchädigt an.)

Digitized by Google

№. 655.

1305 (25. April). Nouerint vniuersi, quod nos ***Jacobus Engelman*** et ***Lyba*** coniuges, ciues ***wormat.***, consensimus, quod abbas et conuentus monasterii in ***Eberbach,*** qui curiam suam in ***Dynheym*** sitam prope ***Oppenheym*** cum omnibus bonis attinentibus nobis pro censu annuo l. librarum hallensium solummodo ad tempora vite nostre pro subpignore obligarunt, ita, quod post nostrum obitum vtriusque nostris heredibus seu cuiquam alteri nostro nomine in dicta curia omnino conpetit nichil juris, de dictis bonis lxx. jugera agri campestris sita supra montem, strenuo militi ***Heinrico*** de ***Kunegernheym*** et suis heredibus racione cuiusdam concambii facti cum eodem pro aliis bonis sitis in terminis ville ***Flersheim*** supra ***Mogum*** permutare possint atque dare ad habendum, vendendum, permutandum seu in quoscunque vsus voluerit conuertendum.

Dat. a. d. M.CCC.V, Marcii ewangeliste.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№. 656.

1305 (28. April). Tenore presencium innotescat, quod ***Johannes*** dictus ***zume Cirle*** et ***Kusa*** vxor sua, ciues ***moguntini,*** coram ***Volgmaro,*** seculari judice ***moguntino,*** constituti vendiderunt ii. marcarum den. colon. annuos redditus super domo magistri ***Wilhelmi*** aurige siue weynere prope forum gentile ***Moguncie*** sita, decano et capitulo ecclesie s. ***Johannis mogunt.***, necnon ii. cappones in festo b. Martini episcopi hyemalis singulis annis persoluendos, presentibus ***Nycolao*** filio ***Fridemanni***, ***Ortlibo*** de ***Juueni,*** ***Aba*** juniore, ***Vlone*** filio quondam ***Salmanni*** judicis, ***Petro zume speden***, ***Hertwino*** genero ***Verdersheimeren***, et ***Gerhardo*** dicto ***faber,*** ciuibus ***magunt.,*** a. d. M.CCC.V,

Digitized by Google

fer. iii. prox. p. d. b. Valentini mart. Dicti quoque judex ac ciues premissa coram se fuisse rite peracta ad monicionem *H.* de *Lybeberg* camerarii *mogunt.* vna cum *Ph.* scultheto *moguntino,* judicio presidentis, postmodum recitarunt, presentibus *Johanne Longo* et *Nycolao zume Fleminge,* adnotatis *Volrado*, *Hertwino*, *Cristiano* et *Beumundo,* budellis, ciuibus *maguntinis.*

Dat. a. d. M.CCC.V, fer. iv. p. oct. f. paschalis.

(Ohne Siegel.) Orig.

№ 657.

1305 (30. April). Nos *Cvnradus* dictus *Spheyth* miles de *Spanheim* et *Kvnegundis,* coniuges, necnon ego *Demudis,* soror dicti *Cvnradi,* recognoscimus, quod nos *Cvnradas* et *Cvnegundis* predicti, dum alter nostrum viam vniuerse carnis ingressus fuerit, ecclesie s. *Marie* in *Vlenhusen* x. maldra siliginis, pinguensis mensure, nomine annue pensionis, et ego *Demudis* predicta v. maldra siliginis et v. maldra tritici similiter nomine annue pensionis ecclesie in *Vlenhusen* prefate post obitum meum tradidimus ob nostrarum, nostrorum parentum animarum remedium, dictam vero pensionem annone nostri heredes, ad quoscunque bona in *Waldirtheym* sita infrascripta fuerint deuoluta, suis laboribus, periculis et expensis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa infra muros *Pinguie* presentabunt, supradictam eciam pensionem magistra infirmarie ecclesie *Vlenhvsen* prefate recipiet ac quatuor sextis feriis quatuor temporum principaliter et aliis congruis temporibus conuentui suo consolaciones procurabit, vt iugis nostri memoria in ecclesia sepedicta sincerius habeatur, si vero dicta legata in ipsa ecclesia, vt est dictum, non fuerint obseruata, extunc conuentus eiusdem ecclesie se obligauit, quod conuentus ecclesie ordinis s. Benedicti

Digitized by Google

in *Spanheim* anno quidem neglecto supradictam pensionem ab ecclesia *Vlenhvsen* et sic deinceps quolibet anno neglecto recipiet. Sunt autem hec bona pro subpignore assignata, videlicet primo vii. iugera sita in via versus *Beckelinheym*, item iii. iugera in *bonnedal*, item iv. iugera in via *Sulzheym*, item viii. iugera in *asterberge*. Eadem enim bona coram judicibus et scabinis in villa *Waldirtheym*, prout iuris est et moris, sunt dicte ecclesie *Vlenhvsen* pro subpignore resignata, videlicet *Heinrico* sculteto dicto *Lechlere*, *Thilmanno* dicto *Kale*, *Th.* dicto *Rode*, *Petro* fratre suo dicto *Moer*, *Helwico*, *Heinrico* dicto *Dymo*, *Godelmanno*, *Johanne* dicto *Heckerich*, *Vlrico* et *Henrico* dicto *Fudersach* milite et a. q. pl. Si vero pensio supradicta anno aliquo neglecta fuerit, nec dicte ecclesie *Vlenhvsen* assignata, extunc cuncta bona supradicta ad ecclesiam *Vlenhusen* deuoluentur.

Dat. a. d. M.CCC.V, in vig. b. Philippi et Jacobi apost.

(Das Siegel des Abtes Wilhelm in Spanheim ist abgerissen, das des Ausstellers hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 658.

1305 (7. Juni). Ego *Johannes* dictus *Schribere* et *Hedewigis* mea legittima de *Bechdolsheim* profitemur, nos ac nostros heredes in perpetuum teneri singulis annis commendatori et conuentui fratrum in *Flersheim*, ordinis domus *teutonice*, xxiv. maltra siliginis, wormat. mensure, presentanda in *Oppinheim* vel in *Flersheim* et hoc voluntate dictorum fratrum infra duo festa s. Marie assumptionis et natiuitatis, nostris laboribus et expensis, cum x. solidis hallensium et iv. pullis scilicet camponibus, quos eisdem fratribus infra festum s. Martini episcopi teneamur presentare de bonis ipsorum in terminis ville *Bechdolsheim* sitis ac subnotatis, que pro predictis censibus et pensione pre-

Digitized by Google

habita nobis ac nostris heredibus iure hereditario recognoscimus presentibus recepisse, sub hoc pacto, ut si quo anno in solucione dicte pensionis et censuum nos et nostri heredes neglientes fuerimus non soluendo, ipsa bona scripta vna cum suppignore subnotato ad prelibatos dominos libera reuoluantur, addito nihilominus, quod hec eadem bona indiuisa apud vnum heredum nostrum scilicet seniorem conseruentur. Est autem situs bonorum talis. Curia sita in villa *Bechdolsheim*, duale situm retro curiam *Heinrici* dicti *Esel*, item dimidium iuger super vallum, item vnum iuger longum situm in loco dicto *falldor*, item v. quartalia agri pertingencia in predictum iuger, item pecia terre inculte dicta *Erde* sita in monte s. *Petri* pertingens in predicta quartalia, item vnum iuger in via *Dolgesheimere*, item vlterius in eadem via alterum dimidium iuger, item duale agri situm super *wigelstein* pertingens in predictum alterum dimidium iuger, item exterius in via *dolgesheimere* i. iuger apud *Petrum* dictum de *Armensheim*, item vlterius ex altera parte vie eiusdem dimidium iuger pertingens super viam predictam, item in loco dicto *mittelgewanda* alterum dimidium iuger apud dominam *Rebestocken*, item in loco dicto *in foramine* v. quartalia anewinderes, item duale agri protensum vltra viam dictam *slideweg* protingens in predicta v. quartalia, item in alio campo alterum dimidium quartale agri situm super *vcburnen* apud monachos, item alterum dimidium quartale situm uersus locum dictum *helde* pertingens super prata, item tercium dimidium iuger situm in loco dicto *amme kyese* apud dotem ecclesie, item ulterius in eadem gewanda v. dimidium quartale agri apud *Petrum* de *Armensheim*, item i. iuger in loco dicto *yemel*, item i. iuger situm in eadem gewanda vlterius, item iii. iugera protensa in predictum iuger et in vallem apud *Heinricum* militem dictum de *Geyspolsheim*, item superius in valle alterum dimidium iuger apud *Wilhelmum* militem,

Digitized by Google

item x. dimidium quartale in loco dicto *Dvbenburnen* apud dominum *Johannem* dictum *Cruchere*, item i. iuger apud arbores dictas *populos Mechelini* dictas wlgariter *Belden*, item duale agri situm in loco dicto *Ryt* in parua gewanda, item x. ictus pratorum protracti super pratum dictum *horst* puerorum de *Bvdensheim*, item pecia prati in loco dicto *Bygen*, item iii. ictus pratorum subter arbores dictas *populos* domini *Johannis* dicti *Crucheres* prenotati, item x. ictus pratorum cum dimidio ictu pratorum, quos predictis dominis ego *Johannes* et *Hedewigis*, coniuges antedicti, pro suppignore sue pensionis et censuum, qui sunt consulcanei predictis iii. ictibus pratorum, subrogamus, petentes has literas sigillo decani ecclesie *cellensis, mogunt.* dyocesis, sigillari.

Dat. a. d. M.CCC.V, idus junii vii.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 659.

1305 (8. Juni). Judices s. *magunt.* sedis recognoscimus, quod *Emercho* dictus *obir der Bach*, armiger de *Algensheim*, in nostra presencia constitutus recognouit, se omnia bona sua sita in villa *Algensheim* predicta, tam in pascuis, siluis, aquis, nemoribus, juribus et redditibus ad eadem spectantibus, *Sophie* sorori sue et *Johanni* clerico, filio ipsius *Sophie*, donasse et coram scultheto et scabinis ville *Algensheim* in iudicio ibidem resignasse pro annua pensione xxvii. marcarum denariorum colon., tribus hallensibus pro quolibet denario computatis, presentanda *Emerchoni* ad tria miliaria de villa *Algensheim* predicta computanda ad tempora sue vite, ad quemcunque locum voluerit, ipsorum laboribus et expensis. Videlicet i. jugor vinearum situm in *Muchelgruben* in terminis ville *Algensheim*, item dimidium iuger in campo *vrechten*, item i. terciale in *vrechten* tendens ad dominos de s. *Johanne* in *Ringowia*, item

Digitized by Google

i. iuger dimidium tendens ad terciale predictum, item i. terciale tendens ad semitam *of der mûchelgruben*, item i. dimidium iuger dictum *hûtebohel* prope *Cunradum* de *Odernheim,* item i. iuger cum dimidio terre arabilis situm *an der Leymgruben* prope sculthetum dictum *Erphin,* item i. duale tendens ad viam *sporgheimer wege,* item i. iuger situm prope *Heinricum* dictum *Nacht,* de quibus quidem bonis predicti *Nicolaus* et *Johannes* annuum dabunt censum, qui *hubenzins* wlgariter nuncupatur, exceptis i. duali terre arabilis et altero dimidio duali vinearum, que fuerunt *Dilmanni* de *Clippeo,* ciuis *moguntini.*

Act. et dat. a. d. M.CCC.V, fer. iii. prox. p. penthecostes.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe abgefallen.) Orig.

№ 660.

1305 (28. August). *Wernherus* sclasticus ecclesie s. *Andree wormat.,* judex a decano et capitulo ecclesie *wormat.* vacante sede deputatus, discretis viris *Johanni* de *s. cruce* et *Theodorico* dicto *Creiz,* prebendariis ecclesie *nuhusensis* extra muros *wormacienses,* salutem in domino. Cvm nos feriam ii. p. diem Bartholomei apost. prox. ad publicandum attestaciones testium productorum coram nobis in causa, quam *Golfridus*, illustris domini *Rvdolfi* dvcis *Bauwarie* in *Reno* notarius, contra *Eberhardum,* natum *Eberhardi* dicti *Vetzer* de *Bensheim* militis, super canonicatu seu prebenda' post mortem *Wernheri* dicti *Demon,* quondam canonici ecclesie *nvhusensis,* in ipsa ecclesia *Nvhusen* vacantibus prosequitur, prefixerimus, mandamus vobis, quatinus prefatum *Eberhardum* et omnes alios, qui sua crediderint interesse, citetis ad nostram presenciam, vt apud *Dirminstein* in ecclesia inferiori compareant coram nobis dictorum testium productorum publicacionem audituri et alias vlterius in ipsa causa in quantum de iure fuerit proceden-

Digitized by Google

dum cum intimacione, quod siue venerint siue non, cum parte presente procedemus in quantum de iure possumus et debemus.

Dat. a. d. M.CCC.V, sabb. p. diem b. Bartholomei apost.

(Die Siegel des Ausstellers und des Domkapitels zu Worms sind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 661.

1305 (15. Oct.). Iudices *wormat.* Constare volumus, quod *Guda* relicta quondam *Richilmanni,* ciuis *wormat.,* recognouit, quod decanus et capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* et *Richelmannus* predictus census infra scriptos communes habuerunt, videlicet *Johannes Cerdo,* filiaster *Zeysolfi,* de area domus sue circa riuum v. vncie wormat. den., item dictus *Celnere* v. vncie, item domus quondam *Gudilmanni* sellatoris iii. solidos, item domus *G. Weitder* xxi. den. wormat., item *Begine* in conuentu *Gudilmanni* xx. den. de domibus suis ibidem circa riuum, item domus quondam *Bertoldi Oppinheimers* x. den. wormat., et quod dictus *Richilmannus* partem suam censuum in remedium animarum ipsius et *Gude* in testamentum legauit, quos census dicta *G.* hactenus collegit et dictis dominis ministrauit, nunc autem dicta *G.* timens, ne aliquod grauamen predicte ecclesie de predictis censibus post obitum ipsius incumbat, coram nobis dictos census resignauit et predictis dominis contulit.

Act. s. h. presentibus *Wilhelmo* decano ecclesie predicte, *Balzone*, *Johanne* de s. *cruce* et *Eberhardo* de s. *Katherina,* prebendariis predicte ecclesie, *Diderico* clerico, *C.* colono *Richelmanni* et *Hippela* moniali nate *Holtmundi,* a. d. M.CCC.V, fer. vi. a. Galli conf.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 662.

1305 (29. Nov.). Judices *wormat.* profitemur, quod *Reinoldus* piscator *wormat.* et *Metza* vxor sua recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super domo eorum, quam inhabitant, sita in fine fici *Brolgaszen* inter *Zeisolfum Isenmengeren* et *Nicolaum Milueren*, ciues *wormat.*, qui censualis est schulteto ciuitatis *wormat.* in iii. obul. hallens., redditus ii. librarum hallens. annuos, dandos ab ipsis de domo eorum lapidea et alia habitacione sua, quam inhabitant predicta, ecclesie s. *Pauli* predicte ac decano et capitulo predictis nomine census in festis b. Georgii et Remigii pro xl. libris hallensium.

Act. et. dat. a. d. M.CCC.V, in vig. b. Andree apost.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 663.

1306 (20. Jan.). Nos frater *Bruno* commendator, ceterique fratres domus s. *Marie theuthonice* in *Maguntia* recognoscimus, quod nos de assensu fratris *Eberhardi* de *Solzbach*, preceptoris fratrum nostri ordinis per *Alemanniam*, *Johanni* scolastico ecclesie s. *Petri moguntine* vendidimus pro xix. marcis denariorum colon., iii. hallensibus pro denario quolibet computandis, minus fertone, bona infrascripta in terminis ville *Partinheim* sita, videlicet in superiori campo dicto *in dem fritage* i. juger et dimidium, item *in deme walestaffele* i. juger, item *in deme westerlande* ii. iugera et dimidium, item *in cruces gewande* i. iuger, item *in deme vendersheimer wege* v. quartalia, item *offe der slehte* i. iuger diuisum, item in inferiori campo eiusdem ville *Partinheim offe somerlange* ii. iugera, item *offe Nuzzepade an der nyderen vore*

Digitized by Google

an hern *Isenhobites* stucke iv. iugera, item *in der helden* i. duale, item *an Lentenbornen* i. duale, item *in drofilbornen* i. duale, item in *slehte* i. iuger, que iugera omnia sunt terre arabilis.

Acta sunt hec a. d. M.CCC.VI, xiii. kalendas februarii.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 664.

1306 (20. Febr.). Wir Juncherre Johannes genant von Mezzen vnde vnsir eliche vrowe iuncfrou Agnes von Hohenuels foriehen vns, daz aleyne wir hetten anesprache an di von Otterburg vmme dineſt vnde vmme fodie vnde vmme bede vf ireme gude zv deme ſande von dez gerehtis wegen zv Eychen, dez hildden wir dage geyn eyn etwidike biz zuleſt daz vnſere vrond vns daz vndirwiſedden, daz wir vnreht heden vnde daz vns di ſelben geiſtlichen lude nich ſuldic enweren, dan alſoliche dinc, di ſi alle iare biz vffe den dac haben gedan, vnde dar vmme, daz ſi von vns vnde von vnſeren Erben alſulicher aneſprachen ſin entladen, dar vmme ſo foriehen wir vns, daz wir vnreht heden vnde daz wir zv male dar vf forziehen, hetten abir wir di keyn reht gehabet, daz muſte gerured ſin von vnſerme bulen hern Hermanne von Hohenuels beyd in lehens vnd in pandiſwis, ſo forzihen wir abir bede darvf bith dez ſelben lehenherren handen vnde geuolge. Diſe rede wart alſo geendeht vnde vberkummen, daz diſelben geyſtlichen lude vns gabten nid durch de keyn reht wen durch eynueltige frontſchaft xiii. maldir kornes gereyd, doch alſo, wer daz ſi forbas me imman vmme ſoliche dinc ane ſpreche, ſo ſolle wir ſi daz for bedingen, worden ſi abir bid rehdde dez vber kommen, ſo ſolten ſi iz liden, abir wir ſoltden in di forgeſchribenen xiii. maldir kornes wider geben. Wir Herman von Hohenuels foriehen vns, daz wir hibi waren vnd vnſeren willen dar zv gaben vnde beſigelen iz, doch alſo, daz wir odir

Digitized by Google

vnſir erben daz dorf vnde daz gerithe zv Eychen wider zv vns geloſen, daz wir vf vnſere gewohnheit vnde reht vf deme houe zv deme ſande vnde deme gude nith forzihen, her vber waz auch her Wilhelm vnde her Eberhart von Randecken, her Johan vnde der iunge Sifrid von Wartenberc di rittere, diſe biden auch wir Johan von Mezzen vnde iuncvrowe Agnes, daz ſi ire ingeſigel bid vnſerme bulen vnde bid vns henken an diſen brif.

Diz wart vberkummen a. G. geb. m.ccc.vi, do man in vaſte gent.

(Das erſte und letzte Siegel iſt abgefallen, die übrigen hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 665.

1306 (14. März). Judices *wormacienses* profitemur, quod *Heinricus* campanator et *Elizabeth* de *Crisheim*, coniuges, in nostra constituti presencia publice sunt confessi, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* vi. maldra siliginis annui redditus ipsis *Wormacie* infra natiuitatem et assumptionem b. Marie virginis presentanda suis laboribus et expensis, pro quibus soluendis dicti coniuges curiam sitam in *Crisheim* cum horto et vinea et aliis suis attinenciis, que fuit *Adilheidis* begine, nulli censualem et ii. jugera cum dimidio vinearum et campestris agri in vno sulcu sita *in der awen*, consulcanea ex superiori parte relicte quondam *Gozzonis* militis de *Munsheim*, ex inferiori vero *Heinrico* dicto *Breytſuz*, censualia in *munsheimer hubhof*, que est *Friderici* de *Mekinheim*, pro subpignore obligarunt ac eadem pignora vna cum *Adilheide* begina predicta, que dictam curiam actenus possedit, in manus *Jacobi* dicti de *Grinstat*, dicte ecclesie s. *Andree* vicarii, cuius prebende dicta vi. maldra siliginis sunt specialiter deputata, primo coram sculteto et schabinis in

Digitized by Google

Crisheim, deinde coram sculteto et scabinis predicte *hubhof* in *Munsheim*, postea coram nobis secundum utrorumque locorum jus et consuetudinem assignarunt, hac condicione adiecta, ut si predicti coniuges in solucione dictorum reddituum neglientes fuerint, sepedicti religiosi potestatem habebunt dicta pignora confiscandi et suis usibus usurpandi. Est eciam huic tractui specialiter hoc adiectum, ut dicta pignora apud vnum tamen successorem permaneant indiuisa.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC.VI, fer. ii. post. domin. letare jerusalem.

(Das Siegel der Ausſteller hängt gut erhalten an.) Orig.

№ 666.

1306 (27. März). Notum sit vniuersis, pro remedio anime quondam *Jacobi* militis de *Bertholsheim* fore taliter ordinatum, quod xxvii. maltra siliginis de quibusdam bonis immobilibus apud villam *Dittelnsheim* sitis omni anno in perpetuum aut intra *Wormaciam* aut *Oppenheim* inter duo festa assumptionis et natiuitatis s. Marie virginis sub mensura wormaciensi presentanda, deputata sunt in prebendam sacerdoti celebraturo cottidie missam vnam in altari s. Johannis in cenobio sanctimonialium in *Dalen* prope *Moguntiam*. Et huius prebende collacio spectabit pleno iure ad *Johannem* militem de *Bertholsheim*, fratrem *Jacobi* prefati, et eiusdem *Johannis* heredes proximos consequenter, ita, quod quandocunque aut quocienscunque prebendam ipsam quocunque ex casu contigerit vacare, pretactus *Johannes*, si pro sacerdote seculari boni nominis et fame rogatus fuerit per abbatissam et conuentum predictas, ipse

*) 1332 (7. Febr.) verleiht der obg. Jacob von Grindſtadt einen Theil obiger Güter an Johann, den Sohn Herbords gen. Schreier. (Das Siegel des Andreasſtiftes zu Worms hängt unbeſchädigt an.)

Digitized by Google

Johannes ad preces earum tali prebendam illam conferet sacerdoti, quod et heredes eius facient successiue. Ad huiusmodi pie constitutionis firmitatem ***Arnoldi*** de ***Lorchen*** et ***Herbordi*** de ***Olmene*** dicti ***Ring***, militum, sigilla pendula hiis literis sunt appensa.

Act. et dat. a. d. M.CCC.VI, dominica palmarum.

(Die Siegel hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 667.

1306 (1. April). Vniuersis s. matris ecclesie filiis ***Fridericus*** dei gracia ***argentinensis*** episcopus salutem etc. omnibus vere penitentibus, qui ad fabricam ecclesie s. ***Johannis*** in ***Maguncia*** de bonis sibi a deo collatis pias elemosinas largiuntur et alias impenderint opera caritatis, xl. dierum indulgencias de iniuncta eis penitencia quandocunque ecclesiam ipsam accesserint, misericorditer in domino relaxamus presentibus, dummodo ad id consensus dyocesani accesserit.

Dat. a. d. M.CCC.VI, kalendas aprilis.

(Das Siegel hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 668.

1306 (27. April). Jvdices ***wormat.*** profitemur, quod ***Johannes*** dictus ***Holderbarmer*** et ***Metza*** de ***Hyrzesberg*** vxor eius, ciues ***wormat.***, pro remedio animarum suarum in honore b. Cosme et Damiani cappellam, adiacentem parrochie s. ***Lamperti wormat.***, construxerunt et eandem bonis et rebus subscriptis xxx. maldris siliginis dotauerunt, ita, quod perpetuus vicarius sacerdos ibidem instituatur missam cottidie celebrando et chorum s. ***Martini*** more vicarii frequentabit et obedienciam faciet decano dicte ecclesie s.

Digitized by Google

Martini wormat. Contulerunt eciam dicti coniuges dictum beneficium *Emerchoni* sacerdoti, filio *Wernheri* lapiscide dicti *Alcystri,* ciuis *wormat.* Sunt autem redditus dicto altari deputati, videlicet v. maldra siliginis in *Flamburne,* quos dedit *Stephanus* armiger dictus *Longus* ipsis coniugibus, item xxv. maldra siliginis de bonis, que emerunt dicti coniuges a *Gerhardo Dyrolfi* et *Wernzemanno* dicto *Rytterchen* juniori, ciuibus *wormat.,* sita in terminis ciuitatis *wormat.* dicti *burgerfelt,* quorum situs talis est, videlicet vi. jugera *an Manschende* versus ciuitatem consulc. *Heilmannus Holtmundi,* cum i. jugere, item iii. jugera tendencia super stratam *Peffilenkeym* versus vineas consulc. *Heilmannus Holtmundi* cum iii. jugeribus, item i. juger ibidem consulc. *Jacobus Engelmanni,* item ii. jugera super *Roderen* consulc. relicta *Alheri* versus ciuitatem, item iv. jugera tendencia versus *Erenburg* consulc. *Golzo Crutsach* versus *Peffilinkeym,* et hec predicta bona pro subpignore obligarunt. Quod si dicti coniuges citra *Renum* alios redditus, videlicet xxx. maldra siliginis, designauerint in dyocesi *wormat.,* ex tunc erunt bona libera supradicta, vel si dicti coniuges pecuniam in cameram s. *Martini* deposuerint, scilicet pro quolibet maldro xxx. maldrorum iv. libras hallens. vel plus, secundum quod emi possunt et empta fuerint, ex tunc erunt bona libera supradicta. Acta sunt hec presentibus magistro *Syfrido* canonico ecclesie predicte, *Johanne* de *Ymensheim* prebendario ecclesie *nuhusensis, Jacobo Ebberzonis, Cunrado Dymari,* ciuibus *wormat.,* fratre *Hanemanno* de *Schonawia, Merkelino* de *Hyrzeberg* armigero, *Cunrado* de *Laudeburg* notario nostro fideli.

Dat. a. d. M.CCC.VI, fer. iv. p. domin. jubilate.

(Die Siegel der Ausſteller und des Martinsſtiftes hängen unverſehrt an, das des obg. Johannes Holderbaum fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 669.

1306 (18. Mai). Judices *wormat.* volumus esse notum, quod *Heinricus Longus* molendinarius *wormat.* recognouit, jus suum hereditarium, quod habuit in molendino ecclesie s. *Pauli wormat.,* per decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli* predicte esse euictum ab eo per judicium seculare pro censu neglecto, in quo eisdem dominis existit obligatus, et abiudicatum ei, ita, quod ipsi domini de dicto molendino ordinare possunt, quod voluerint.

Act. et dat. presentibus *Heilemanno Rosen* prebendario *wormat.,* *Emerchone Bock* prebendario s. *Pauli,* *Hanemanno ad rotam,* *Eberhardo* de *stella,* ciuibus *wormat.* et *Nicolao* dicto de *Landecken* tabellione curie *wormat.,* a. d, M.CCC.VI, fer. iv. a. f. pentecost. prox.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

№ 670.

1306 (18. Juni). Judices s. *maguntine* sedis recognoscimus, quod *Elizabeth* dicta *Lorcheren,* relicta quondam *Heinrici* de *Lorche,* *Heilmannus,* *Elizabet,* *Agnes* et *Greda,* liberi ipsius relicte, coram nobis constituti vendiderunt v. maldrorum siliginis, maguntine mensure, annuos redditus abbatisse et conuentui monasterii in *Dalen* prope muros *maguntinos* pro x. marcis denariorum colon., iii. hallensibus pro denario quolibet computatis, promittentes eisdem monialibus huiusmodi maldrorum redditus singulis annis soluere et infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa assignare ac ad monasterium predictum presentare suis periculis, vecturis, laboribus et expensis. Ad maiorem eciam certitudinem solucionis pensionis predicte dicta relicta eiusque liberi predicti bona eorum sita in terminis ville *Badenheim,* videlicet iii. jugera vinearum *zu*

Digitized by Google

pvloch minus i. quartali, item v. jugera agrorum *vber den winterheymer weg,* item *amme grasewege* i. et dimidium jugera vinearum, item *amme Rudelspale* duale vinearum, item *zu Oberendorf offen Burne* ii. et dimidium jugera agrorum, item *offen meden Boele* dimidium juger agri, item *jnme vszeren Banne* prope *stvben* ii. jugera pratorum, que quidem bona prepositure ecclesie *magunt.* in ii. solidis denariorum colon. soluendis singulis annis in festo b. Martini censualia existunt, prefatis monialibus titulo subpignoris obligarunt. Preterea dicta relicta eiusque liberi predicti promiserunt, monialibus predictis se curaturos, quod *Hannemannus* nunc minor annis, filius et heres dicte relicte, postquam ad annos discrecionis peruenerit, predictum vendicionis contractum ratum et gratum habebit, et ut ipse moniales de hoc secure existant, dicti relicta et liberi eius *Syfridum* dictum *zu Straisburg, Wilandum* dictum *zu dem nuwenkore*, ciues *maguntinos*, et *Petrum* de *Badenheim* eisdem constituerunt in solidum fideiussores.*)

Acta. et dat. a. d. M.CCC.VI, xiiii. kalendas julii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt an grün und roth leinener Schnur unbeſchädigt an.) Orig.

---

*) 1310 (16. März) verkauft Eberhard, der Sohn weil. Drutwins von Badenheim, Ritters, dem Kl. Dalen in gleicher Weiſe einen Zins von 16 Malter Korns für 44 Pfund Heller und ſetzt dafür zum Unterpfande „jugera sua terre arabilis in villa *Mumenheim*, videlicet iv. jugera *an dem byschofheymer wege*, item iii. jugera et dimidium apud fontem, qui dicitur *oberbrvnne*, item ii. jugera apud *Bolendere*, item i. juger cum dimidio apud eundem *Bolender*, item iii. jugera *an der trappen weyde* apud *Gerhardum* de *Sloter*, item i. juger apud eundem *Gerhardum*, item i. duale apud dominam dictam *Prundeln*, item i. duale apud *Hebestride*, item ii. jugera cum dimidio in campo *Lortzwiler* versus *Mumenheim*, item vii. quartalia versus *Nerstein*, item i. juger et dimidium apud *Johannem* de *Lortzwiler*, item v. quar-

Digitized by Google

№. 671.

1306 (11. Aug.). Nos abbatissa et conuentus sanctimonialium in ***Ramosa, wormat.*** dyocesis, notum esse uolumus, quod nos fecimus de censu i. libre wormat. den., quem habemus super curia ***Johannis*** de ***Frisinheim***, militis, commutacionem cum dominis ecclesie capituli s. ***Pauli wormat.***, ita, quod nos ammodo censum i. libre wormat. den. super curia quondam ***Johannis*** dicti ***Paulini***, ciuis ***wormat.***, percipiemus, et nos versa uice dictum censum, quem habuimus super prefata curia ***Joh.*** de ***Frisinheim***,

---

talia apud eundem *Johannem*, item i. juger et dimidium an der selben anewende, item in campo alio in *Mvmenheim* iv. jugera de viii. jugeribus in sulco versus *Wigandum* militem, item iv. jugera apud eundem sulcum, item ii. jugera et dimidium super *hohengewende*, item ii. dualia apud viam *Oppenheim*, item i. juger apud *Emerchonem Selsennere*, item ii. jugera apud ortum *Mechtildis*, item v. quartalia sita *vf der Steyge*, item i. duale situm in loco dicto *zu were* inter *Anzonem Gallen*, item i. juger *in der mulden*, item ii. jugera et dimidium protracta vltra viam *Swabisberg*, item i. juger apud bona ecclesie s. *Kyliani* in *Nerstein*, item i. apud bona predicte ecclesie, item i. juger *Crvmbengewanden*, item i. juger *vf der Steyge* apud *Bolender*, que jugera coram *Wigando* milite sculteto et scabinis in *Mvmenheim* in iudicio seculari se resignasse dicebat et in manus *Heinrici*, filii *Heinrici* dicti *zvme rebestocke*, ciuis *moguntini*, nomine abbatisse et conuentus predictarum ab eis ad hoc deputati tradidisse, presentibus *Jacobo* sculteto de *Mvmenheim*, *Jacobo* dicto *Mende* de *Badenheim*, *Johanne* de *Sawelnheim*, militibus, *Johanne* fratre plebani in *Mvmenheim*, *Anzone* dicto *Galle*, *Gerhardo* de *Sluchtere*, *Wigando* filio *Ludewici* et *Jacobo* filio eiusdem, *Bertoldo* dicto *Sacman*, *Culmanno* et *Mengoto* de *Nacheim*, fratribus, *Heilmanno* dicto *Retlich* et aliis quam pluribus fidedignis. (Das Siegel der Mainzer Richter hängt beschädigt an.)

Digitized by Google

militis, iuxta parrochiam s. *Lamperti* sita resignamus et omne ius nostrum transferimus in ecclesiam s. *Pauli* antedictam.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC. VI, crast. b. Laurencii mart.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgriffen.) Orig.

№ 672.

1306 (16. Oct.). Nos frater *Petrus* dictus abbas, totusque conuentus in *Eberbach* protestamur, quod locauimus *Wigando* dicto *Greue* et *Grete* vxori sue, ciuibus *pinguensibus*, domum nostram situm ex opposito *Pauli*, eiusdem ciuitatis scabini, pro xii. solidis colon. denariorum iure hereditario, pro quibus obseruandis dicti coniuges domum predictam cum vinea sua dicta *mittelpad*, in terminis *pinguensibus* sita, nobis ac nostro monasterio pro subpignore obligarunt.

Act. et dat. a. d. M.CCC.VI, in die b. Galli conf.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 673.

1306 (18. Okt.). Ich Herman Herre von Hohenuels erkenne mich, daz Ich Grauen Friderichе von Liningen, Johannen ſinen elichen wrtinnen vnd ir zweiger kinden minen halben Teil an der Burge Gunthein, an burcmannen, an burclehenen ſwa ſi gelegen ſint, an dem dorfe vor der burge vnd alleſ daz, daz in deſ dorfeſ marken gelegen iſt, mit

*) 1324 (28. Jan.) bekennt der vorg. Ritter Johannes von Friſenheim, daß ſein von ihm bewohnter Hof „dicta *zu dem hirtzeshorne* sita retro parrochiam s. *Lamperti*“ dem Martinsſtifte zu Worms mit 16 Unzen Wormſer Heller zinsbar ſey. (Das Siegel des obg. Johannes hängt unbeſchädigt an.)

Digitized by Google

willen Wernheres minf bruderf virfatzte vur Tufent pfunde haller, emaleſe daz Ich mine wrtinne ſeligen Elſebeten zv iner elichen frowen genomen hatte, die in minen nutz da kamen. Ich erkenne mich vch, daz her Johan von Kebenheim, Johan ſin ſvn, Cune von Guntheim, Eberhart Fulkeſe vnd andere mins bruder Wernheres ſeligen burgen, die daz ander halbe teil der burge vnd deſ dorfes ze Guntheim, daz mineſ bruder ſeligen Wernheres waſ, daz ſie vur ſoliche ſchult, alſe ſie vur in becumbert waren, innende hatten, nach Wernheres minf bruder ſeligen Tode, mit mime willen den ſelben Teil ovch dem vorg. herren von Liningen, frowen Johannen ſiner wrtinnen vnd ir zweiger kinden ovch vur Tufent pfunde haller, der ſie von imen ganzliche gewaeret wrdent, zv pfande ſatcen, alſo daz du burc vnd daz dorf da vorg. mime herren vnde miner frowen den vorg., ſo von minen ſo von der burgen waegen, vur zwei Tufent pfunde haller vurſetzet wart. Ich erkenne mich ovch, daz zv der hinderſten vurfazzunge, da die burgen minf bruder Wernheres ſeligen teil vurſatcen, ſolichu zil gemachet wrdent, daz ich ſo minen teil ſo mins bruder ſeligen teil inre zehen Jaren vur zwei Tufent pfund haller minf eigenlichen guotes mir vnde minen erben iemerme ze behaltene loſen ſolte, vnde doch mit ſolichem gedinge, daz ich in den erſten funf Jaren nut loſen ſolte, in den anderen funf Jaren ſo han ich macht zv loſende, wande alle diſe rede mit brieuen da her nut beſtetiget iſt geweſen vnd ich darvmbe mit mime vorg. herrren miſſehellic wart, darvmbe, daz ich mich langerre cil vnde Jare vurmaz zv loſunge danne ich hatte, ſo vuriehen ich, daz Friderich von Meckenheim, Syfrid Kranech, Johan von Kebenheim, Johan ſin ſun, Cune von Guntheim, Rittere, Eberhart Fulkeſe vnde Berner ein Jude von Wormeſſen, die ob allen dieſen vorg. tegedingen geweſen ſint, vnd ovch wan min vorg. herre vnd ich aller vnſerre miſſehelle, die wir vmbe Gunthem mit einander hatten, willeclichen an ſi gegangen ſint, vnf alſo guetliche mit einanderen gerichtet hant,

Digitized by Google

daz Ich die vorg. burc Gunthein mit dem so derzv horet, oder aber min erben von dem neheſten ſ. Martinſtage der nu comet vber funf Jar vnde da enſwiſchent mit zwein Tuſent pfunden hallere vnſerſ eigenlichen gutes vns vnd vnſeren erben iemerme zv behaltene loſen ſullent, wer aber, daz ich oder min erben daz niht taeten, ſwanne danne die funf Jahr vurgangen ſint, ſo ſoll du vorg. burc mit burcmannen, mit burclehenen vnde daz dorf mit allen rehten vnd gewohnheiten alſ ich vnd mine vorderen burc vnd dorf beſeſſen hat, mime vorg. herren, miner frowen vnd iren kinden eweclichen genallen ſin.

Geb. n. G. geb. m.ccc.vi, ze Hergiſchen an dem vinſtage nach ſ. Gallen tage.

(Das Siegel hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 674.

1306 (8. Nov.). I. n. d. a. Nos *Johannes* abbas, totusque conuentus monasterii in *Spanheim*, ordinis s. Benedicti, recognoscimus, quod cum monasterium nostrum diuersis existeret debitorum oneribus pregrauatum, nec possemus meliorem viam aliquam inuenire, tandem *Ebirhardo* de *Lapide*, cantori ecclesie *moguntine*, vendidimus terciam partem vniuersalis decime nostre, tam in vino quam in blado, nec eciam minute decime, que nobis dari in villa *Gentzingen* et eius terminis hactenus est consueta, contractui in perpetuum valituro per ipsum *Ebirhardum* cum juribus et ceteris omnibus, quibus eadem pars decime per nos hactenus est possessa, tenendam pro ccccxx. libris hallensium. Promittimus eidem *Ebirhardo* emptori decime vendite warandiam facere debitam, ipsamque decimam sibi in judicio seculari ville *Gentzingen* predicte coram sculteto et scabinis ibidem resignare, sicut ibi est moris. Promittimus nihilominus prefato *Ebirhardo* nos facturos, quod *Symon* et *Johannes*, comites de *Spanheim*, aduocati

dicti nostri monasterii vendicioni huiusmodi consensum adhibeant et super suo consensu ipsi *Eberhardo* suas dent litteras sigillis propriis communitas,*) Super quibus omnibus adinplendis *Albertum* dictum *Vlnere, Philippum* dictum *Museuin*, *Cunradum* dictum *Speyl, Emericum* et *Cymarum,* milites de *Spanheim, Stephanum* quondam prepositum in *Flanheim, Arnoldum* et *Heinricum* dictum *Knappe,* fratres, *Philippum* dictum *Ome,* armigeris, ac *Cunradum* dictum *Vffenbechere* et quemlibet eorum in solidum nostros fideiussores constituimus, quod si in premissis infra annum requisiti negligentes inuenti fuerimus, dicti fideiussores nostri in opido *pinguensi* fideiussionis exsoluent debitum in hospicio, quod ipsis per dictum *Ebirhardum* fuerit deputatum, manendo continue, donec premissa fuerint consumata, quod si dominum *Johannem* de *Spanheim*, qui nunc agit in remotis, redire ad propria non contigerit infra annum, dicti fideiussores nostri pro nobis obligati manere debebunt tam diu, donec contractus vendicionis huiusmodi per ipsum ratificatus fuerit cum ad propria redierit vel eius morte, si ad propria non redierit, fuerit roboratus. Et nos fideiussores predicti recognoscimus, nos esse ad premissa omnia obligatos et quia sigilla propria non habemus sigillis predictorum abbatis et conuentus contenti sumus cum eisdem.

Act. a. d. M.CCC.VI, vi. idus nouembris.

(Die Siegel hängen an roth ſeidner Schnur wohl erhalten an.)

Orig.

N. 675.

1306 (29. Nov.). Judices *wormat.* protestamur, quod *Heinricus Ansonis* et *Methildis,* coniuges, ciues *wor-*

*) Am 14. Nov. deſſelben Jahres willigt der vorg. Graf Simon von Spanheim in vorſtehenden Verkauf ein. (Das Siegel des Grafen ſowie das des vorg. Kloſters hängt ſehr beſchädigt an.)

Digitized by Google

mat., legauerunt ecclesie s. *Andree wormat.* x. solidorum hallens. redditus super domo sua sita in monte s. *Andree* extra muros *wormat.* iuxta domum seu horreum . . . . dicti *Roscbeumere* post eorum obitum dandos et inter presentes chori dicte ecclesie in eorum anniuersariis distribuendos. Est autem hoc adiectum, quod si prefatos *Heinricum* et *Methildim*, coniuges, medio tempore euidens paupertatis stimulus pupugerit, ex tunc censum dictorum x. solidorum vendere poterunt et decanus vna cum capitulo ecclesie s. *Andree* sepedicte si eis placuerit conparabunt.

Act. et dat. a. d. M.CCC.VI, in vig. Andree apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.) Orig.

№ 670.

1307. Nos *Irmengardis* abbatissa, totusque conuentus monialium monasterii in *Nunnenmunster* extra muros *wormat.* constare volumus, quod in nostra constituta presencia *Agnes*, relicta quondam *Johannis* dicti *de picta domo*, ciuis *wormat.*, ob salutem anime sue, necnon animarum patris et matris ipsius, *Johannis* predicti quondam mariti sui ac parentum suorum remedium, altare per ipsam in nostra ecclesia constructum et ad laudem sancte et indiuidue trinitatis ac omnium sanctorum dotauit redditibus xxx. maldrorum siliginis et i. carrate vini de obuencionibus et cremento vini nostre decime in monte *Haselach* sacerdoti seculari ipsum altare officianti, nostris laboribus et expensis pro rata temporis nomine prebende assignandis, pro quibus redditibus tradendis sacerdoti profitemur xxx. iugera agri campestris in terminis ville *Bentersheim* sita, videlicet in superiori campo xv. iugera simul sita *in dem mitheldriethe*, consulcaneus *Gerhardus* dictus *Smvtzel* aduocatus ville, item in inferiori campo x. iugera sita in via, qua itur *Frankendal*, consulcaneus *Emercho* de *Liningen*

Digitized by Google

miles, item ii. iugera ibidem sita *in dem mersch,* consulcaneus *Gernoldus* de *Lumersheim* miles, item iii. iugera in via, qua itur *Frankekdal, bi dem mersh,* consulcaneus *Johannes* de *Wilenstein* miles, necnon xvii. iugera agri campestris, que nobis dicta *Agnes* contulit, ibidem sita, videlicet in superiori campo iii. iugera *vf dem sanevelde,* consulcaneus *Emercho* de *Liningen* miles, item iii. iugera cum dimidio, consulcanei domini de *Vszirstal,* item ii. iugera, consulcaneus *Johannes* de *Willenstein* miles, item in inferiori campo vii. iugera in via, qua itur *Nittensheim,* consulcanei domini de *Vszirstal,* item i. zweiteil in via, qua itur *Nittensheim, gein dem clein Ride,* consulcaneus *Emercho* de *Liningen* miles, necnon decimam predictam in hiis scriptis fore pro subpignore obligata. De collacione autem ipsius beneficii sev prebende per ipsam *Agnetim* taliter ordinatum existit et diffinitum, quod ipsa quamdiu vixerit sacerdoti honesto vel dyacono, qui infra vnius anni spacium ad ordines presbiteratus se promoueri faciat, conferendi habebit liberam facultatem, ea vero de medio sublata ad *Johannem* ipsius natum huiusmodi collacio deuoluetur, post decessum quoque amborum abbatissa nostri monasterii eandem prebendam, quocienscunque vacare contingit, infra mensem conferet sacerdoti ydoneo seculari prout sibi uidebitur expedire, alioquin si predicta abbatissa in conferendo negliens inueniretur infra tempus prefinitum, collacio ad decanum et capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* pertinebit, dictusque sacerdos et eius successores per totam ebdomadam missam pro defunctis preterquam in festis sanctorum, que nouem lectiones habere dinoscitur, et die sabbati, in quo de b. Maria virgine celebrabit, qua celebrata ad propria reuertetur, nullam familiaritatem vel colloquium cum monialibus habiturus, nisi forte pro necessitate ipsius monasterii vel defectu prebende sue memorate. Adiectum est, si ex culpa abbatisse et conuentus utpote propter sub-

Digitized by Google

tractionem dicte prebende sacerdotalis ipsum sacerdotem cessare in dicto altari per tres menses a diuinis oportuerit, prefata bona omnia ad ecclesiam s. *Andree wormat.* deuoluentur, ut decanus et capitulum talem defectum suppleant diuina procurando in altari memorato. In cuius facti noticiam sacerdos predicti altaris in ecclesia s. *Andree* semel in anno, videlicet in vigilia assumpcionis b. virginis Marie prime vespere ipsius festi intererit dimidium quartale melioris vini decano et capitulo in suo consistorio propinando. Verum nos presentem literam sigillo nostro ac sigillo *Johannis* abbatis in *Hennenroth*, nostri monasterii visitatoris, vna cum sigillis capituli ecclesie s. *Andree* predicti ac judicum curie *wormat.* fecimus communiri.

Act. et dat. a. d. M.CCC.VII.

(Die Siegel sind abgefallen.) Orig.

№ 677.

1307 (5. Febr.). Vniuersis sit manifestum, quod *Greda*, relicta quondam *Johannis* dicti *Rode* corduanarii, super *Lichof Moguncie* residens, ciuis *mogunt.*, coram *Craftone* seculari judice *moguntino* constituta vendidit duas domos contigue curie dicte *ad auream libram Moguncie* sitam versus *Lichof*, *Engilmanno* et *Petrisse*, conjugibus, ciuibus *mogunt.*, suisque heredibus, presentibus *Baldemaro* milite de *Zulbach*, *Syfrido* de *Lichtinstein*, *Nicolao Fridemanni*, *Jacobo Cicelborgdor*, *Cunrado* de *lapidea apotheca*, *Ludewico* de *Rota*, *Cunrado* de *Hennenberg* et *Heinrico Bawaro*, ciuibus *mogunt.**)

A. d. M.CCC.VII, ipso die domin. esto mihi.

(Die Siegel sind abgefallen.) Orig.

---

*) 1320 (10. Dec.) schenkt Petrissa, die Wittwe Engelmanns gen. von der goldnen Wage, alle ihre Güter in Mainz gelegen dem Kloster

№ 678.

1307 (1. März). Judices *wormat.* profitemur, quod *Gotzo* colorator et *Metza* coniuges, ciues *wormat.*, confessi sunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super domo et orto suo, quam inhabitant, prout siti sunt super lapidea via ante portam nouam *Wormacie* in *Mennelinesgarlden* et super duabus domibus contiguis sitis ante portam nouam ex opposito curie *Johannis* dicti *Lange* apothecarii, ciuis *wormat.*, redditus i. libre hallens. annui census pro xvii. libris cum dimidia hallens.

Act. s. h. presentibus *Emerchone* dicto *Boc*, *Arnoldo* dicto *Wiselo* de *Starkenberg* et *Heinrico* de *Eichen*, prebendariis ecclesie b. *Pauli* predicte et dicto *Lampertere Vfstozer*, a. d. M.CCC.VII, fer. iv. a. domin. q. c. letare.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

№ 679.

1307 (17. März). Judices *wormacienses.* Recognoscimus, quod coram nobis et sculteto ac scabinis ville *Monensheim*, necnon personis infra scriptis personaliter constituti *Metza*, relicta quondam *Gotzonis* militis de *Monensheim*, ac *Johannes* armiger eius filius, *Heinricus* dictus *Holderbri* miles ac *Metza* eius legittima de *Wachenheim*, necnon *Johannes* de *Wachenheim* armiger ac *Metza* dicta *Dothderlin*, coniuges, recognouerunt, se

---

Eberbach zu ihrer Seele Heil, in Anwesenheit: „magistro *Cunrado* sutori dicto de *Henenberg* sententiam proferente, *Walthero* dicto *Beyger* institore, *Petro* sartore, *Hennekino* dicto *Beyger*, ... dicto *Zenningero*, *Johanne* de *Frankenberg*, sutoribus, et *Johanne* famulo judicis predicti, ciuibus *moguntinis*." (Die Siegel hängen gut erhalten an.)

Digitized by Google

vendidisse decano et capitulo ecclesie b. *Martini wormat.* bona sua sita in terminis villarum *Monnesheim* et *Crichesheim* pro ccxxxvii. libris cum dimidia hallensium. Situs autem dictorum bonorum talis est, primo i. juger *an criehesheimer stege*, item i. juger et dimidium infra viam *burgwec*, item iv. quartalia et dimidium consulcaneus *Fasnach*, item dimidium juger consulc. dos, item duale consulc. domina *Conradi*, item i. dritdeil *anychergaszen*, item iii. jugera *an petdernsheymer marc*, item i. juger super *burgwec*, item i. juger consulc. aduocatus, item duale infra *vzersetzen*, item iii. jugera trudencia super superiorem *burgwec*, item ii. jugera *in sohentache*, item i. *in quatbach* consulcaneus *Hugo ammekaffe*, item i. juger *in quatbach* consulcaneus *Hermannus ammekaffe*, item ii. jugera immegrunde dicta *Ruet*, item i. juger *vnder martden*, item v. quartalia *in den luzen*, item ii. jugera cum dimidio anewenders *an deme dorenberge*, item vii. quartalia consulcanea *Petro Brucken*, item dimidium juger zuhet super *sulzer celre wec*, item iii. jugera *an bockenheimer wec*, item i. juger consulcaneus dominus de *Meckenheim*. Item in terminis *Crichesheim* ii. jugera trudencia super *mulenstucke*, item i. *in santgruben*, item duale consulcaneus *Wernherus Wendepaffe*, item i. juger retro *hollenberge* consulcaneus *Wintder*, item ii. jugera juxta viam *Hersheim* consulcanei domini *theutonici*, item i. juger *in mergesteder wege*, que jugera sita sunt in inferiori campo. Item in superiori campo ville *Monesheim*, item i. juger *an mulwege*, item i. juger *in benzenril*, item iii. trahunt super *benzenril*, item duale *an cellerwege*, item dritdeil wegelange consulcaneus *Johannes* de *Bertholfsheim*, item ii. consulcaneus *Petrus* de *Crichesheim*, item dimidium zuhet *hinderbrunnen*, item altrum dimidium stozet super *wisewec* consulcaneus aduocatus, item ii. *an der beinbrechen*, item iii. jugera su-

Digitized by Google

pra *herstege* consulcaneus *Hugo amme kaffe*, item quartale *an waatdenheimer wege*, item ii. ex alia parte superioris *marstein*, item ii. *an der strazen*, item ii. super *holzwege*, item ii. *in willenbrunnen*, item ii. *an bininger wege*, item ii. ex altera parte *herstrazen*, item ii. stozet super viam *busensheimer wec*, item ii. *an bockenheimer marken*, item in *Crichesheim* dimidium juger *in der auwen*, obewendec des weges, item ii. *an peldernsheimer marken*, item ii. *an lachegewande* consulcaneus *Lerz*, item v. quartalia *an den farberge* consulcaneus *Gerbodo* miles. Insuper prefatus *Johannes* de *Monnesheim* armiger mox coram sculteto ville *Monnesheim*, scabinis et testibus infra scriptis suprafata bona pro se et suis heredibus recepit a decano et capitulo predictis locacionis titulo jure hereditario excolenda pro pensione l. maldrorum siliginis annui redditus ipsis in ciuitatem *wormat.* ante granarium predicte ecclesie singulis annis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis presentanda.

Acta sunt presentibus plebano de *Monnesheim*, *Gerbodone* milite, *Hugone* dicto *amekaffe* armigero, *Bertoldo* et *Wernhero Lichschit*, *Wernhero* dicto *Lerz* sculteto, *Godelone* de *Peldernsheim*, *Heinrico* dicto *Schuheln*, *Johanne* dicto *Kerrechere*, scabinis, *Fabro* dicto *Stolzeln*, a. d. M.CCC.VII, fer. vi. a. palmas prox.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.) Orig.

№ 680.

1307 (5 April). Uniuersis sit manifestum, quod *Culmannus*, filius quondam *Eckehardi* dicti *Riche*, ciuis *moguntini*, coram *Craftone* seculari judice *maguntino* constitutus borgauit, quod postquam *Georgius* et *Helena*, sui congermani, annis perfacte etatis minores, quorum puerorum tutor et mundiburdus extitit, donacionem v. marcarum den.

Digitized by Google

colon. redituum, quam *Heinricus* dictus *Zarte* et *Elizabeth* cum sua coniuge, *Culmannus* et *Alheidis* eius vxor, *Petrus* et *Anna* eius legitima, necnon *Johannes* cum *Greda*, coniuges, fecerunt super hereditate infrascripta in dotem altaris per predictum *Eberhardum* in ecclesia s. *Marie ad gradus mogunt.* fundati patificent et eosdem reditus resignent cum perfacte etatis annos attingerint, vt est moris. Acta sunt hec presentibus *Petro* dicto de *Jueni, Volzone zu Landecken, Cunrado* dicto *ad Romanum, Reynoldo* dicto de *aurea oue, Arnoldo* de *Lichtenstein, Petro* de *speculo, Thilmanno* dicto *Salmensnidere* et *Johanne* dicto *Dusintherze*, ciuibus *maguntinis*, a. d. M.CCC.VII, fer. ii. prox. p. annunc. b. Marie virg. Situs autem predictorum redituum talis est, videlicet super domo *Rudolfi* de *Hennenberg* i. marca, item super domo *Johannis* dicti *Groze* i. marca, item xviii. solidi den. col. super domo *Heinrici* dicti *Drol*, necnon xviii. solidi super curia, quam inhabitat et attinenciis eiusdem curie, videlicet iv. ramis juxta *ambach* sitis.

Dicti quoque judex atque ciues premissa coram se rite fuisse peracta ad monicionem *Jo.* scultheti *magunt.* postmodum recitarunt, presentibus *Ph., Emer.* et *Stubelone*, judicibus, *Hertwino, Christiano* et *Beumundo*, budellis, ciuibus *maguntinis.*

A. d. M.CCC.VII, fer. iv. prox. p. oct. pasche.

(Die Siegel ſind abgefallen.) Orig.

№ 681.

1307 (11. April). Judices *wormat.* profitemur, quod *Johannes*, filius *Wernheri* quondam macellarii ac *Werndrudis*, coniuges, ciues *wormat.*, recognouerunt se vendidisse decano et capitulo ecclesie *wormat.* redditus ii. librarum hallens. annui census super duobus pistrinis eorum

Digitized by Google

cum pertinentiis eorundem, prout situati sunt in vico lane *Wormacia* ad *Benzonem* ex opposito curie *Heilmanni Cyppure*, pro xl. libris hallensium.

Act. s. h. presentibus *Herburdo* de *Laudenburg*, *Sifrido* de s. *Laurencio* et *Conrado* dicto *Cleman*, prebendariis ecclesie *wormat.*, . . . plebano de *Rucheim*, *Gudelmanno super turre* b. *Andree* dicto *Cyppelin* ciui *wormat.*, *Conrado* de *Laudenburg* nostro curie tabellione, a. d. M.CCC.VII, fer. iii. p. domin. q. c. misericordia domini.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

№ 682.

1307 (13. Mai): Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Theodericus* et *Jutta*, coniuges, dicti de *Barba*, ciues *moguntini*, in nostra presencia constituti recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos* omnia bona sua in villa et in terminis ville *Burnen* iuxta *Britzenheim*, videlicet curiam vnam cum domo et orreo ac ortis eidem curie adiacentibus, nec non xc. jugera terre arabilis, ab omni exactione, que *Beda* wlgariter appellatur, et omni seruicio libera, censu duntaxat excepto, qui debetur ecclesie s. *Stephani mogunt.* de bonis predictis, qui census ad maldrum siliginis et xxv. denarios mogunt. et ad vnum pullum ac quatuor oua et dimidium annis singulis se extendit, pro ccclx. libris hallensium, seque dicebant prescripta bona resignasse prefatis dominis coram sculteto, scabinis et iuratis dicte ville *Burnen* hora iudicii vna cum *Johanne* et *Petro*, minoribus filiis quondam fratris predicte *Jutte*, sicut ibidem consuetudinis est, et quia dicti *Theodericus* et *Jutta*, coniuges, *Johannem* et *Petrum*, minores predictos, xl. marcas denariorum colon. habere proponebant in bonis

eisdem, iidem minores cum consensu *Theoderici* predicti tutoris ipsorum similiter in nostra presencia constituti confessi fuerunt, se bona prenotata resignasse, promittentes tam coniuges predicti, quam prefati *Johannes* et *Petrus* minores pretactos decanum et capitulum in prescriptis bonis defendere et ipsis super dictis bonis nunquam litem mouere, sed dictis dominis prestare warandiam debitam et consuetam. *)

Act. a. d. M.CCC.VII, iii. idus maii.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 683.

1307 (14. Juni). Wir Georie Greue von Velbenze vnd Agneſe vnſer elichu wrtinne vurjehent, wande wir von Greuen Friderichе von Liningen vnde Johannen ſiner wrtinne cc. pfunde heller, der vnſ an vnſere bewiſunge, do wir

*) Am 6. Dec. deſſelben Jahres bekennen „*Baldungus* dictus *Vinke* aduocatus in villa *Borne* apud *Olmen* et *Methildis* eius vxor, quod omnia bona, que possedimus in dicta villa et terminis eiusdem, in agris, curiis, pomeriis, domibus, pratis et arboribus, aduocatia duntaxat excepta, quod illa bona habemus jure hereditario ab ecclesia s. *Stephani mogunt.* pro annuo censu et quod eadem bona, videlicet cxii. jugera et curiam nostram cum adtinentiis, pistrinum cum suis adtinentiis, pratum cum domuncula columbarum et salices vendidimus decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* pro cccvi. libris hallensium. (Das Siegel des Stephansſtifts fehlt.)

1336 (25. April) beurkundet Salman Kämmerer zu Mainz, daß er die Satzung und die Truwenhant geſehen und beſiegelt habe, welche Culman Haſt und Grebe ſeine Hausfrau mit einander gemacht und in welcher ſie dem Victorſtifte in Mainz ein Malter Korngeldes auf ihrem Hofe und Garten an dem Ende zu Born geſetzt haben. (Das Siegel Salmans hängt wenig beſchädigt an.)

Digitized by Google

von inen vnſerſ zvgelteſ bewiſet wrdent, gebraſten vffen Gunthein die burc vnde ſwaſ darzu horte, bewiſet vnde gewidemet wrdent, vnd ovch wande ſie vnſ die ſelben cc. pfunt heller mit l. malter rocgen gelteſ, der man vnſ Jergelich in irem houe zv Agerſhein waeren ſol, widerleit vnde geurſaſſet hant, ſo vuriehen wir, daz wir Schoffride vnſerem bulen vnd Agneſen ſiner wrtinnen vurhenget hant, daz ſi alleſ daz reht, daz wir an Gunthein vnde daz darzv horte hatten, mit dem ireme Friderichе von Meckenhein dem alten vmbe zwei Tuſent pfunde haller vurcovffet hant, vnde darvmbe ſo vurzihen wir mit dem eide vffe die burc Gunthein vnd vf Alleſ daz reht, daz wir drane hatten.

Geb. n. G. geb. m.ccc.vii, an der mittewochen nach ſ. Barnaben tage.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 684.

1307 (21. Juli). Judices *wormat.* recognoscimus, quod *Dyzo* dictus *Stranzheimer* et *Methildis,* coniuges ac *Hartlibus* dictus *Cruse* ac *Katherina* vxor eius, ciues *wormat.,* recognouerunt se vendidisse decano et capitulo ecclesie b. *Pauli wormat.* super domo ipsorum sita in inferiori foro super vallem, contigua domui *Crafdonis* dicti *Slethmenger*, que domus est ecclesie predicte in xx. denariis wormat. et *Hanemanno Amelle* in xxxiv. hallensibus et in i. capone censualis, redditus x. solidorum hallensium.

Act. s. h. presentibus *Emerchone* dicto *Boc* prebendario ecclesie predicte, *Johanne* dicto *Nuwegebel*, *Conrado* de *Laudenburg* nostre curie tabellione, a. d. M.CCC.VII, fer. vi. a. f. b. Nazarii.

(Das Siegel hängt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 685.

1307 (24. Juli). Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Volzo* et *Trudlindis*, coniuges, *Katherina*, *Johannes*, *Thilmannus* et *Greda*, coniuges, necnon *Alheydis*, predicte *Trudlindis* pueri, coram *Emerchone* seculari judice *maguntino* constituti sub caucione judiciaria, que *borgen* wlgariter dicitur, se singuli astrinxerunt, quod cum ipsi quoad uixerint de curia dicta *zume walhusere Moguntie* apud fabros sita ii. marcas den. colon. capitulo ecclesie s. *Marie de gradibus magunt.* nomine census soluere teneantur, racione locacionis predicte curie per memoratum capitulum eis facta, si predictum censum decano et capitulo non soluerint, quicumque eorum negligens fuerit in soluendo, ille ab omni iure cadet.

Actum presentibus *Craflone* et *Emechone* dicto *Schubele*, *Cunrado* de *Romano* et *Hertwino* budello, ciuibus *magunt.*, a. d. M.CCC.VII, fer. ii. prox. p. d. b. Marie Magdalene.

(Die Siegel der vorg. Richter hängen sehr beschädigt an.)

Orig.

№ 686.

1307 (6. Oct.). Judices *wormat.* profitemur, quod *Werenherus Drutkindi*, canonicus ecclesie *nuhusensis* extra muros *wormat.*, recognouit, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super domibus *ad cancrum* in vico *Hagenonis* ex opposito capelle s. *Kyliani wormat.* redditus i. libre hallens. dandos eisdem per incolinos domorum in festo b. Remigii pro xx. libris hallensium.

Act. et dat. presentibus *Gerhardo* custode ecclesie s. *Pauli* predicte, *Petro* scholastico ibidem et *Emmerchone*

Digitized by Google

dicto *Bock* vicario ibidem, a. d. M.CCC.VII, fer. vi. p. Remigii proxima.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 687.

1307 (10. Okt.). Judices *wormat.* recognoscimus, quod *Godebrechtus* institor *wormat.* in foro inferiori ac *Kunegundis* vxor sua recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* super stabulo eorum sito in *bubenbornen* contiguo *Nicolao Miluere*, ciui *wormat.*, redditus v. solidorum hallens. annuos, dandos nomine census in festo b. Georii, pro iv. libris hall. et v. solidis, pro quo censu soluendo iidem coniuges dictis dominis domum eorum, quam inhabitant, sitam inter apothecas inferiores pro subpignore obligarunt.

Act. et dat. presentibus *Werenhero Amelle* canonico ecclesie s. *Pauli* predicte, *Emerchone Bock* vicario ibidem et a. q. pl. a. d. M.CCC.VII, crast. b. Dyonisii et sociorum eius.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 688.

1307 (3. Dec.). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Herbordus* dictus *Ring* de *Vndenheim* in nostra presencia constitutus recognouit, se teneri ac debere *Moguncium* presentare suis periculis, laboribus et expensis annue pensionis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa decano et capitulo ecclesie *moguntine* iv. maldra siliginis et ii. maldra tritici, mogunt. mensure, de xii. jugeribus terre arabilis in terminis ville *Vndenheim* sitis, videlicet de duali agri retro domum *Johannis* dicti *Creiz*, item de ii. jugeribus cum dimidio jugere,

Digitized by Google

consulcaneis *Arnoldo* militi de *Lorngen* retro domum *Gebehardi* quondam, item de dimidio jugere *an ober frisenhemer wege*, consulcaneo *Gebehardo* quondam apud v. quartalia, item de i. jugere *in den Lutzildale*, consulcaneo heredibus domine quondam dicte *Senzel*, item de i. jugere *vber den ober frisenhemer weg* in der langen gewanden, consulcaneo *Arnoldo* militi, item de ii. jugeribus et dimido penes agrum, qui dicitur *harsnur*, item de duali *an ober hanhemer wege* apud v. jugera et dimidium *Wernheri* militis, que jugera quondam fuerunt *Henrici* dicti *Helbeling* de *Oppenheim* residentis in *Vndenheim*, super quibus quidem jugeribus *Theodericus* famulus quondam *Emerchonis* de *Icstad*, cantoris ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine*, comparauit dicta iv. maldra siliginis percipienda ad tempora sue vite et ea post obitum suum legauit ecclesie *moguntine*, nec non eciam super dictis jugeribus *Hertwicus* dictus *Gritzing* de *Oppenheim* et vxor ipsius emerunt predicta ii. maldra tritici et ea statim dederunt pro remedio anime sue *moguntine* ecclesie supradicte. Est eciam adiectum, quod vnitus tantum heredum prefati *Herbordi* post eius decessum eadem jugera possideat indiuisa et inter plures nullatenus diuidantur, eligens quoque dictus *Herbordus*, quod si ipse in solutione dicte pensionis negligens inuentus fuerit, prefati domini se intromittere de dictis jugeribus debeant et de ipsis ordinare pro suo libito voluntatis.

Act. a. d. M.CCC.VII, iii. nonas decembris.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 689.

1308 (25. Juni). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod cum inter *Katherinam* de *Frankenstein* beginam *moguntinam* ex vna et *Hermannum* de *Sau-*

Digitized by Google

welnheim militem ex parte altera, super quibusdam bonis, que fuerunt quondam *Geboldi* de *Momenheim* in villa *Ebernsheim* et eius terminis consistentibus, necnon super viii. maldrorum siliginis, moguntine mensure, annue pensionis de prescriptis bonis dandis, lites coram nobis in iudicio verterentur, tandem inter dictas partes ordinatum extitit in hunc modum, videlicet quod *Her.* de *Sauwelnheim* in nostra presencia constitutus recognouit, se et omnes suos heredes debere soluere dicte *Kath.* vel suis heredibus predicta viii. maldra siliginis de bonis supradictis annis singulis ad quamcunque domum voluerit in *Moguncia* infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa suis laboribus et periculis. Descriptio autem bonorum talis est, videlicet domus vna et curia cum cleario dictis domui et curie annexo site in villa *Ebernsheim*, item jugera vinearum sitarum in terminis ville *Ebernsheim*, videlicet i. juger et dimidium sita apud bona . . . dicti *Calwe*, item i. juger et dimidium in *Rorserden*, item iii. jugera sub monte, qui dicitur *Hůlleberg* et i. juger apud monachos, que bona et jugera fuerunt et dicuntur *Geboldis gut* von *Mumenheim*, obligans predicte *Kath.* et suis heredibus nomine subpignoris bona suprascripta, que coram sculteto et scabinis dicte ville *Ebernsheim* in iudicio seculari ibidem ipse *Her.* pro se et suis heredibus se resignasse dicebat sicut ibidem consuetudinis est.

Act. a. d. M.CCC.VIII, vii. kalendas julii.

(Das Siegel der Aussteller hängt an roth und grün seidener Schnur wohlerhalten an.) Orig.

№ 690.

1308 (22. Juli). Nouerint vniuersi, quod ego *Sybodo* de *Smideburg* miles curiam meam in *Gugenheym* sitam indiuisam cum duabus partibus bonorum meorum ibi-

Digitized by Google

dem sitorum eidem curie attinencium abbati et conuentui monasterii *eberbacensis* in perpetuam elemosinam ad remedium anime mee, progenitorum ac heredum meorum donacione inter viuos contuli, dicta quoque bona eisdem religiosis coram sculteto et scabinis dicte ville resignaui in figura judicii secularis, ea condicione adiecta, quod quicquid ipsis de dictis bonis annis singulis deductis expensis prouenerit, conuentui in commemoracione omnium fidelium animarum in pane triticeo, vino franco et bonis piscibus, si quiete haberi poterunt, pro pitancia assignabunt, et quicquid de eorundem prouentuum substancia ipso die supererit, diebus immediate subsequentibus eidem conuentui ministrabunt, si vero pisces et ea, que ad seruicii antedicti complementum pertinent, haberi non poterunt die prenotato infra octauas eiusdem diei vel in ipsis octauis, sicut in primo die, singula peragentur. Bona autem, de quibus dictum seruicium debet ministrari prefate curie in *Gugenheym* site, sunt hec. Primo videlicet x. jugera *vnder Burgwege*, item iii. jugera *zu den Langen nuzzen*, item i. juger *in der huserloche*, item ii. dimidia jugera *vfme huse riche*, item x. *vf dem Brule*, item iii. jugera *vf der strazzen*, item dimidium juger iuxta crucem, item dimidium juger *zu den Langen nuzzen*, item viii. jugera cum dimidio *bi dem vrone hobe*, item v. jugera *an me Lowege*, item i. juger cum dimidio *an dem vridale*, item iv. jugera *in der wanstaffelen*, item dimidium juger *an der helmakes*, item duale et quartale *an dem vridale*, item iii. jugera in duabus particulis *bi der Vlrichen*, item duale *vf den widen*, item pratum *an sawelnheymere brulen*, item pratum *an me hulzwege* situm. Insuper si abbas et conuentus predicti in ministracione seruicii predicti sepius negligentes inuenti fuerint, fructus eis hoc eodem anno de dictis bonis cedentes, expensis prius reaceptis in cultura factis penes veridicam assercionem eorundem bonorum operari canonicis ecclesie

Digitized by Google

pinguensis pro negligencia huiusmodi assignabunt, terciam bonorum vero dictorum partem a curia et duabus partibus bonorum monasterio sepedicto deputatis segegatam penitus et precisam heredibus meis, scilicet quondam sororum mearum ***Byele*** et ***Pace*** filiis, contuli post obitum meum. Partes et situs bonorum heredum meorum sunt videlicet x. jugera infra villam sita, item iii. jugera in via ville ***Partenheym***, item i. juger ***in Bogackere***, item duale ***an der marken***, item iv. iugera ***an dem valledore***, item iii. cum dimidio jugera ***vf der herchelwesen***, item dimidium juger ***vnderme hulzwege***, item vii. jugera ***vf den wingarten***, item i. ***vf me hulzwege*** situm.

In cuius legacionis mee testimonium presentem litteram ***Arnoldi*** de ***Schonenberg*** et ***Heynrici*** dicti ***Schetzelen*** de ***Lorchen***, sororiorum meorum, militum, ipsis in ordinacionem meam consencientibus, duxi sigillorum roborandam. *)

Act. et dat. a. d. M.CCC.VIII, in festo b. Marie Magdalene.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

---

*) 1315 (20. Aug.) bekennt das Kloster Eberbach „quod lxxxv. libras hallensium recepimus de manufidelibus *Friderici* quondam plebani in *Lorche* et eisdem lxxxv. libris hallensium emimus xviii. jugera agrorum cum dimidio erga *Heinricum* dictum *Schetzelin* militem de *Lorche* et *Gebonis* armigeri bone memorie pueros, heredes *Sibodonis* militis de *Smedeburc*, in *Guginheim* sita, videlicet vi. jugera et quartale *an dem valledor*, item iuger *inme Trandal*, item iuger *in den bogeckern*, item duale *an der marken*, item in alio campo iii. jugera cum dimidio *an Schorgervalledor*, item ii. jugera *offer herchilwiese*, item i. juger cum dimidio subtus *holtzwege*, item i. juger *ofme holtzwege*, item iiii. jugera cum dimidio super vineas ex opposito *niemans vrunt*, de eorum autem agrorum fructibus, secundum vltimam voluntatem predicti *Friderici* plebani, a natalibus domini vs-

Digitized by Google

№ 691.

1308 (27. Oct.). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* profitemur, quod *Margareta*, domicella quondam *Embrichonis* militis camerarii *wormat.*, ob sue anime remedium et parentum eius, necnon omnium benefactorum suorum, donauit altari s. crucis in ecclesia nostra bona et redditus subnotatos pro missa alternis diebus siue in ebdomada tribus vicibus inibi celebranda. Est eciam adiectum, quod *Gerhardus*, dicte *Margarete* fratris filius, cum promotus fuerit in sacerdocii gradum, si voluerit, prefatum beneficium possidebit, ipso vero *Gerhardo* mortuo, presentacio sacerdotis ad idem beneficium ad decanum ecclesie nostre pertinebit in perpetuum. Situs autem bonorum et reddituum talis est, primo in campo inferiori in *Hillensheim* v. jugera *an crvcewege* tendencia super *widen*, consulc. domine de *Rosendal*, item iii. iugera sub *grasewege* tendencia super *ammitwisen*, item in campo versus *Odernheim* iii. iugera super *wlfshartsbohele* tendencia versus *Hodernheim*, item apud *crumpwisen* i. juger iuxta *ammitmorgen*, item iii. jugera *in der naslinden*, item i. juger *an haistal* tendens super *dolgisheimer wec* et super *widen*, et de istis predictis agris campestribus *Zardo* colens eos iure hereditario dabit vi. maldra siliginis, item *Heinricus* dictus de *Dan* miles kamerarius *wormat.* dabit vi. maldra siliginis de curia sua in *Munsheim*, donec eadem maldra super bonis aliis comparauit, item in *Flersheim inferiori* i. juger *in der waszerrunsze* tendens super *dalsheimer marke*, item i. juger *in der opperen-*

---

que ad quadragesimam vel quousque tales fructus consumantur in allecibus vel alia consimili pitancia in eiusdem *Friderici*, nec non omnium progenitorum suorum animarum remedium nostro conuentui ministretur. (Das Siegel iſt abgefallen.)

Digitized by Google

bach, que duo jugera colunt heredes . . . dicti *Waenaht*, item ii. jugera super *langenwort*, de quibus *Fritzo* de *Milvesheim* dat i. maldrum siliginis, item i. maldrum siliginis, quod dabit *Cunradus* dictus *Zaser* de curia, que sita est ex opposito curie dominarum de *Hocheim* trans viam, item i. juger vinearum super *trappenberg*, item xl. hallens. annui redditus, quos dat *Elizabet* dicta *Clobeloch* de curia sua sita apud *danzebom*, post mortem ipsius *Margarete* recipiet idem sacerdos et in die anniuersarii sui distribuet inter plebanum et socios parrochie s. *Lamperti wormat.* et cum ipsis habebit porcionem equalem.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, in vig. b. Symonis et Jude apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 692.

1308 (5. Nov.). Judices *wormacienses*. Profitemur, quod in nostra constitutus presencia *Volzo*, prebendarius et subcustos ecclesie *wormaciensis*, nobis est confessus, quod locat viii. jornalia vinearum et xv. jugera terre arabilis minus i. quartali, quorum situs talis, am Cloeſtere iii. morgen, item vf hornberge vii. jornalia, item in der Luzzen iii. jornales vinearum, item vii. morgen vnd i. viertdeil bim Cloeſter, item an Guntheimer wege i. morgen, dable i. halb morgen, item in weſterlange i. morgen, item im Ruenſatze i. morgen, item vf Mergeſtader velde i. morgen, item uf Luzelber i. halb morgen, item an ſultzer marke v. quartalia, item an der Bruke derbi oben an Pebbersheim i. morgen, item vielnach der neiben i. halben morgen terre arabilis, et dimidiam curiam suam sitam in opido *Peddersheim*, in cuius terminis siti sunt eciam agri et jornales supradicti, *Balzoni* filio *Helwici* de *Peddersheim* et vxori sue ac heredibus suis iure hereditario, ita,

quod de illis xv. jugeribus det infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis xiii. maldra siliginis, ipsa in curiam suam scilicet *Volzonis Wormacie* presentando, ad quod faciendum dictus *Balzo* hoc constituit interpignus, videlicet *vfme hoenberge* i. jornalem et i. sweideil *in mittelberg* vinearum similiter in terminis opidi supradicti. Debet autem *Volzo* predictus censum videlicet anno pari domino regi vel suis officiatis, scilicet x. maldra siliginis, cedentem de aliquibus agris et vineis bonorum predictorum, videlicet de vii. iugeribus agri campestris et de iii. jornalibus vinearum apud caustvm, et eodem anno plebano ibidem dimidium maldrum siliginis de dimidio jornali vinearum sito super *hoenberge* suo tempore expedire, anno autem sequente scilicet inpari anno de dictis bonis alicui censum non dabit vllum, nisi duntaxat regi quolibet anno ii. nummos. De predictis vero viii. jornalibus vinearum dictus *Balzo* dabit dicto *Volzoni* dimidiam partem vini, de curia vero dabit in festo b. Martini i. libram *Volzoni* supradicto.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, fer. iii. prox. p. f. omnium sanctorum.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 693.

1309 (15. Jan.). Nos *Johannes* sculthetus, *Philippus* miles dictus *Swap*, *Craſto*, *Emercho* et *Emecho* dictus *Stubele*, judices seculares *maguntini*, profitemur, quod cum a. d. M.CCC.IX, fer. iv. p. octav. Epiphanie dom. in curia archiepiscopi *mogunt.* judicio reipublice, que *vngebodending* dicitur, presideremus, decanus et capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.* super i. marce den. col. annuis redditibus, super domo *dicta Rusenecke*, ad communes presencias, et super ii. solidorum den. col. ad opus fabrice monasterii *ad gradus* supradicti, super domo

Digitized by Google

quondam *Emerchonis* dicti *de porta piscium*, apud domum *Rychenstein* contigue sita, necnon super ii. solidorum den. col., super domo quadam in vico *Cyppatoris* prope curiam *zum Gulfere* sita persoluendis, post primum et secundum bannos suos coram nobis me *Emechone* dicto *Stubele*, judice premissa publicante, primitus conquisitos, tercium bannum eorum super memoratis reditibus conquisiuerunt, et super eisdem reditibus a nobis confirmati existunt per sentencias judiciarias, prout *moguntine* consuetudinis est et juris, presentibus *Nycolao zum Fleminge*, *Heinrico zum Cirle*, *Jacobo Wikeri* et *Nycolao* dicto *Fleugeuel*, aduocatis, *Hertwino*, *Cristiano*, *Beumundo*, *Anzone*, *Heinrico Langenase*, *Heilmanno* et .... dicto *Mudiz*, budellis, ciuibus *maguntinis*.*)

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an.)

Orig.

№ 694.

1309 (17. Jan.). Nos gardianus, totusque conuentus *fratrum minorum* domus *wormat.* recognoscimus, quod procuratores nostri vendiderunt decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* censum iv. vnciarum wormat., quem habere dicebamur super domo juxta estuarium prope por-

---

*) 1335 (25. April) schenkt das Predigerkloster in Mainz dem Kloster Eberbach den. Zinsen „super curia dicta *zum Gulffer Moguncie* sita, contigua vico wigariter dicto *der stoeckergassen* — super domo dicta *daz fladehus* contigua curie *zum Gulffer* — super domo dicta *zum cleinen Gulffer* — super curia dicta *zu Hennenberg* sita in arto vico, vbi itur ad s. *Stephanum*, presentibus *Petro* dicto de *Hattenberge* et *Herbordo* super curia, ciuibus *moguntinis*. (Die Siegel sind abgefallen.)

tam *Judeorum*, quod dicitur *zu der Rusen*, pro viii. libris hallensium.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in die s. Anthonii conf.

(Die Siegel der Aussteller hängen wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 695.

1309 (23. Febr.). Nos *Emercho* decanus et capitulum ecclesie s. *Mauricii magunline* omnibus salutem etc. communi fratrum et totius capituli nostri consensu et consilio statuimus, vt decani, scolastici, custodes et cammerarii in ecclesia nostra pro tempore existentes de annuis redditibus xxx. maldrorum siliginis, wormat. mensure, in terminis ville *Deschisheym* super bonis quondam *Heinrici* militis de *Appinheim* per nos preter et extra summam antiquarum prebendarum nouiter comparatis in modo et mensura, quem habere dinoscimur xxiiii. maldra siliginis inter se diuidenda recipiant proportionaliter sub forma et condicionibus infrascriptis, hiis videlicet, quod decanus, quem vi. sol. cum vi. den. magunt. et scolasticus, quem maldrum siliginis racione scolastrie sue in villa *Astheim*, cum redditibus per quondam *Jacobum* dictum de *Bopardia*, nostrum scolasticum, denuo comparatis in redditibus ... habere confitemur, cum predicti tamen decanus et scolasticus pro calumpnis in ecclesia nostra iam dicta non inmerito sint habendi, ne propter paucitatem reddituum eorundem euanescat auctoritas, ipsis in aucmentum suorum prouentuum xii. maldra de supra scriptis redditibus percipiendis annis singulis, vt que ipsis incumbunt, decentius perficiant, diuidenda proporcionaliter tribuimus facultatem, huiusmodi enim statuto addicimus, vt custos et kammerarius, qui pro tempore fuerint, residua xii. maldra inter se inqualiter diuidant. Volumus eciam, quod custos cum aliis v. maldris siliginis et v. solidis de communibus

Digitized by Google

rebus persoluendis campanarium instituat seu campanatus officium procuret, prout sibi visum fuerit expedire.

Act. a. d. M.CCC.IX, vii. kalendas marcii.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

№ 696.

1309 (5. April). I. n. d. u. Nos *Philippus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* profitemur, nos vna cum *Jacobi,* prepositi ecclesie nostre et *Syfridi* dicti *Dauid,* armigeri in *Lutra* commorantis, consensu extendisse locacionem quorundam agrorum per nos factam quondam *Dorinkardo* et *Elyzabeti,* coniugibus de *Herlisheim* et eorum successoribus in personas *Conradi* et *Alheidis,* coniugum, ciuium *wormat.*, et suorum heredum, ita tamen, quod agri predicti apud vnum heredum *Conradi* et *Alheidis* predictorum remaneant perpetuo indiuisi, quos inquam agros *Dauid,* quondam miles *wormat.,* ad altare summum ecclesie nostre deputauit et legauit pro annua pensione xxv. maldrorum siliginis assignanda singulis annis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis, predictorum tamen coniugum vel eorum successorum vectura, laboribus et expensis, sacerdoti predictum altare officianti, ante quamcunque domum dictus sacerdos voluerit in ciuitate *wormaciensi,* pro qua pensione assignanda predicti coniuges iv. jornales agri campestris proprios sitos in terminis ville *Herlisheim* pro subpignore obligarunt, videlicet i. iuger situm in loco dicto *offe der muntwisen* iuxta dominam *Lengen* viduam *wormat.,* item ii. jugera consulcanea *Dyzoni* dicto *Clettenberg* retro salices *Johannis* de *Lapide,* item i. juger *in der Nortwisen* situm consulcaneum agris dotis ecclesie in *Herlisheim,* hac tamen adiecta condicione, quod si predicti coniuges vel eorum heres pensionem ipsam non soluerit, prefata iv. iugera nos decanus et

Digitized by Google

capitulum ecclesie predicte vna cum sacerdote predicto tollere possimus confiscacionis modo. Situs autem agrorum talis est. In terminis ville *Herlisheim*, videlicet in superiori campo vi. jornales agri campestris super *mittelberge* consulcaneus *Engelmar*, item ii. jugera in twerchgewanden iuxta viam *Peddernsheim* consulcanea dominis de *Otterborg*, item i. iuger et dimidium consulcanea dominis de *Otterborg*, item apud *wedercruce* i. iuger et dimidium consulcanea relicte *Rufi*, item i. et dimidium iuger consulcanea *Werinzoni Riterrchin*, item i. iuger et dimidium ibidem consulcanea *Flegel*, item in twergewanden apud *wedder cruce* iii. jornales et dimidium consulcaneus *Johannes* de *Lapide*, item ibidem iv. iugera consulcanea *Flegel*, item i. et dimidium iuger tendencia per *Kaldenberg**) consulcanea *Philmanno* de *Peddernsheim*, item i. et dimidium iuger tendencia super viam *Abinheim*, item iv. iugera tendencia vltra viam *Abinheim* consulcanea dicto *Flegel* vtrobique, item sub vineis iii. iugera preter quartale consulcanea quondam *Dorinkardo*, item ibidem ii. iugera consulcanea *Hermanno*, item apud *stapheln* v. quartalia consulcanea *Cypputra*, item xv. jugera apud *paffenpadde* consulcanea *Flegel*, item in campo inferiori primo super arena apud leprosos i. iuger consulcanea dicta *Teubin*, item ibidem versus stratam *Reni* i. et dimidium, item ibidem

---

*) 1310 (15. Jan.) bekennt „*Nicolaus* dictus *Werekutz* de *Luszelheim* se conduxisse pro decano et capitulo ecclesie s. *Marie* virginis *veteris monasterii* extra muros *wormat.* v. jornales agri campestris cum dimidio sitos in terminis ville *Herlesheim* in loco dicto *Kaltenberg* in vno sulcko consulc. dominis de *Nuhusa* et *Mergardi* relicte *Hugonis Rockenhuseres*, sibi et filio suo *Nicolao* habenda ad viginti annos pro pensione vii. maldrorum siliginis soluenda in ciuitate *wormaciensi*. (Das Siegel der Wormſer Richter iſt ſehr beſchädigt.)

Digitized by Google

ii. iugera consulcanea *Rockenhusere,* item super arena iv. iugera consulcanea quondam *Dorinkardo*, item ibidem i. iuger, quod non plene transit viam, consulcaneus dictus *Crutsac*, item i. iuger et dimidium consulcanea *Johanni* de *Lapide,* item super arena ii. iugera et dimidium consulcanea *Cyppura,* item ibidem i. iuger et dimidium, item iii. iugera in *specbunden*, item ii. iugera versus puteum consulcanea *Wernzoni Ritterchin*, item ii. iugera iuxta *Nuhusam* consulcanea *Heinrico* dicto *Flegel*, item duale in *Hochheimer marke* consulcanea dicta *Roden*, item in *Kirsberge* i. iuger consulcaneum *Wernzoni Ritterchin*, item duale ibidem consulcanei filii *H.* de *Hochheim*, item ii. jugera versus molendinum consulcanea dicta *Meleweren*, item duale retro *Nuwelende*, item duale versus *hoenbaume* consulcaneus *Hellecrappe*, item *vnder den Luzen* dimidium iuger, quod finit in ambabus, consulcaneum dominis *H.* de *Hochheim.* Censum autem frumentalem de dictis bonis cedentem predicti coniuges vel eorum successor, sacerdos vero predictus censum denariorum eorundem agrorum eis, quibus de iure soluendus fuerit, persoluent. Possunt eciam dicti coniuges vel eorum successores predicta bona alienare et disponere de ipsis secundum quod eisdem placuerit, iure ecclesie nostre et sacerdotis predicti quoad omnia predicta semper saluo. Preterea est adiectum, quod si aliqui de predictis agris sunt alienati per *Hermannum* de *Olmen* vel suos predecessores, erga quem dicti coniuges huiusmodi bona emerunt, dicti coniuges vel eorum successores equa bona iugera in locum alienatorum deputabunt ecclesie nostre. In quorum omnium robur nos *Jacobus* prepositus, decanus et capitulum ac *Syfridus* supradicti sigilla nostra vna cum sigillo judicum curie *wormat.* duximus presentibus apponenda.

Digitized by Google

Act. et dat. a. d. M.CCC.IX, sabb. a. domin. quasimodogeniti.

(Die beiden ersten Siegel hängen gut erhalten an, das dritte fehlt.) Orig.

№ 697.

1309 (9. April). Nos frater ***Harthungus*** gardianus ***fratrum minorum wormat.*** et fratres conuentus ibidem vniuersis noticiam subscriptorum. Cum de duabus domibus apud ***Katerloch***, que iure dominii pertinebant quondam ***Hartmanno*** cultellorum fabro et ***Agneti*** sue coniugi, quas nunc inhabitant ***Conradus*** de ***Alzeia*** et ***Frizzo***, textores, de quibus dominis de summo viii. cappones primo pro censu annuo persoluuntur et postea in festo s. Nycolai v. solidi fratribus nostri conuentus hactenus sunt soluti, quos dominis et canonicis ecclesie s. ***Andree*** percipiendos ***Swikerus*** procurator sedis apostolice et noster vendidit pro iii. libris hallensium.

Dat. ***Wormacie*** a. d. M.CCC.IX, fer. iv. p. quasimodogeniti.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 698.

1309 (15. April). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. ***Andree wormat.*** ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod nos propter ecclesie nostre vtilitatem ***Hunfrido*** de ***Onensheim*** et suis heredibus i. iuger cum dimidio terre arabilis in terminis ville ***Onensheim*** situm, spectans ad bona ecclesie nostre sita in terminis ville ***Gunderansheim***, locauimus iure hereditario possidendum, tali condicione, quod iidem ***Hunfridus*** et sui heredes quolibet anno in festo Remigii de dicto iugere cum dimidio nobis et

Digitized by Google

ecclesie nostre v. solidos hallensium tenebuntur assignare. Est eciam hoc adiectum, quod heredes successiue, ita, quod vnus heres prefatum iuger cum dimidio indiuisum possideat, perpetuo possidebunt.*)

Act. a. d. M.CCC.IX, fer. iii. p. domin. dom. in tua misericordia prox.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.) Orig.

№ 699.

1309 (19. April). *Johannes* decanus et capitulum veteris ecclesie s. *Marie* extra muros *wormatienses* profitemur, nos et ecclesiam nostram teneri decano et capitulo ecclesie *wormat.* viii. maldra siliginis perpetue pensionis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis presentanda de vii. iugeribus agrorum et i. quartali in vno sulco infra stratam *moguntinam* et nostram ecclesiam, necnon camerariorum agris contiguis ac i. zweydeil ex opposito curie quondam *Ropponis* sacerdotis sitis, que jugera nobis et nostre ecclesie locauerunt pro censu annuo prenotato, prout in literis super hoc confectis plenius continetur.

Dat. a. d. M.CCC.IX, sabb. a. domin. jubilate.

(Die Siegel der Ausſteller und der Mainzer Richter ſind abgeriſſen.) Orig.

---

*) 1328 (12. Jan.). Gleicher Leihbrief für Jakob gen. Reichenſtein von Gundersheim über 3 Viertel Acker daſelbſt gelegen, nämlich „i. quartale tendens *vf dye wyde* consulc. domina *Herbula*, item i. quartale retro ecclesiam ibidem consulc. domini de *Ottirburg*, item i. quartale juxta villam *Onsheim* in loco *an dem buhil*, que idem *Jacobus* ad vsum vinearum conuertere se velle dicebat", gegen einen auf St. Remigius zu entrichtenden jährlichen Zins von 3 Kapaunen. (Das Siegel der Wormſer Richter hängt unverſehrt an.)

Digitized by Google

№ 700.

1309 (22. April). *Jacobus* decanus, totumque capitulum ecclesie *wormat.* ad vniuersorum noticiam deducimus, quod nos mediam partem vici siti inter domum nostram, que wlgariter dicitur *staufkelre*, et domum *Johannis* dicti de s. *Ypolito*, ecclesie nostre prebendarii, cuius quidem vici media pars dicte domui nostre *staufkelre* attinet, prefato *Johanni*, ob grata seruicia nobis et nostre ecclesie per ipsum impensa, donamus, hoc tamen adiecto, quod in medio dictarum domorum vnùm cannale suis poni procuret expensis, ne parieti nostre domus occasione pluuialis aque distillantis dampnùm iugeratur aliquod seu periculum generetur, ceterum prefatus *Johannes* domum suam memoratam pro sue remedio anime nostre contulit ecclesie, ordinans taliter de eadem, vt post eius obitum porcanarius ecclesie ipsam domum alicui persone de ecclesia pro annuo censu quanto pluri poterit locet, ipsumque censum in festo b. Petri et Pauli apostolorum vna cum quibusdam aliis redditibus per sepedictum *Johannem* legatis inter presentes chori equaliter parciatur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.IX, fer. iii. p. domin. jubilate.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.) Orig.

№ 701.

1309 (3. Mai). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* protestamur, quod consensu *Billungi* de *Herlisheim* quedam bona nostra infrascripta in terminis ortorum ibidem sita locauimus jure hereditario pro vi. maldris tritici perpetui redditus nobis et ecclesie nostre infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis, ipsius *Billungi* vel vnius heredum suorum, apud quem eadem bona semper indiuisa manebunt, veotura, labo-

Digitized by Google

ribus et expensis, annis singulis ante nostrum granarium presentandis. Et ad ampliorem dictorum vi. maldrorum certitudinem habendam idem *Billungus* iiii. vncias hallensium annui redditus de vno duali *zu aspen* sito sibi cedentes nobis pro subpignore obligauit. Est autem adiectum, quod dictus *Billungus* i. maldrum tritici de dictis vi. maldris ante festum b. Georgii proximo affuturum cum vi. libris hallensium reemere poterit, et ex tunc iiii. vncie hallens. predicte nobis pro subpignore obligate ad ipsum *Bil.* et suos heredes libere reuertentur, necnon pensionem reliquorum v. maldrorum tritici de nostris bonis prefatis respicientes annis singulis percipiemus. Situs vero bonorum talis est, primo i. iuger *in der Cinstede*, item i. juger et dimidium in eadem gwanda, item v. quartalia *zu steine*, item iii. jugera in vno sulco *zu steine*, item i. quartale super *hursten*, item dimidium juger *immie soide*.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in die inuentionis s. crucis.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 702.

1309 (17. Mai). Nos *Petrus* abbas, totusque conuentus monasterii *eberbacensis* recognoscimus, quod soror nostra *Bertradis*, filia quondam *Heinrici* dicti *Bornstab*, ciuis *moguntini*, nostro monasterio x. maldrorum siliginis annuos redditus super subpignora xiv. jugerum terre arabilis, dimidii jugeris vinearum et vnius domus in terminis villarum *Sulgeloch* et *Olmene inferioris* atque curie nostre *Walheim* sitorum, erga *Emechonem*, militem de *Sowilnheim*, nobis in claustro nostro commorantem pro xxii. marcis denariornm colon., necnon erga *Bertramum* dictum *Leuchere*, ciuem *moguntinum*, xxviii. maldrorum siliginis annuos redditus super subpignora lxx. jugerum terre arabilis, dimidii jugeris vinearum, medietatis vnius curie et

Digitized by Google

v. solidorum denariorum colon. reddituum in villa *Hocheim* sitorum, pro cxii. libris hallensium conparauit condicionibus infra scriptis, videlicet quod predicte *Bertradi* quoad uixerit infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa predicta xxxviii. maldra siliginis in ciuitatem *moguntinam* de granario nostro assignabimus, post ipsius vero obitum magister curie nostre in *Moguntia* v. maldra siliginis ad distribucionem elemosine pauperibus annis singulis perpetuo tenebimur assignare, de residuis vero xxxiii. maldris siliginis singulis personis conuentus, preter prebendam statutam et hactenus conuentui ministratam, vnum allec arefactum, quod *bucking* appellatur wlgariter, vel vnum allec recens, si *bucking* comode haberi non poterunt, singulis diebus quadragesime tenebimur annis singulis perpetuo ministrare. Est insuper adiectum, quod si prefata xxxiii. maldra siliginis pro amministracione huiusmodi *buckingorum* seu allecium aliquociens non suffecerint, sindici nostri monasterii i. marcam denariorum colon. superaddent, quam recipient de censibus duarum domorum contiguarum in *Moguncia*, videlicet de domo dicta *zum Bornstabe* et de alia domo contigua versus *rufam turrim* sitarum, quas predicta *Bertradis* nostro donauit monasterio coram judicibus secularibus *moguntinis*.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in vig. penthecostes.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.) Orig.

№ 703.

1309 (17. Juni). Nos *Walzo* decanus ecclesie s. *Stephani magunt.* recognoscimus, quod *Johannes* de s. *Albano*, vicarius ecclesie *moguntine*, constitutus in presencia nostra dedit priori et conuentui monasterii s. *Albani* predicti domum nouam et mediam inter tres domus suas super publica strata, que ducit de *Gauportin* ad forum

Digitized by Google

gentilium, sitas in emunitate ecclesie nostre, pro remedio anime sue, ita tamen, quod ipse *Johannes* vsufructum dicte domus habeat, quamdiu viuit et sub hoc modo, quod dicti prior et conuentus in dominica, qua cantatur misericordia domini, cum duodecim lectionibus memoriam b. Albani, Aurei et Justine, sociorumque eorum ibidem requiescencium in abbis et cum compulsacione magnarum campanarum sollempniter singulis annis peragant.*)

Act. a. d. M.CCC.IX, in crast. b. Aurei et Justine, presentibus *Conrado* priori, *Johanne* de *Velle*, monachis s. *Albani*, *Anthonio* et *Walzone*, canonicis, et *Godefrido* de *Nacheim* vicario predicte ecclesie s. *Stephani*.

(Das Siegel des Ausstellers hängt zerbrochen an.) Orig.

---

*) 1319 (1. Febr.) bekennt Hildebrand, Dekan des Stephansstiftes zu Mainz, „quod *Jacobo*, *Johanne* et *Phylippo*, fratribus germanis dictis *zu Landecken*, canonicis ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.*, in nostra presencia constitutis, idem *Phylippus* prefatis suis fratribus, *Jacobi* et *Johanni*, particulam suam curie, orti ac horrei et domorum eisdem contiguorum et attinencium, sitorum in ciuitate *moguntina* apud portam dictam wlgariter *Gauporten* in solo ecclesie nostre predicte, que curia, ortus, horreum et domus pertinuerunt hactenus pro indiuiso ad eosdem tres fratres ex hereditate *Voltzonis* patris sui, vendidit pro xvi. marcis den. colon., presentibus *Antonio* de *Rota*, *Gernodo* cellerario, canonicis, *Jacobo* de *Schersten* et *Conrado*, vicariis ecclesie nostre predicte. (Die Siegel des Ausstellers und des Stephansstifts hängen gut erhalten an.)

1323 (14. Febr.) bekennt derselbe Dechant Hildebrand „quod *Johanne*, *Philippo*, canonicis ecclesie b. *Marie ad gradus mogunt.*, *Emmerchone*, *Craftone*, laycis, fratribus germanis dictis *zu Landecken*, in nostra presencia constitutis, iidem *Emmercho* pro se et suis heredibus nec non tutorio nomine pro liberis ac heredibus quondam *Orthonis*, fratris sui, infra annos discrecionis constitutis, *Alheyde*, ipsorum

Digitized by Google

№ 704.

1309 (2. Juli). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod in nostra presencia constitutus *Eberardus* de *Lapide*, cantor ecclesie *maioris maguntine*, est confessus, quod ipse et sui heredes nichil iuris haberent in curia *Waleheim*, ipsi *Eberardo* pro cxx. libris hallensium nomine annue pensionis ad tempora vite sue duntaxat percipienda per abbatem et monasterium *eberbacensem* obligata, sicut in literis super eo confectis plenius continetur. *)

Dat. a. d. M.CCC.IX, vi. nonas julii.

(Die Siegel der Aussteller und des vorg. Eberhard hängen unversehrt an.) Orig.

---

liberorum matre, consenciente, *Crafto* pro se et suis heredibus, *Philippo* pro se et suis heredibus prefato *Johanni*, eorum fratri, vendiderunt omne jus, quod eis ex successione hereditaria uel alias vndecunque in curia, orto, horreo ac aliis omnibus domibus ipsis attinentibus in ciuitate *moguntina* juxta portam, que uulgariter *Gauporten* dicitur, sitis competere dinoscebatur, que quidem bona fuerant quondam *Volzonis* dicti *zu Landecken*, patris eorum, pro xxvii. marcis den. colon., presentibus *Anthonio* dicto *zume Rade* canonico et cellerario *Henrico* de *Mulhusen*, *Jacobo* de *Schersten*, vicariis ecclesie nostre predicte." (Die Siegel der Aussteller hängen unversehrt an.)

*) 1321 (23. Febr.) kauft der vorg. Eberhard von dem Kloster Eberbach einen jährlichen Zins von 120 Pfund Heller auf Lebenszeit gegen Verunterpfändung des Hofes gen. Walheim, und 50 Pfund Heller Zins gegen Verunterpfändung des Klosterhofes in Mainz gen. der Erbacher Hof. (Das Siegel der Mainzer Richter hängt sehr beschädigt an.)

Digitized by

№ 705.

1309 (6. Dec.). I. n. d. a. Ego *Fridericus* de *Bopardia*, cantor ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine*, meum testamentum ordino in hunc modum, primo lego annum gracie mihi cedentem post mortem meam ecclesie mee predicte, volens, vt cum fructibus dicti anni et addicione bonorum meorum tanta tam mobilium quam immobilium quod sufficiat procurentur annui redditus xx. maldrorum siliginis, quorum viii. in die anniuersarii mei, vi. in septimo et vi. in tricesimo in remedium animarum mei, *Hermanni* militis de *Bopardia*, fratris mei et meorum progenitorum in dicta ecclesia mea ad presencias perpetue cedant, item lego annuos redditus xv. maldrorum siliginis, quorum vi. in anniuersario *Jutte*, filie olim prefati *Hermanni* et vi. in anniuersario *Mechtildis*, olim vxoris eiusdem fratris mei *Her.*, in dicta ecclesia deseruientibus ad presencias ministrabuntur, residua vero iii. maldra cedent sacerdoti officianti altare s. Andree in dicta ecclesia, item lego i. marcam denariorum colon. annuorum reddituum ecclesie sanctimonialium in *Vlenhusen*, que cedet in anniuersario dicte *Mechtildis* ad refectorium pro pytancia sanctimonialibus ibidem, que eciam marca vna cum xv. maldris antedictis de bonis meis in *Suyrsuapheim* sitis perpetue cedent, item calicem et librum meum missalem lego ecclesie mee predicte, item legata sanctimonialibus montis s. *Marie* et in *Roede* prope *Bopardiam*, in *Cumede* et ad s. *Agnetem Moguntie* ratifico per presentes, item volo, vt per manufideles meos infrascriptos prouideatur familie mee prout eis visum fuerit expedire, item volo, vt iidem manufideles mei omnia mea debita persoluant, post solucionem factam, quicquid de rebus meis mobilibus repertum fuerit, committo ordinacioni eorundem meorum manufidelium in remedium anime mee faciende. Et ex nunc eligo meos testamentarios seu manufideles, videlicet *Conradum*

Digitized by Google

decanum, *Tilmannum* de *Meilten* et *Stephanum* meos concanonicos in ecclesia s. *Marie* predicta. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis dictorum manufidelium presentibus est appensum. *)

Dat. Nicolai episcopi a. d. M.CCC.IX.

(Die Siegel sind abgeriffen.) Orig.

№ 706.

1310. Vniuersis sit manifestum, quod *Cunradus* de *Romano, Katherina* relicta quondam *Hercelonis, Hercelo* eius filius et *Wenzo* sindicus abbatisse et conuentus sanctimonialium s. *Agnetis* in *Moguncia* coram *Craftone* seculari judice *moguntino* constituti locauerunt *Johanni* dicto de *Spira,* carpentario, suisque heredibus vnam domum cum curiuncula siue orto retrorsum adiacente in orto cerusorum, in cono versus domum braxatoriam *Moguncie* sitam, jure hereditario.

Actum presentibus *Jacobo Wikeri* et *Heinrico* de *Salmanno,* aduocatis, ciuibus *maguntinis* a. d. M.CCC.X.

(Die Siegel der Mainzer Schultheißen Clemann und Crafto hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 707.

1310 (6. März). Ego *Wilhelmus* miles dictus *Walpodo* de *Waldecke* recognosco, quod medietatem curie inter curiam dictam *zum mandelboume* et curiam dictam *zume appelboume*, necnon inter monasterium cenobii sanctimonialium b. *Agnetis* in *Moguntia* sitam, quondam

*) 1311 (1. Aug.) bestätigt das Marienstift zu den Greden in Mainz, sowie der vorg. Ritter Hermann von Boppard vorstehendes Testament. (Die Siegel der gen. Personen hängen beschädigt an.)

Digitized by

Syfrido militi de *Rinberg* attinentem, vendidi prefatis dominabus s. *Agnetis*.

Actum presentibus *Emerchone* judice, *Volzone zu Landecke*, *Anzone zume Blasehoue*, *Thulmanno Scherpelin*, *Vlmammo* de *Landecke*, *Thudemanno zume Nersteinre* et . . . dicto *Korkemule*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.X, fer. vi. prox. a. domin., qua cant. jnuocauit.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgeriffen.) Orig.

№ 708.

1310 (22. März). *Wernherus* de *Bolandia* prepositus ecclesie s. *Victoris* extra muros *mogunt.* decano, totique capitulo ecclesie *wormat.* salutem. Vestris precibus inclinati donacioni et vnioni ecclesie parochialis in *Selsen* in archydiaconatu nostro ecclesie s. *Victoris* constitute, cui inquam donacioni et vnioni ecclesie vestre *wormat.* facte nostri predecessores consensum adhibuerunt et nos consensum nostrum adhibemus expressum, ipsam vnionem tenore presencium confirmantes.

Dat. *Ymenwilre*, *mogunt.* dyocesis, a. d. M.CCC.X, xi. kalendas aprilis.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgeriffen.) Orig.

№ 709.

1310 (27. Sept.). Consules et vniuersi ciues *wormat.* constare volumus, quod *Kutza* dicta *Lenysen*, relicta quondam *Jacobi* judicis *mogunt.*, nostra conciuis, recognouit, se vendidisse decano et capitulo *maioris* ecclesie *wormat.* censum iii. librarum hallens., videlicet super domo dicta *ad Bertremen* libram hallens. et super domo dicta *zume heckebremen* sita *vndern becherern* ii. libras

Digitized by Google

hallens. censuales pro lviii. libris hallensium, et dicta *Kutza* vna cum pueris suis, scilicet *Cristiano* et *Methildi*, habentibus annos discretionis, per mundiburdum eis coram nobis datum resignauit dictum censum, sicut nostre ciuitatis consuetudinis fuerat atque iuris, et post resignationem pro warandia facienda dictis emptoribus de censibus prelibatis fideiussores constituit, scilicet *Heilmannum Holtmundi*, *Emerchonem* de *Rinecke*, *Hanemannum ad rotam* et *Heincelinum Lenys* fratrem dicte *Kutze*.

Dat. a. d. M.CCC.X, in festo b. Cosme et Damiani.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 710.

1310 (18. Oct.). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Heinricus* dictus *Mvne*, decanus ecclesie s. *Marie in campis* extra muros *moguntinos*, in nostra presencia constitutus bona sua et jugera terre arabilis et vinearum infrascripta, in terminis ville *Swabeheim* consistencia, locauit *Baldungo* dicto *Vinke* de *Swabeheim* et *Mechtildi* vxori sue, coram nobis similiter constitutis, pro xxv. maldris siliginis, mogunt. mensure, vna carrata vini hunici melioris crementi vinearum predictarum, vno plaustro feni et ii. mensuris nucum, que wlgariter *Kvffeln* nuncupantur, annue pensionis ipsi decano presentandis annis singulis de dictis bonis in terminis infrascriptis. Specificacio autem et situs bonorum et jugerum talis est, videlicet *zv Meckenhusen* v. jugera cum dimidio, item retro pontem i. duale, item *an der phaffen wege* ii. dualia, item *an der hecken* i. juger et dimidium, item *in den steinhecken* dimidium juger, item ibidem inter vineas i. juger, item v. quartas *vfme Cloppe*, item i. juger et dimidium *an der heyde bunden*, item iii. jugera *an huser wege*, item i. juger *an scheyde wege*, item i. duale *bi dem schonen*

Digitized by Google

morgen, item *an der hohen anewende* i. duale, item ii. jugera *an wintherheymer marke*, item in campo *Winterheym* ii. jugera, item iii. dualia *an menzerweg*, item *an Isenheymer pade* ii. dualia, item *geyme hohen wege* i. duale, item *an dem bornwege* dimidium juger, item ii. jugera *ame nider wege*, item in alio campo *zu bruch* iv. jugera, item *vber dem bruchwege* i. juger, item *an der warten* i. duale, item *an der santgrubin* dimidiam quartam, item *an dem phaffenwege* dimidiam quartam, item *an de houemuren* i. juger, item *vffen boymgarten* dimidium juger, item *ame Erweisberge* i. duale, item *ame ruebin wege* i. juger, item *an Egelsheymer marke* i. duale, item *ame korzen rieche* i. juger, item *vf der steygen* i. juger, item *in der diffen gewande* i. duale, item *gein Heinrizes morgen* i. duale, item *gegen Winterhusen* i. duale, item iii. jugera *an der marchan*, item *vf der blaychin* i. juger, item *an dem bluele* ii. jugera, item *vfme holin riche* ii. jugera, item *an der smyplin* i. duale, item *gegen welligesriche* i. duale, item *imme Grvndeline* i. iuger, item *in Mentzer wege* i. juger, item iii. jugera *an der heydebunden*, item i. juger *vf dem mittelwege*, item i. pratum, quod dicitur *Ritwise*, item pratum, quod dicitur *hartwise*, item duas domos sitas iuxta fontem in villa *Swabeheim* cum curia et orto eisdem attinentibus. Facta itaque specificacione modo prescripto *Baldungus* et *Mechtildis*, coniuges predicti, promiserunt, pensionem predictam soluere decano predicto in *Mogunciam* suis laboribus, periculis et expensis, videlicet ipsa xxv. maldra siliginis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa et carratam vini predicti infra festum b. Mychaelis et festum omnium sanctorum deinde proximo affuturum, plaustrum vero feni in mense julii et nuces predictas suo tempore in augusto proximo sequenti. Est eciam adiectum, quod vindemiarum tempore prefati coniuges vnum

Digitized by Google

vas, quod carratam dicti vini continere debet, ad hoc paratum recipient in *Moguncia* in hospicio siue domo ipsius decani suis laboribus et expensis, ipsum secum ad predictam villam *Swabeheim* deferentes, dictusque decanus suum famulum ad villam predictam transmittet ad colligendum vinum predictum, quem famulum coniuges prefati tempore collectionis vini huiusmodi procurabunt suis propriis. Est insuper adiectum, quod bona et jugera ipsa apud vnum heredem ipsorum quemcunque esse debeant indiuisa.*)

Act. a. d. M.CCC.X, xv. kalendas nouembris.

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 711.

1310 (3. Nov.). Nos *Otto* nobilis domicellus et dapifer romani imperii siue regie maiestatis de *Bolandia* et *Lorethe*, vxor nostra, domina ibidem profitemur, quod salutem animarum ac omnium parentum nostrorum volentes consulere, ad honorem dei omnipotentis et uirginis Marie atque b. Elyzabet Syfridum dictum Luseum et Gezam vxorem suam, omnesque pueros ipsorum, cuiuscunque sexus seu condicionis sunt, de *Flersheim* dicti, qui nobis iure proprietatis attinent, damus in elemosinam commendatori et fratribus

---

*) An demſelben Tage verleiht der vorg. Dekan Heinrich in gleicher Weiſe den Gütern in Schwabeheim „*Dydoni* de *Ingelnheim* et . . . vxori sue, necnon *Baldungo* dicto *Vinke* de *Swabeheim* ac *Mechtildi* vxori pro iii. carratis vini franci vinearum annue pensionis, videlicet ii. jugera dicta *der Eynsideln*, item ii. jugera *an mittelwege*, item i. dimidium zweytel *ame kolben*, item ii. jugera *ame Rensener* cum i. ortulo adiacente ibidem, item dimidium zweyteil *imme Creysze*. (Das Siegel der Mainzer Richter iſt zerbrochen.)

Digitized by Google

domus *theutonice* in *Flersheim* et donamus donacione inter viuos.*)

Acta sunt hec a. d. M.CCC.X, iii. fer. prox. p. fest. omnium sanctorum.

(Die Siegel der Ausſteller ſind abgeriſſen.) Orig.

№ 712.

1310 (19. Nov.). Judices s. *mogunline* sedis. Recognoscimus, quod *Johannes*, filius quondam .... dicte *Herten* et *Alheidis*, vxor ipsius, de *Parthenheim* in nostra presencia constituti confessi sunt, se dare debere ad duas vicarias institutas in ecclesia s. *Petri mogunt.* per quondam *Johannem*, scolasticum dicte ecclesie, redditus ii. solidorum denariorum colon. et ii. pullorum singulis annis in festo b. Martini hiemalis de vno jugere cum dimidio sito in loco dicto *vitail* ad vicarias pertinentibus supradictas, eligentes, quod si ipsi in solucione dicti census in dicto festo negligentes inuenti fuerint, quod predicta bona infra sex

---

*) 1336 (8. Juni) bekennt „Johan von Swartzenberg ein wapenbreger, daz ich Jacoben von Santbach minen armen man han gegeben den hern von Flerſheim, vnd daz diz war ſei, ſo han ich min Ingeſigele vnd Johannes von Baſinheim ritters, mins ſwehers Ingeſigele gehangen an deiſen brief." (Die Siegel ſind abgeſchnitten.)

1368 (18. Febr.) ſchenken Philipp von Bolanden, Herr zu der Altenbeymburg, Truchſeß und Conrad ſein Bruder ihren Leibeignen Clas, Peters Ottirsberger Sohn von Flersheim, ebenfalls dem deutſchen Ordenshauſe daſelbſt. (Die Siegel der Ausſteller hängen unverſehrt an.)

1381 (24. Juni). Gleiches Geſchenk von Biſchof Eckhard zu Worms über ſeinen Leibeignen Jekel gen. Spelzmann von Sultzen. (Das Siegel iſt abgeriſſen.)

Digitized by Google

septimanas immediate post lapsum dicti termini computandas ad predictam ecclesiam s. *Petri* deuoluantur.

Act. a. d. M.CCC.X, xiii. kalendas decembris.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 713.

1310 (28. Nov.). Nos frater *Wilhelmus* dictus abbas, totusque conuentus monasterii *ebirbacensis* ex vna, necnon *Syfridus* de *Bettenheym* et *Wernherus*, filius eiusdem, ex parte altera recognoscimus, quod cum inter nos hincinde ex diuersis questionibus et causis esset odiose dissensionis exorta materia, quorum decisionem atque finem cupientes habere pacificum, ad electionem processimus arbitrorum, et nos abbas et conuentus predicti in fratres *Wigandum*, magistrum curie nostre in *Bopardia* et *Johannem*, magistrum in *Breydenuas*, conuersos monasterii nostri memorati, ex parte vna, ego vero *Syfridus* et *Wernherus*, filius meus, predicti in *Heinricum* dictum *Prummeheimere* et *Hermannum* dictum *Winkubel* de *Heysensheym* ex parte altera, compromisimus tamquam in veros arbitros atque iustos, qui de cunctis huiusmodi questionibus discussione prehabita et meritis causarum inspectis non inuicem conplanarent, hoc a nobis communiter prouiso, quod si predicti quatuor arbitri in pronunciacione huiusmodi arbitrii concordes fieri non possent, ex tunc ad cuiuscunque partis arbitros dominus *Cunradus* plebanus in *Wenterauwe*, necnon *Cunradus* de *Rudensheym* miles, a nobis predictis partibus tamquam in mediam personam et arbitrum vnicum electi et assumpti, declinarent, illorum sentencia vim habere deberet et a nobis ab vtraque parte rata et firma obseruari. Si vero predicti quatuor arbitri in discussione causarum inter nos motarum adeo distantes in sua sentencia et judicio es-

Digitized by Google

sent, quod dominus *C.* plebanus et *C.* de ***Rudensheym*** miles prefati ad nullius partis arbitros declinare vellent, nec ipsorum approbare arbitrium, immo pocius per se ipsos, cessante potestate dictorum quatuor arbitrorum, diffinire, ex tunc ex vtraque parte promisimus fide prestita manuali et sub pena xxx. marcarum denariorum colon. parti arbitrium seruanti . . . . nos ratum et gratum habituros, quicquid *C.* plebanus et *C.* miles sepedicti de omnibus discordie nostre causis et articulis diffiniendum ducerent vel . . . prescripti quatuor arbitri inter se concordare non poterant in sua . . . arbitrio nimium discordantes, dominus *C.* plebanus et *C.* de ***Rudensheym*** miles predicti, tamquam vnica media persona nobis ex vtraque parte grata et in verum arbitri . . . nobis electi, sua arbitraria potestate in ipsos suscepta, diligenti discussione prehabita vtentes, diffiniuerunt, quod ego ***Syfridus*** et ***Wernherus***, filius meus prefati in curia dictorum abbatis et conuentus de ***Eberbach*** dicta ***Sande,*** duobus annis immediate sequentibus, iuxta modos, quibus dicta curia nobis dinoscitur esse locata, remanere debemus et morari, in quorum duorum annorum spacio omnes causas, defectus et negligencias, propter quas inter abbatem et conuentum predictos et nos discordia extitit seminata, emendare seu de ipsis satisfacere tenemur et debemus sufficienter et ad plenum. In cuius compromissi euidenciam pleniorem nos sigillis *C.* plebani in ***Winterauwe***, necnon ***Wernheri*** de ***Wenterauwe*** militis, qui huic arbitrio predicto interfuit, ac *C.* de ***Rudensheym*** militis predicti presentes literas procurauimus communiri. Testes sunt ***Wilhelmus*** abbas predictus, ***Wernherus*** de ***Wenterauwe*** miles, ***Heinricus*** de ***Aquis*** cellerarius, ***Godefridus*** dictus ***Rapodo*** subprior, ***Ludewicus*** de ***Lympurch*** camerarius, ***Didericus*** de ***Lurenburg*** syndicus, monachi monasterii ***Ebirbach*** prefati et frater ***Fritzo*** conuersus ibidem, nec-

non *Sybodo* armiger de *Wenterauwe* et *Wolframus zume Hersfeldere* ciuis *moguntinus* et a. q. pl.

Act. et dat. a. d. M.CCC.X, ante aduentum domini.

(Die Siegel hängen beschädigt an.) Orig.

№ 714.

1311. Judices *wormatienses* ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod in nostra constituti presencia *Emmercho* dictus *Federwusz* de *Eichen* et *Elizabet* vxor sua recognouerunt, se vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* redditus xx. maldrorum siliginis annuos, presentandos ante granarium eorundem in ciuitatem *wormat.* eisdem infra duo festa assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis pro xc. libris hallens., pro qua pensione soluenda ipsi coniuges bona infrascripta pro subpignore obligarunt. Sunt autem hec bona, primo curia dictorum coniugum in *Eichen* sita, item in terminis eiusdem ville xvi. jugera agri campestris *in den stoppelen* uersus molendinum consulcanee domine de *Weidas*, item iv. iugera ibidem consulcanea doti ecclesie ibidem, item v. cum dimidio jugera consulcaneus *Johannes Cleinaugen,* item ii. iugera consulcanee domine de *Weidas*, item i. juger consulcanei domini de *Otterburg* et domine de *Weidas*, item i. sweidel apud *Renum* consulcanei domini de *Otterburg*, item parum vlterius ii. iugera cum dimidio consulcanei domini de *Otterburg,* item ibidem ii. jugera cum dimidio consulcaneus *Johannes Cleinaugen*, item apud *Rintbrucken* ii. iugera cum dimidio consulcaneus *Bertzo Keszelere*, item ii. iugera *vber hammerweg* consulcaneus *Albertus* senior, item ii. iugera ibidem consulcaneus *Bertzo Keszelere*, item ix. jugera tendencia vltra *hammerweg* consulcaneus plebanus ibidem, item iv. iugera consulcaneus *Johannes Guntreken,* item ix. quartalia consulcaneus *Albertus* iunior, item

Digitized by Google

parum vlterius iv. jugera consulcaneus *Karolus* armiger et vii. iugera ibidem, item in campo seminato uersus *Yberenusheim* vi. jugera in ortis, item iv. iugera consulcanei domini in *Otterburg*, item iv. jugera et i. quartale tendencia *an der lachen*, item viii. jugera consulcaneus *Johannes Cleinauge*, item ii. iugera tendencia super x. ecclesie, item vii. iugera ibidem *amme grasewege*, item dimidium iuger consulcanee domine de *Weidas*, item viii. iugera consulcaneus *Albertus* senior cum i. anewendere, item ii. iugera cum dimidio consulcanea *Gutzelen*, item ii. iugera consulcaneus *Petrus Alberti*, item uersus *Sande* v. quartalia consulcanee domine de *Weidas*, item iv. iugera cum dimidio consulcanee domine de *Weidas* tendencia uersus ripam, item viii. mannesmat prati consulcaneus *Bertzo Keszelere*, item viii. mannesmat prati consulcaneus *Wertzeburgere* miles de *Berchtheim*, item iv. mannesmat prati consulcanei domini de *Otterburg*.

Act. et dat. presentibus *Emmerchone Fraudengere* et *Dytzone Federwusz*, armigeris, *Emmerchone* dicto *Bock* prebendario s. *Pauli wormat.* predicti, *Cunrado* de *Laudenburg* tabellione curie nostre, a. d. M.CCC.XI.

(Das Siegel der Richter hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 715.

1311. Nos *Emmercho wurmaciensis*, *Syfridus curiensis*, *Theodericus paderburnensis* et *Jacobus panudensis* ecclesiarum episcopi etc. omnibus vere penitentibus, qui ad ecclesiam s. *Stephani magunt.* accesserint vel ad opus fabrice instaurate ibidem, que non potest absque fidelium elemosinis consummari, manum porrexerint adiutricem aut de facultatibus sibi datis a deo aliquid legauerint in extremis, xl. dies de iniuncta ipsis penitencia dum-

Digitized by Google

modo consensus dyocesani ad id accesserit, misericorditer relaxamus. *)

Dat. a. d. M.CCC.XI, *Frankenuord* viii. idus (leere Stelle).

(Die Siegel der Ausſteller hängen beſchädigt an.)

Orig.

№ 716.

1311 (24. Jan.). Nos *Johannes* dictus *bi der straze*, *Wenzelo* et *Emericho*, filii eius de *Ingilnheim*, recognoscimus, nos pro magnis nostris necessitatibus subleuandis vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Stephani Moguntie* pro xxx. marcis denariorum colon. tres marcas monete eiusdem, tribus hallens. pro denario quolibet conputatis, annue pensionis in bonis nostris, videlicet in curia nostra et vinea adiacenti, quam inhabitamus, necnon in vinea nostra circummurata, que dicitur *in der Engirgassen* in *Ingilnheim* et in vinea nostra continente dimidium juger sita in loco dicto *in der strut*, in tribus agris sitis in loco dicto *in deme niderenmersche* contingentibus *Renum* et agrum *Lyse* dicte *von obir Rine*, et in v. quartalibus agrorum sitis in via dicta *Bruckeweg*, que contingunt ab vna parte agrum *Nycolai* dicti *Crucheler* versus villam *Ingilnheim* et in vno agro sito sub agro *Kuze* dicte *Greuinnen* et in vno agro sito *an deme wazergraben* apud agrum *Gerhardi* de *Rauinsburg*, ac in duabus partibus agri sitis supra pomerium contingentibus *Renum* apud agrum *Nycolai* dicti *Crouchelere*, que bona libera omnino ac nullatenus onerata, exceptis v. capponibus annuis et precariis consuetis, quorum solucio nobis et nullatenus ipsis do-

*) Von den Jahren 1312, 1313, 1316, 1318, 1319 liegen noch eine große Anzahl gleicher Indulgenzien vor.

Digitized by Google

minis de s. *Stephano* supradictis incumbet, tres autem predictas marcas in festo b. Martini annis singulis eisdem dominis exoluemus, et si quando in solucione pensionis huiusmodi fuerimus negligentes, ex tunc octo diebus post terminum prefixum elapsis judices s. *moguntine* sedis in nos uel nostros heredes excommunicacionis sentenciam poterunt promulgare et aggrauaciones facere, donec ipsis dominis fuerit plenarie satisfactum. Rogantes judices s. *moguntine* sedis, necnon *Gyselbertum* et *Emerichonem* filium eius, milites de *Ingilnheim*, vt sigilla sua presentibus apponant, nec non *Jacobum* dictum *Junge* scultetum, *Nycolaum* de *Spansheim* fratrem eius, *Nycolaum* filium *Crouchelери* et *Herbordum* filium *Petri*, scabinos in *Ingilnheim*, coram quibus hec facta sunt, ut testes se presentibus paciantur inscribi.

Act. apud *Ingilnheim* a. d. M.CCC.XI, ix. kalendas februarii.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 717.

1311 (6. April). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Martini wormat.* profitemur, nos vendidisse *Margarete* quondam famule *Emerchonis*, camerarii *wormat.*, v. maldra siliginis pro xxii. libris hallens., danda de nostro granario infra assumpcionem et natiuitatem b. virginis sacerdoti celebranti ad altare s. crucis in ecclesia nostra, quem ipsa ibidem instituit, donec predicta v. maldra in certo loco duxerimus designanda.

Dat. a. d. M.CCC.XI, viii. idus aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller iſt ſehr beſchädigt.)

Orig.

Digitized by Google

№ 718.

1311 (3. Mai). Allen den, die dieſen brif ſehent, duin ich Arnolt Schriber kunt, daz ich mit Adilheide miner wirtden willen hain verluhen alliz daz gut, daz wir zv Ober Olmene hain, Heilemanne Wiedemare vnd Elſen ſiner wirten vnd allen iren nachkumelingen zv rechtem erbe vmb eine genantde korngulde alſo daz ſie alle jar thuſchen den zwein vrowen meſſen, die da heizent assumptio vnd natiuitas viii. malder gudes dorren kornes, da miede man einen ieglichen ſtift athes weren mag, zv Magenzen for ein hus, dar ich Arnolt vnd Adilheid wollen, ſulent antworten, auch ſal daz ſelbe gut vngedeilet verliben die wile wir beide leben, wanne got gebuitdet uber vns, daz wir nith enſin, ſo mag man das gut deilen enzwei zwein erben vnd nith vorbaz vnd ſulent die ſelben Erben vorbaz me ſieben malder kornes antwortden in die ſtat, alſ da vor beſchrieben iſt, de vallent vierdehalp malder zu ſ. Albane in daz ſichhus zu eime ſelgerede vnſer vnd vnſer altvorderen, die anderen vierdehalp malder vallent dem ordene ſ. Johannis ſpitalis in den hof zvme h. grabe auch zv ſelgerede. Auch iſt iez gemach alſo, welcher der zweier erben ſin deil des kornes nith gebe, der andere Erbe ſal daz nemcliche gut vber ſinen willen zv ſich uemen vnd ſal die korngulde aleine geben. Auch iſt gemachet me wolden die Erben daz gut mutwilleche uf lain oder man iz burg der Erben vnbeſcheidenheit wolde ufholn, ſo ſulent die ſelben Erben daz gut gearen, geſait, verzinſet vnd bereit zv allem ſime rehte, als iz zv der zit den vorg. Heilmanne vnd Elſen verluhen wart, uf lain vnd ſulent ſie nemen ier pluges deil, alſo daz die korngulde da vor alle jar gar vnd ganz verrehtet ſi. Auch ſulent die ſelben Erben zu der ſelben zit xxx. ſchillinge haller, dar vmbe die ſieben nozboume zv kolben wurden verkouft, wieder geben, daz gelt vnd daz korn ſulent die zvene ordene zv ſ. Albane vnd ſ. Johannis ſpitale gliche deilen vnder ſich. Daz diez ſtetde vnd

Digitized by Google

veſte ſi, des haint die vorg. Heilmann und Elſe einen halben morgen ackeres an vruſcheburner wege geſazt zv eim vnderpande. *)

Geb. n. G. geb. m.ccc.xi, an dem dage, alſe daz h. cruce vunden wart.

(Die Siegel des Albansſtifts hängen ſehr beſchädigt an.)

Orig.

№ 719.

1311 (4. Mai). Ich Heinrich von Appinheim der Rittere vnd Kunze min eliche huſſrauwe dun kunt, daz wir han virzigin vf Criſtan, der da want vf ſ. Rupertsberge bi Bingin, vnde vf ſine mudir vf irin lib vnd alle ir gut, daz ſie hant odir noch gewinnen mogent, daz wir daz an ſie nimmir gevorderin. Daz alliz daz da vor geſcribin iſt ſtede gehaldin werde, wan wir nit jngeſils in han, das hant vnſir herrgreue Johan von Spanheim vnd her Sifrit der Rine greue diſin brif beſigilt beit irin jngeſigelin.

Geb. n. G. geb. m.ccc.xi, des neſtin dagis nach des h. Cruzis dage, als iz funbin wart.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 720.

1311 (10. Mai). Decanus et cantor ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine,* judices subdelegati ab abbate mo-

*) Nach einem angehefteten Pergamentſtreifen lagen die vorg. Güter — am alſheymere pade vnder der ſtrazen — zo biluenhi — an dem bechere wege — zu berkelnbornen of den widen — vor dem holz an der ſtrazen — am wolfgruber wege — of dem ruſteboehele — an dem bruder wege — zo capellen an dem berge — aput molendinum.

Digitized by Google

nasterii s. *Petri erfordensis*, judice seu conseruatore priuilegiorum et libertatum ordinis cysterciensis a sede apostolica delegato, viris discretis in *Alzeya*, in *Selsen*, in *Blidensheim* et in *Hainheim* ecclesiarum plebanis, necnon vniuersis ecclesiarum plebanis, sacerdotibus et ecclesiarum rectoribus per *maguntinam* dyocesim constitutis salutem in domino. Licet nos iam dudum in causa violencie notorie et molestacionis, quam abbas et conuentus monasterii *eberbacensis* super possessione pontis et vie sitorum in proprietate eiusdem monasterii in terminis curie *Walheim* contra *Jacobum* dictum *Hependiip* et *Wernherum*, fratres, armigeros, scultetum, hubarios et vniuersitatem ville *Hainheim* persecuti sunt, hactenus coram nobis eosdem reos competenti monitione premissa excommunicauerimus et excommunicatos denunciari fecerimus campanis pulsatis et incensis candelis singulis diebus dominicis, ad instanciam religiosorum predictorum pro manifestis iniuriis eisdem in bonis suis illatis et dampnis et expensis coram nobis declaratis, nichil tamen per hoc profecerimus, quin iidem rei in sua pertinacitate temere persordescunt, nos igitur contra ipsos duximus procedendum acrius in hac parte, vobis prout fueritis requisiti sub pena suspensionis et excommunicacionis, trium tamen dierum monicione premissa, districte precipiendo mandantes, quatinus eosdem reos excommunicatos campanis pulsatis et incensis candelis singulis dominicis in vestris ecclesiis infra missarum sollempnia in ambone publice nuncietis, familiam quoque ipsorum conducticiam, colonos et inquilinos diligenter et publice commonitos habeatis, vt infra octo dies post vestram monicionem a seruicio, cultura bonorum et inquilinatu eorundem cessant et desistant, inhibentes nichilominus vestris parrochialibus vniersersis, ne quis vel qui eisdem reis sic ligatis emendo, vendendo, comedendo, bibendo, loquendo, panem, sal, vinum, carnes, ignem aut

Digitized by Google

aquam ministrando, pecora sua custodiendo, molendo aut pistando etc.

Dat. a. d. M.CCC.XI, vi. idus maii.

(Die Siegel der Aussteller hängen beschädigt an.) Orig.

№ 721.

1311 (23. Mai). Ich Friderich von Meckenheim dvn kunt, daz ich mit minen kinden Friderichе vnd Johanne, die izvnt rittere sint, mit Heinrichе vnd Friderichе, die noch knehte sint, mit Claren miner dohter, die noch ein iuncfrovwe ist, vnd mit Johanne mime enkelne, der ovch ein kneht ist vnd was Johanns selegen kint mines svnes vf eine site vnd vf die ander site mit Heinrichе vnd mit Heinrichе von Than den kameren von Wormezen, miner dohtere mannen, Gvdelen vnd Hedewige, vmbe die bvrc Gvnthein, die mir min herre der romesche kvnic Albreht selege vnd minen kinden beide svnen vnd dohteren lech zv eime rehten lehene von deme riche, vmbe die selbe bvrc han ich einen bescheit gemachet alse hie nach beschriben stet. Mine vorg. kint, mine dohter manne vnd min enkelin Johan, die solent nach mime dode die bvrc Gvnthein mit einander besetzen also, daz sie keinen unrehten kric nvmer da vvne solent gehalten gein nimanne, Ir keinre sol ovch nimannen da vffe entalten, der vnrehten kric hat, Ir keinre sol ovch keinen herren oder nimannen anders zv keime krige da vffe entalden vmbe gvt oder vergebene, sie entaltent in banne alle mit einander, were ez ovch, daz miner svne oder miner dohtere oder min enkelin Johan ir keines ane erben abe ginge, des deil sol vallen zv den andern gemeinen geteilen, gewinnent ovch mine svne oder mine dohtere kint, die solent zv deile gen also, wo svne sint, da sol kein dohter zv deile gen, gewinnent sie aber dohter oder hant dohter ane svne, die dohter solent zv deile gen also, daz die, die man sint, denselben dohteren ir lehen dragen ane allen

ſchaden der dohtere, alſo lange, ſo ſie ez bedvrfent, queme ez alſo, daz miner dohter keiner ir erſte man abe ginge, hede ſie von deme kint, die ſolent zv deile gen an der bvrc, gewunne aber ſie dar nach von eime andern man kint, die ſolen kein reht an der bvrge han, ſtvrbe ovch miner dohter manne eime ſin erſte vrovwe, gewunne er kint mit einer andern vrowen, die en hant ovch kein reht an der Bvrge, ſturbe miner ſvne eime oder Johane mime enkelne ſin erſte wib, der kint mit andern wiben ſolten daz ſelbe reht han, queme ez ovch alſo, daz der gemeiner einer ſin deil vorkovffende wurde an der bvrge, daz ſol er nimanne anders zv kovffe geben, danne den andern gemeinern mit einander vnd ſol ez ovch nit dvrer geben, danne vmbe x. phvnt haller, neme ovch Johan min enkelin ein elich wib vnd ginge er ane erben abe, ſin wib ſol nach ſime dode kein reht an der bvrge han, was gvlte in da vallet von deme gerihte, die ſolent ſie an gemeinen bv legen der bvrge, ane hvnre, die ſolent ſie geliche mit einander deilen, wurde in ein bvrclehen iedec, daz ſolent ſie mit einander lihen oder aber mit einander halten, wollent ſie ez aber lihen, ſo ſol ez der danne der alter iſt, von ir aller wegen lihen, queme ez ovch alſo, daz ir einer ſiner vrunde ein zu ſime rehte wolte entalten, ſo ſol der andern keiner des vint entalten die wile der kric weret, kein mines ſvnes wib ſol nach ires mannes dode kein reht zv der bvrge han, ſie en wolle danne da vffe ſitzen die wile ſi vnverandert iſt, daz ſelbe reht ſolent mine dohtere, die von iren erſten mannen kint hant, wurde ovch keinerſlahte zweivnge vnder in, dar zv ſolent ſie nemen fvnf rittere, die miner kinde gemeine mage ſin, vnd die ſolent maht haben ir zweivnge zu verrrihtene, wolte aber ſich der gemeiner keiner dar wider ſetzen, den ſolent die andern vzer ſime deile werfen alſo lange bis er ſines vnrehten wider kvmet. Alle die ſachen, die hie vorgeſchriben ſint, die hant alle mine kint, min enkelin vnd miner dohter manne mit truwen gelobet vnd vffe den heilegen geſworn vmerme ſtede zv haltene ane alle geverde, vnd alle die vmerme zu der ſelben bvrge

zv deile ge gent, die mvzzent mit truwen geloben vnd vffe den heilegen ſweren, allez daz hie vor geſchriben iſt, ſtede zv haltene, wer der ſelben ſachen vmer keine gebrichet oder gewandelet mit geverden, der iſt meineidet, trvwelos vnd erlos vnd hat dar zv alle ſine reht an der borge verlorn. Wir vorg. kint, enkelin vnd dohtermanne Friderichis von Meckenheim veriehen aller der vorg. ſachen vnd verbinden vns dar zv mit allen den vorg. vorwurten, vnd darvmbe han wir alle vnßer ingeſigele zv ſime ingeſigele dvrc ein vrkunde an diſen brif gehenket, vnd wir iungen Heinric, Friderich vnd Johan daz enkelin veriehen vns aller dirre vorg. ſachen vnder vnſers herren vnd vnſers vader ingeſigele, vnd geloben vffe den ſelben eit, wanne wir zu vnſern dagen komen, daz wir vnſer ingeſigele ovch an diſen brif henken.*)

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xi, an deme ſvndage nach der vfferte vnſers herren.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

---

*) Obiger Urkunde hängen noch folgende nachträglich beigefügte Einwilligungsbriefe mit unverletzten Siegeln an:

1343 (12. Aug.) von Rudegir von Meckenheim, Edelknecht.

1346 (1. Juni) von Friedrich von Meckenheim, Ritter, und Wolf von Meckenheim, Edelknecht, Gebrüder.

1348 (24. Jan.) von Johann Kämmerer von Worms, Ritter, des Kämmerers Heinrich sel. Sohn.

1349 (13. Jan.) von Johann von Meckenheim, Edelknecht.

1365 (30. Jan.) von Hennechin Kämmerer von Worms, Edelknecht.

1368 (24. Oct.) von Hebel von Meckenheim, Rudigers sel. Tochter.

1405 (15. Jan.) von Wolf und Gerhard von Meckenheim, Gebrüder.

1405 (20. Sept.) von Siegfried vom Oberstein, Ritter.

Digitized by Google

№ 722.

1311 (12. Aug.). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Heilmannus* dictus *Dyther* de *Kungernheim* et *Margareta*, vxor sua, in nostra presencia constituti confessi sunt, se vendidisse xx. maldrorum siliginis annuam pensionem decano et capitulo ecclesie *maguntine* pro lxxx. libris hallensium, quam dicti coniuges predictis dominis dare ac *Maguntiam* ad granarium eorundem presentare promittunt singulis annis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa, et de solucione pensionis predicte facienda prefati coniuges bona sua in villa *Kungernheim* predictis dominis titulo subpignoris obligarunt, quorum situs et specificacio iidem coniuges tales esse dicebant, videlicet in campis versus *Oppenheim* i. juger apud *Heinricum* dictum *Selsenere*, item ii. jugera terre arabilis apud fratres de *Wissen*, ordinis s. Johannis jerosol., item iii. jugera apud eosdem fratres, item iii. jugera apud *Herbordum* dictum *Ring*, item apud ecclesiam i. et dimidium juger, item iii. jugera sub *Syfrido* de *Randecken*, item i. et dimidium juger *offer stitem* iuxta fratres de *Wissen*, item ii. et dimidium jugera apud *Eberhardum*, di da stoyzent niden *an der halbenmorgen*, item duale apud s. *Katherinam* de *Oppenheim* gehen *den widen*, item duale super *Sifridum* de *Randecken*, item i. juger apud dominam *Zezen*, item in alio campo i. juger apud *Herbordum* dictum *Ring*, item vii. et dimidium jugera apud parrochiam s. *Katherine* in *Oppenheim*, item i. juger apud *Eberhardum* militem de *Randecken*, item iii. jugera apud s. *Katherinam* in *Oppenheim*, item i. et dimidium jugera apud *Sifridum* de *Randecken*, item iii. jugera apud *Eberhardum* de *Randecken* militem, item i. juger apud dominam dictam *Zezen*, ita sane, quod si dicti coniuges vel heredes eorum vllo vncquam tempore in solucione

Digitized by Google

redituum predictorum negligentes inuenti fuerint, ex tunc dicta bona ad ipsos decanum et capitulum deuoluentur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XI, ii. idus augusti.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 723.

1311 (9. Sept.). Vniuersis sit manifestum, quod *Cristina*, relicta quondam *Cunradi* dicti *de nuco*, ciuis *mogunt.*, coram *Emerchone* seculari judice constituta domum dictam *zume vederwische*, necnon duas domos, anteriorem videlicet et posteriorem in *Selhouen Moguncie* juxta curiam magistri *Gerlaci* carrucarii sitas, de quarum fundis iv. solidi den. mogunt. *Johanni* scultheto *moguntino*, necnon ii. cappones annuatim soluendi sunt, et c. libras hallens. donauit *Ingebrando*, filio *Ingebrandi* dicto *ad ducem*, ciui *mogunt.*, ritu possessorio possidendas. Ceterum *Thilmannus*, domini *Petri* archiepiscopi *mogunt.* coquine magister, gener predicte *Cristine*, et *Katherina* vxor sua, ciues *mogunt.*, coram prefato judice eodem tempore constituti supradicto *Ingebrando* cc. libras hallens. tradiderunt, quibus sic peractis, idem *Ingebrandus* pretactas tres domos atque c. libras hallens. *Thilmanno* predicto nomine dotis, atque residuas prefatas cc. libras hallens. prescripte *Katherine* in donacionem propter nuptias donauit in hunc modum, vt quicunque predictorum coniugum prius alii eorum morte prouentus sine prole decesserit, alter eorundem vita superstes predictas dotem atque donacionem propter nuptias ad vite sue terminum optinebit, ipsis vero *Th.* et *Ka.* ambobus defunctis, predicte donaciones propter nupcias atque dos cuilibet eorum assignate ad vtriusque ipsorum heredes proximos redibunt, residua vero alia bona, tam mobilia quam immobilia, preter supratactas donacionem atque dotem, qui

Digitized by Google

prenominati coniuges post ipsorum obitum reliquerint, vtriusque ipsorum heredes inter se equaliter parcientur juxta legem et jus ciuitatis *moguntine* hactenus obseruatas.

Actum presentibus *Cunrado* de *Romano*, *Jacobo Mengoti* et *Cunrado Obezere*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XI, in crast. nativ. b. Marie virg.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 724.

1312 (25. Febr.). I. n. d. a. Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine* profitemur, quod cum *Lucardis* begina de *Algensheym* propter affectionem singularem, quam ad ecclesiam nostram asseruit se habere iam dudum, ac pro remedio anime ipsius et animarum parentum suorum, omnia bona sua immobilia cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, que habuit in villa *Algensheim* et terminis eiusdem ville sita, donacione inter viuos ecclesie nostre donauerit, prout in instrumento sub sigillo judicum conscripto desuper plenius continetur, nos de predictis bonis nobis collatis taliter duximus ordinandum, quod dicta *Lucardis* huiusmodi bona cum suis iuribus et pertinenciis ac omni emolumento, que eidem pro vna libra cere, quam nobis ad luminaria persoluet, locamus quamdiu vixerit et *Symonem*, suum consanguineum, scolarem de bonis huiusmodi et obuencionibus bonorum ipsius *Symonis*, que ipsa in suis tenebit vsibus, procurabit, post mortem vero ipsius *Lucardis*, *Elyzabeth* et *Katherina*, sorores begine, sue consanguinee, si caste et laudabilis conuersacionis fuerint, quamdiu vixerint, bona huiusmodi nomine ecclesie nostre habebunt, ac singulis annis de eisdem bonis nobis soluent iii. marcas in festo b. Martini hyemalis denariorum colon., tribus hallensibus pro quolibet denario computandis, quarum vna in ecclesia nostra ministrabitur ad presenciam

Digitized by Google

in anniuersario ipsius *Lucardis*, in quo eciam fiet memoria quondam *Agnetis* sororis sue ac parentum eiusdem, alia vero marca dabitur in festo s. Policarpi, quod peragetur cum nouem lectionibus festiue in ecclesia nostra, tercia vero marca cedet sacerdoti officianti capellam s. *Egidii* in ambitu dicte ecclesie nostre consistentis in sue augmentum prebende.

Dat. v. kalendas marcii a. d. M.CCC.XII.

(Das Siegel der Aussteller hängt sehr beschädigt an.) Orig.

№ 725.

1312 (6. März). Nouerint vniuersi, quod nos *Cunradus* miles, *Fridericus, Wilhelmus* et *Cunradus*, armigeri, filii quondam *Wilhelmi* militis de *Rudensheym*, veri domini jurispatronatus ecclesie parrochialis in *Waldertheym*, ob remedium animarum nostrarum et parentum et progenitorum nostrorum et specialem affectum, quem parentes nostri et nos ad abbatem et conuentum monasterii *eberbacensis* habuimus, jus patronatus predicte ecclesie *Waldertheym* prefatis religiosis contulimus et transferimus in eosdem, ad id nobilis viri *Hermanni* de *Hoenvels*, a quo jus patronatus eiusdem ecclesie titulo feodali descendit, accedente consensu. In cuius collacionis testimonium presentes literas dictis religiosis tradimus mei *Cunradi* militis, quo nos armigeri predicti vtimur, et judicum s. *maguntine* sedis sigillorum roboratas.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XII, pridie nonas marcii.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 726.

1312 (9. März). Judices *wormat.* Constare volumus, quod *Margareta* de *Flanburn* becgina, quondam *Hein-*

Digitized by Google

rici dicti *Lethen* militis relicta, donauit *Emerchoni* militi dicto *Camerere* et *Cunegundi* legitime sue et heredibus eorum census infrascriptos, scilicet libram den. wormat. super vno macello respiciente super forum piscium, quam dat *Ruckerus* macellarius, item super duobus macellis quondam *Jacobi Machurii* ibidem sitis iv. vncias den. wormat., quas dat . . . . relicta eiusdem *Jacobi*, item super areis quondam *Cunradi* de *Berchem*, vbi ligna ponuntur, in foro lignorum v. solidos den., quos dat *Bertzo* dictus *Strichuseln*, item super areis *Johannis* lapicide vbi eciam ligna ponuntur, ibidem sitis xxvii. den. wormat., quos dicta *Margareta* dinoscitur comparasse, sicut in instrumento super eo confecto plenius continetur. Adiectum est, quod dicti coniuges debent predictos census dicte *Margarete* quamdiu vixerit integraliter presentare et cuicunque ecclesie, in qua sepedicta *Margareta* in extremis ecclesiasticam elegerit sepulturam, legauerit ix. vncias hallens., sepedicti coniuges et eorum heredes debent huiusmodi vncias nomine anniuersarii de censibus supradictis erogare. Testes sunt *Johannes* miles de *Frisenheim*, *Heilmannus* dictus *zv deme gemulten huse*, *Emercho* dictus *ammelman*, ciues *wormat.*

Dat. a. d. M.CCC.XII, vii. idus marcii.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.) Orig.

№ 727.

1312 (30. März). I. n. d. a. Nouerint vniuersi, quod ego *Baldemarus* de *Zailbach* miles in remedium et pro salute anime mee, vxoris mee, filiorum meorum ac omnium progenitorum et benefactorum meorum animarum remedio capellam in honore s. Stephani prothormartiris in monasterio sanctimonialium in *Dalen* extra muros *moguntinos* institui construendam meis laboribus et expensis, ad quam

Digitized by Google

capellam et eius altare trado xxx. maldrorum redditus siliginis, moguntine mensure, et i. carratam vini annue pensionis, presentandos annis singulis *Mangoldo* sacerdoti, cui ex nunc ipsam vicariam confero et deinde suo successori, qui pro tempore fuerit, se bonis meis infrascriptis, diuisis penitus a meis liberis et heredibus vniuersis, quorum xxx. maldrorum reddituum abbatissa et conuentus predicti monasterii in *Dalen* xviii. maldra dicto *Mangoldo* et suo successori dabunt infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa de bonis et jugeribus sitis in terminis ville *Britzenheim*, que dictus *Kobelman* colit, michi ab ipsis religiosis pro subpignore obligatis pro dictorum xviii. maldrorum pensione, quam ab eisdem empcionis titulo comparaui, alia uero xii. maldra siliginis lego danda infra dicta duo festa vicario dicte cappelle de molendino meo sito in curia mea in villa *Zailbach* et carratam vini predictam, videlicet dimidiam franci et dimidiam hunici, volo similiter dari prefato vicario singulis annis infra festum b. Mychahelis et festum b. Martini de iii. jugeribus et ii. quartalibus vinearum mearum sitarum retro curiam meam in *Zailbach* in monte, qui vocatur *an der steyge*, que bona, videlicet molendinum et jugera, ad solucionem pensionis predicte esse volo perpetue onerata ac eadem bona et jugera prefato *Mangoldo* et suis successoribus pro subpignore solucionis predicte pensionis obligo, que sibi eciam alias coram sculteto et scabinis villarum *Britzenheim* et *Zailbach* in iudicio ibidem publice resignaui. Item lego ad dictam cappellam curiam meam sitam in villa *Zailbach* prope pistrinum dominarum predictarum, quam curiam cappellanus seu vicarius debet personaliter inhabitare et in eadem residenciam facere personalem, alioquin volo, quod ipse dicta vicaria sit priuatus, volo eciam, quod idem cappellanus seu vicarius dicat in dicta cappella cottidie vnam missam, debet eciam in singulis missis suis memoriam mei, vxoris mee, filiorum ac progeni-

Digitized by Google

torum peragere fideliter. Insuper ius conferendi predictam cappellam seu vicariam michi reseruo ad tempora vite mee, post mortem meam ordino, quod perpetue eam conferat heres meus proximior, qui pro tempore fuerit et hoc deliberacione et consilio abbatisse solummodo dicti monasterii actu sacerdoti ydoneo et honesto. In quorum omnium premissorum testimonium, quia sigillo proprio careo, presens scriptum rogaui sigillis judicum s. *moguntine* sedis ac abbatisse et conuentus monasterii in *Dalen* firmiter communiri.

Act. a. d. M.CCC.XII, iii. kalendas aprilis.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 728.

1312 (23. April). I. n. p. et f. et s. s. a. Nos decani, capitula, abbates, priores, prepositi, abbatisse, priorisse, magistre, necnon conuentus canonicorum, monachorum et sanctimonialium ciuitatis, dyocesis et prouincie *maguntine,* quorum sigilla presentibus sunt appensa, omnibus Christi fidelibus uere penitentibus et confessis, qui ad fabricam ecclesie s. *Stephani*, ciuitatis *maguntine*, manum porrexerint adiutricem aut de suis facultatibus aliquid donauerint inter uiuos vel legauerint in eorum ultima uoluntate, confraternitatem vigiliarum, elemosinarum, jeiuniorum, missarum, oracionum, cantuum, operum pietatis et benefactorum omnium participem, que in nostris fiunt ac fient ecclesiis, monasteriis et conuentibus secundum inmensam omnipotentis dei misericordiam, zelo uere karitatis et deuocionis accensi, damus et concedimus in hiis scriptis usque ad consumacionem operis supradicte fabrice duraturis.

Dat. a. d. M.CCC.XII, circa fest. b. Georgi martyris.

(Von den an roth und grün seidenen Schnüren angehangenen 59 Siegeln sind nur noch 6 erhalten.) Orig.

Digitized by Google

№ 729.

1312 (28. Juni). Nos *Philippus* de *Schonecke* camerarius, *Philippus* miles dictus *Swap*, *Crafto*, *Emercho* et *Emecho* dictus *Stubele*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod cum a. d. M.CCC.XII, fer. iv. prox. p. nativ. b. Johannis bapt. judicio reipublice, que *vngeboden ding* wlgariter dicitur, presideremus, *Nycolaus* textor, ciuis *moguntinus*, super domo dicta . . .*) finali versus . . . . apud longum vicum *moguntinum* sita, de cuius fundo et area . . . . cenobio sanctimonialium . . . . census nomine soluendi sunt, me *Emerchone* judice predicto premissa publicante post primum et secundum bannos suos . . . .

Orig.

---

*) Die Urkunde scheint absichtlich an einzelnen Stellen ausgelöscht zu sein. Von späterer Hand ist auf die Rückseite geschrieben: „ist der rothe Krebs."

1322 (30. Juni) verkündigen Heinrich von Rodenstein Kämmerer, Emercho Schultheiß, Nikolaus, Salmann, Volgmar und Thulmann, weltliche Richter zu Mainz, auf Ansuchen des Klosters in Dalen außerhalb der Mauern von Mainz den dritten Bann „super domo, orto et omnibus suis attinenciis, necnon vniuersis bonis et rebus aliis propriis et hereditariis intra et extra *Mogunciam* constitutis, ipsis per *Nycolaum* textorem et *Libestam* eius legittimam, ciues *mogunt.*, traditis, eadem bona eisdem monialibus optinenda, presentibus *Heilmanno zum Setzereden*, *Thilone*, *Th.* in curia s. *Galli*, *Th.* ad *Regem* et *Herbordo*, aduocatis, *Petro* dicto *Mul*, *Winthero*, *Th.*, *Thilone*, *Jacobo* et *Syfrido*, budellis." (Die Siegel der Aussteller hängen in rothem Wachse sehr gut erhalten an.)

1334 (29. Juni). Bannbrief der Mainzer weltlichen Richter für die Stephanskirche daselbst „super domo *ad cancrum* iuxta arborem in foro gentile, sita ex opposito cenobii b. *Marie Magdalene* ibidem." (Die Siegel hängen wohl erhalten an.)

Digitized by Google

№ 730.

1312 (28. Juni). Nos *Philippus* de *Schonecke* camerarius et canonicus *moguntinus, Craflo, Emercho* et *Emecho* dictus *Stubele,* judices seculares *mogunt.*, profitemur, quod cum a. d. M.CCC.XII, fer. iv. prox. p. nativ. b. Johannis bapt. in curia archiepiscopi *mogunt.* judicio reipublice, que *wngebodending* wlgariter dicitur, presideremus, dominus *Philippus* miles dictus *Swap*, judex secularis *moguntinus*, super dimidie marce reditibus super curia quondam *Eigelonis* de *Frideberg* retro parrochiam s. *Heymerami* sita, ipsi *Philippo* persoluendi sunt, me *Emechone* judice supradicto premissa publicante, post primum et secundum bannos suos coram nobis primitus conquisitos, tercium bannum suum de vna celebracione reipublice ad aliam conquisiuit, et super eadem domo a nobis confirmatus extitit per sentencias judiciarias, presentibus *Nycolao, Heilmanno, Jacobo* et *Nycolao*, aduocatis, *Hert.* borcgrauio, *H. Langnase, H.* dicto *Mudiz, H. Slich, Cristiano, Anzone, Bevmundo* et *Wenzone* dicto *Hasinzal*, budellis nostris, ciuibus *maguntinis.*

(Die Siegel der Aussteller hängen gut erhalten an.)

Orig.

№ 731.

1312 (30. Juli). Nos *Gerhardus* in *Basinheim* et *Ingebrandus* in *Britzinheim* plebani protestamur, quod abbas et conuentus de *Eberbach* ex vna parte et *Lambertus* sacerdos, *Helfricus* miles, *Bertholdus* armiger et liberi *Gebonis* defuncti, fratris eiusdem *Bertholdi,* heredes legittimi quondam *Sybodonis* de *Smideberg* militis parte ex altera, coram nobis necnon *Heinrico* dicto *Schetzelin* de *Lorche*, *Petro* de *Basinheim*, militibus,

Digitized by Google

Godefrido, canonico in *Frankinford*, vna et *Cunrado* de *Mannendal*, *Willekino* de *Britzinheim*, armigeris, et aliis pluribus fidedignis diem placiti tenuerant, super bonis predicti quondam *Sybodonis* de *Smydeborg* testamentaliter in elemosinam antedicto conuentui de *Eberbach* legatis inter viuos, honesto testimonio litterarum materiam discordie inter vtramque partem periculosius exortam decidemus in hunc modum, quod abbas et conuentus in *Eberbach* curiam quondam *Sybodonis* predicti in *Guginheim* sitam indiuisam cum duabus partibus bonorum suorum omnium curie attinentium deinceps libere possiderent, hac adiecta condicione, quod dicta curia cum duabus partibus predictis heredibus militis *Heinrici Schetzelin* de *Lorche* nunc et in posterum nec locetur, nec vendatur, sed si huiusmodi alienacio abbati et conuentui de *Eberbach* expedire videbitur, heredes sepedicti *Sybodonis* antedictos ad eandem locationis, vendicionis et alienacionis graciam et jus dicti religiosi recipiant equaliter, vt *Heinricus* de *Aquis* cellerarius maior, *Jacobus* cellerarius coquine de *Wormacia* et *Ensfridus* bursarius de *Costencia*, predicti conuentus monachi, ad idem negocium terminandum in plena auctoritate missi, se et suum monasterium obligarunt.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XII, prox. dom. p. fest. b. Jacobi apost. glor.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№ 732.

1312 (2. Sept.). *Werenherus* de *Bolandia*, prepositus ecclesie s. *Victoris* extra muros *maguntinos*, decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* predicte salutem in domino. Vt bonis operibus, quibus instare videmini, sufulci temporalibus delectemini studiosius inherere, ecclesiam parrochia-

Digitized by Google

lem in *Wisenawe* et cappellam eiusdem in *Lubenheym* cum fructibus et redditibus suis nostre prepositure, quarum jus patronatus et collatio ad nos pertinere dinoscitur, et vt eciam prefata parrochia et capella in spiritualibus non negligatur sed diligenter in antea per sacerdotem ydoneum preposito seu archidyacono, qui pro tempore fuerit, per vos presentandum et per ipsum prepositum instituendum in diuinis officiis studiosius gubernetur, vestre ecclesie s. *Victoris* predicte ad honorem indiuidue trinitatis, s. Marie virginis ac b. Victoris, incliti patroni nostri, damus, incorperamus et vnimus.

Dat. a. d. M.CCC.XII, iiii. nonas septembris.

(Das Siegel des Ausstellers in rothem Wachse hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 733.

1312 (27. Okt.). I. n. d. a. Nouerint vniuersi, quod ego *Fridericus*, prebendarius ecclesie s. *Martini wormat.*, testamentum meum ordino in hunc modum. Inprimis lego ecclesie s. *Martini* predicte domum meam, quam inhabito, uolens, quod omnia debita mea per ecclesiam predictam de eadem domo ante omnia persoluentur, statuo eciam si quid superfluum remanserit, antedicte ecclesie in subsidium presencie inter presentes in anniuersario parentum meorum, scilicet patris mei *Friderici* et matris mee *Kunegundis* distribuende, vt ob hoc feria tercia post oculi proxima ipsorum meorum parentum memoria peragatur, item lego predicte ecclesie v. maldra siliginis, vt anniuersarium meum ac matertere mee *Mchthildis* ab inde peragatur, insuper lego *Irmele* ancille mee lectisternia, vina, ligna, vasa et omnia vtensilia domus mee. Preterea ad huiusmodi testamentum exequendum tales eligo uiros ad exsecutores seu manufideles mei testamenti, scilicet *Cunradum* de *Munsheim* canoni-

Digitized by Google

cum *wormat.* et *Jacobum* dictum *ad stellam* prebendarium ecclesie s. *Martini* predicte.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XII, in vig. Symonis et Jvde. Interfuerunt dominus *Ja.* dictus *Faber*, *Nicolaus* dictus *Blanke*, *Cunrad* dictus *Yost*, dominus *Merkelinus*.

(Das Siegel der Mainzer Richter ist abgefallen.)

Orig.

№ 734.

1312 (27. Oct.). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Hennelinus* dictus *Deyler* clericus, filius *Heylemanni Deyler* de s. *Michaele*, recognouit, se vendidisse sub a. d. M.CCC.XII, in vig. Symonis et Jude apost. *Katherine* dicte *Zodeln*, vidue *wormat.*, redditus perpetuos xx. vnciarum hall. et iii. capponum super domo *Antzelmanni* de s. *Michaele*, contigua domui *Herbordi* dicti *Deyler* et super vtilitate vnius diei sue partis de molendino *waltmolen* ad ipsum *Antzelmannum* pertinentis, ac super area et rama super ipsa posita, ad quam panni ad desiccandum penduntur, sita ex opposito domus *Herburdi Deyler* predicti pro xxx. libris et x. solidis hallensium.

Acta sunt hec presentibus *Jacobo* dicto *Zodeln*, *Herburdo* textori, filio olim sculteti *wormat.*, *Herburdo* dicto *Deyler*, *Nicolao* dicto *Zodel*, *Godelmanno super turre* et dicto *Roder*, ciuibus *wormat.*

(Das Siegel der Richter hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 735.

1312 (15. Nov.). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Elizabeth*, relicta quondam *Emelrici* dicti de *Pinguia*, ciuis *moguntinus*, in nostra presencia constituta recognouit, se donasse *Cunrado* sacerdoti, filio suo,

Digitized

terciam partem dictam wlgariter *Buwetheylungen* omnium bonorum suorum mobilium et immobilium in *Pinguia* et eius terminis, necnon alibi vbicunque et in quibuscunque locis extra ciuitatem *mogunt.* et terminos eiusdem ciuitatis sitorum, necnon omnia bona sua et singula ad eam ex morte quondam *Wernheri*, filii sui, deuoluta, necnon super curia *zvm scharhoue* et domibus ad eandem curiam spectantibus in loco dicto *offeme graben* in *Selhouen Moguntie* sitis, cl. libras hallensium, ortumque suum cum censibus et domibus ad eundem ortum pertinentibus erga *Petrum* dictum *zvm flozse*, ciuem *moguntinum*, comparatos, iuxta ortum *Walpodonis* prope *Wyseborn* in *Vilczpach* sitos, et ex nunc vt ex tunc omnia et singula bona prescripta eidem *Cunrado* donat donacione inter viuos.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XII, xvii. kalendas decembris.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 736.

1312 (15. Nov.). Vniuersis sit manifestum, quod cum inter *Herbordum* dictum *Felkenere*, ciuem *mogunt.*, ex vna, necnon *Nycolaum* et *Thilmannum*, quondam *Emelrici* dicti de *Pinguia* generos, ex parte altera questio verteretur, idem *Herbordus* omni actioni contra predictos renunciauit, ceterum iidem *Thilmannus* cum *Agnete* et *Nycolaus* cum *Geza*, coniuges, curiam *dictam schurhof Moguncie* in *Selhouen* sitam, necnon vniuersos reditus ad eandem spectantes dederunt *Elizabeth*, relicte quondam *Emelrici* de *Pinguia*, jure hereditario.*)

---

*) 1315 (14. Okt.). Uniuersis sit manifestum, quod cum liberi *Elizabeth*, relicte quondam *Emelrici* de *Pinguia*, ciuis *mogunt.*, singuli, tam de bonis, que *Elizabeth* matri sue clandestine abstulerunt, tam eciam de bonis, que ipsa *Eliza-*

Digitized by Google

Acta sunt coram *Philippo* milite dicto *Swap*, seculari judice *moguntino*, presentibus *Jo.* dicto *Sluzel* milite, *Antone zume Blasehoue*, *Syfrido zu Straizborg*, *Jacobo* de *pomerio*, *Ger. zu Lichtenberg* et *Gerlaco* dicto *Krigere*, ciuibus *mogunt.*, a. d. M.CCC.XII, fer. iv. prox. p. d. b. Martini ep.

(Die Siegel hängen wenig beschädigt an.)

Orig.

№. 737.

1313 (18. Febr.). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Petrus* armiger, filius quondam *Eberhardi* militis de *Geyspisheim*, coram nobis constitutus ven-

---

beth ipsis in dotem seu donacionem propter nupcias contulit ac eciam inutiliter expendisse dinoscuntur, in magna summa pecunie quantitate sibi vsurpauerint, hoc eadem *Elizabeth* animaduertens, *Cunrado* sacerdoti, eius filio, sicut et aliis eius pueris dignam intendens facere reconpensam, eidem *Cunrado* super curia dicta *schurhof* et domo posteriorum versus curiam templariorum, fenestris et januis versus predictam curiam quondam templariorum prospicientibus siue factis, necnon super domibus ad eandem curiam spectantibus super fossato in *Selhouen Moguncie* sitis, cl. libras hallens. pre aliis eius pueris contulit donacione inter viuos, que *zu dordede* wlgariter nuncupatur, preterea eadem *Elizabeth* ortum suum cum censibus et domibus erga *Petrum zume Flozze* comparatos, juxta ortum *Walpodonis* prope *wieseborne* in *Filzbach* sita, que *Cunrado*, suo filio supradicto, ante sexennium se donasse recognouit, eidem *Cunrado* pre aliis suis liberis habenda. Ceterum eadem *Elizabeth* omnia bona sua mobilia, vtensilia, suppellectilia ac alia bona mobilia supradicto *Cunrado* eciam pre aliis eius pueris contulit. Act. coram *Salmanno* seculari judice *moguntino*, presentibus *Tilone Salmanni* et *Heilmanno zume Seczereden*, aduocatis, ciuibus *mogunt.* (Die Siegel fehlen.)

Digitized by Google

didit annuos redditus xii. maldrorum siliginis et i. mensure nuncupate wlgariter *vernelzal*, necnon xii. solidorum denariorum colon. magunt. ac iii. denar. magunt., quos idem *Petrus* a nobili viro *Hermanno* de *Hoenuels* titulo feodi habuit in terminis curie *Walheim* et ville *Hainheim*, de expresso consensu *Hermanni* predicti, de quibus nobis per literas eiusdem domini constat vna cum dominis, iuribus et iure specialiter dicto *herberge* et aliis attinenciis abbati et conuentui monasterii *eberbacensis* ementibus pro xliii. marcis denariorum colon. magunt., iii. hallensibus pro denario quolibet computatis.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIII, xii. kalendas marcii.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

№ 738.

1313 (13. März). Vniuersis presentes literas inspecturis. Nos *Ebberhardus* dictus *Fulkese* de *Guntheim*, *Wernherus* dictus *Wipel* de *Rosengarten*, *Steben* de *Eppelsheim* et *Gerhardus* dictus *Mengoz* de *Dirmenstein*, milites, cupimus esse notum, quod cum decanus et capitulum ecclesie s. *Victoris* prope muros *magunt.* pro *Elizabet* dicta *Fulkesen* de *Guntheim*, necnon *Mengoto* et *Heilmanno*, filiis *Agnetis*, nepotibus *Elizabet* predicte, xxx. iugera et quartam partem quartalis agri campestris sitis in terminis ville *Nordelsheim* pro cxxiiii. libris et v. solidis hallens. comparassent, nos milites predicti fideiussimus, quod cum *Mengotus* et *Heilmannus* predicti minores sint annis, cum ad etatem legittimam peruenerint, predicta bona et quidquid iuris habent in eis in iudicio *Nordelsheim* antedicte ecclesie s. *Victoris* resignabunt ac eidem facient warandiam debitam et conswetam. Et hec omnibus sub si-

Digitized by Google

gillo *Wernheri* dicti *Wipel* predicti, quo omnes vsi sumus, cupimus esse nota.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, fer. iii. p. domin. reminiscere.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 739.

1313 (16. März). Nos *Wernherus* de *Bolandia*, prepositus ecclesie s. *Victoris* extra muros *mogunt.*, profitemur, quod in nostra constitutus presencia *Arnoldus* dictus *Benzo* de *Monfurt* miles, omne ius, quod in iure patronatus, collacione vel presentacione altaris in ecclesia s. *Fortunate* virginis in *Ymishem* constituti habuit, ex eo, quia ipse idem altare xxx. maldris siliginis dotauit, decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* donauit et in eos transtulit. Voluit tamen predictus *Arnoldus*, quod sacerdos predictum altare officians continue debeat ibidem personalem facere residenciam, saluo tamen iure et sine preiudicio iuris ecclesie parrochialis ibidem, et fore contentus redditibus xxx. maldrorum siliginis supradictis. Rogauit quoque *Arnoldus* supradictus decanum et capitulum prefatos, necnon vniuersitas ville supradicte, quatenus *Wernherum*, filium *Hillebrandi* de *Monshem*, clericum, vellent ad altare predictum nobis presentare, vt eundem de eodem inuestiremus, prout ad nostrum officium dinoscitur pertinere.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, fer. vi. p. reminiscere.

(Das Siegel des Ausſtellers fehlt.) Orig.

№ 740.

1313 (2. April). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Hermannus* armiger de *Olmena*, natus quondam *Ottonis* militis ibidem et *Katherina*, vxor eius, in nostra presencia constituti vendiderunt decano et capitulo

ecclesie *maguntine* bona infrascripta pro c. libris hallensium, primo videlicet in vno campo xi. jugera *an spensheimerstraisze*, item iv. jugera *zu Buchelinheim* apud dictos dominos, item v. jugera *an den zweyn morgen an der vnder forh* meliora zu *Heymberch*, item in alio campo *zu Buchelinheim* apud dominos predictos vii. jugera, item ibidem iii. jugera ein angewendere, item ii. jugera ibidem apud *Volzonem*, item iv. jugera supra montem *an Ebersheimerwege*, item ii. jugera *vffe der steingruben an der Ebersheimer straiszen*, item iii. et dimidium jugera *zeynt vffe Rodelinheimersweg*, que quidem bona *Katherina* prefata suam dotem esse plane negauit, prefatis vero bonis in iudicio seculari ville predicte dominis predictis resignatis, iidem domini eisdem *Hermanno* et *Katherine*, coniugibus, locauerunt pro annuis redditibus xx. maldrorum siliginis, mensure magunt., quam pensionem dicti coniuges eisdem dominis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa soluere ac *Magunciam* ante granarium dominorum corundem presentare promiserunt.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XIII, iiii. nonas aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller hängt an der Umſchrift etwas beſchädigt an.) Orig.

№ 741.

1313 (19. April). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Syfridus* armiger de *Alsheim* et *Jutta* vxor eius in nostra presencia constituti, prouida deliberacione prehabita, vendiderunt decano et capitulo ecclesie *maguntine* bona infrascripta pro c. libris hallens. eisdem venditoribus numeratis. Bonorum autem predictorum predicti coniuges situs et specificationes in villa *Appenheim* et eius terminis tales esse dicebant, primo in vno campo i. juger

Digitized by Google

vnder den berch wege, item ii. jugera *nederwerther by den weyden*, item i. juger et dimidium *vnder deme sant reche*, item ii. jugera *vnder den berger wege*, item ii. jugera *of des Ringrebinerde*, item i. juger *vf der Mnniche hundert morgen*, item i. zweydeil steysit *in woluisrech*, item i. zweydeil *vnder der Mergelin*, item ii. jugera *zu adamsreche*, item iii. jugera *zu vase*, item i. zweydeil *vf den voyslochere*, item i. *vnder den voyslochere*, item iii. et dimidium jugera *vnder deme krummen holszwege*, item ii. jugera *zu Hippilspurne*, item i. zweydeil *zu adamsreche*, item ii. et dimidium jugera *in der strais gewanden*, item iii. et dimidium jugera *gehen Hyppelspurne*, item apud curiam ix. jugera, item in alio campo v. quartalia in den zwenzic morgen, item i. iuger *an deme Engelsteder wege*, item i. juger et dimidium *in der diffindel*, item i. juger *zu Garthin*, item ii. zweydeil *an Hiluersheimerwege*, item iii. et dimidium jugera *zu neyder morser*, item ii. et dimidium juger *vffe den weydin*, item vii. jugera *hinder Segarsbundin*, item i. zweydeil *vnder den monchen gein obern morse*, item iii. jugera superius, item v. quartalia *oben an den drien morgen*, item ii. zweydel di do stosint in das ander in *gehen der weyden*, item ii. jugera pratorum, quorum i. zweideil situm est *an der mulen*, item ii. zweydeil *zu Schelmelin*, item iii. vinearum in monte, item tercia pars molendini et curia. Quibus vero bonis sic venditis de expresso consensu *Cleme*, matris ipsius *Jutte* et *Johannis*, filii sui, fratris dicte *Jutte*, qui sua interesse asseruerunt decano et capitulo predictis, iidem domini seu eorum procuratores ad hoc ab eis legaliter deputati predicta bona eisdem *Syfrido* et *Jutte*, coniugibus, recipientibus locauerunt pro annuis redditibus xx. maldrorum siliginis, mensure ciuitatis maguntine, quam pensionem siliginis dicti coniuges eisdem decano et capitulo perpetue annis singulis

infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa presentibus promiserunt dare ac *Maguntie* ante granarium eorundem dominorum presentare ipsorum coniugum periculis, laboribus et expensis. Preterea huic locacioni specialiter adiectum est, quod dicti predicta bona indiuisa et in debita cultura conseruabunt.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XIII, xiii. kalendas maii.

Ceterum dicta *Jutta* a nobis specialiter requisita negauit publice dicta bona esse dotalicia et ea ad se tamquam dotem seu dotis nomine pertinere. *)

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 742.

1313 (3. Mai). Notum sit, quod cum inter abbatem et conuentum monasterii *otterborgensis,* qui ciues in *Oppinheim* existunt, ex vna parte et *Johannem* dictum *Cleineugelen*, *Carolum* de *Lorzwilre*, *Emirchonem* dictum *Vedirwisch* et vniuersitatem ville *Eychene* ex parte altera super quibusdam causis verterentur discordiarum quedam germina et materie, ipse cause denuo mediantibus de consensu parcium ipsarum viris nobilibus *Ebirhardo* de *Randecke* sculteto *oppinheimense*, *Jacobo* de *Didinsheim*, *Cunemanno* de *Lorzwilre*, ... dicto *Werce-*

*) Auf der Rückſeite ſteht von beinahe gleichzeitiger Hand: „Ista bona de nouo sunt empta erga *Sifridum* dictum *Cla.* Primo curia sua, que olim fuit magne *Grete an der breiden gaszen* et omnia ad dictam curiam pertinencia. Item ortus apud *Merklinum*, der da stosset *vf die bach.* Item domus et ortus sibi contiguus apud *Buchburne.* Item ii. iugera *vf der mergelin.* Item ii. et dimidium iuger *oben in der strazgewanden.* Item i. iuger *zu wegeburn* super plebanum.“

borgere de *Behteim*, *Gotzone* dicto de *Maguncia*, *Philippo* dicto *Walt* de *Behteim*, militibus et quibusdam aliis fidedignis sopite, necnon ad composicionis huiusmodi formulam sunt redacte, videlicet quod omnibus rancoribus et impeticionibus hactenus quietatis predicti abbas et conuentus debent mittere vel habere die quauis dominicali vnum de suis confratribus monachum in ipsa villa *Eychene*, qui cum ipsa vniuersitate intersit et pro eiusdem ville statutis, condicionibus ac decretis ordinandis et laxandis, imponendis et deponendis habeat facultatem. Si autem ipse monachus in huiusmodi statutis aut condicionibus forte dissenserint, illam dissensionem *Jacobus* de *Didinsheim* predictus, quem domini *otterborgenses* prefati pro se atque *Cunemannus* de *Lorzwilre*, milites, quem dicte ville vniuersitas pro se in arbitros ad hoc elegerunt, decident sicut senserint iustum esse, quorum arbitrorum cum alter decesserit, illa pars, per quam electus extitit, alterum potest ex tunc infra mensem continuum substituere loco talis. Predicti quoque abbas et conuentus contribuent cum incolis dicte ville nummos dictos *dichpennege*, eos proporcionaliter contingentes, de omnibus bonis suis apud villam *Eychene* vel in terminis eiusdem sitis, que quidem bona fructificauerunt aliquando, seu nunc fructificant vel fructificauerint in futuro, aliis tamen antiquis iuribus ipsis abbati et conuentui saluis omnino, que per ipsius ville scabinos eis adiudicari debent, hiis ordinacionibus nil obstantibus nec in contrarium aliquid nocituris. Et vt premissa omnia firma permaneant, nos frater *Johannes*, abbas prefati monasterii *ottirborgensis*, sigillum nostrum vna cum *Ebirhardi* de *Randecke*, sculteti *oppinheimensis* pretacti, necnon eiusdem ciuitatis *oppinheimensis* sigillis isti scripto iussimus applicari.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIII, festo jnuencionis s. crucis.

(Die Siegel ſind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№. 743.

1313 (5. Juni). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Jacobus* carnifex et *Mehtildis*, vxor sua, de *inferiori Ingelnheim* in nostra constituti presencia confessi sunt, se super curia et orto suis in villa *Ingilnheim*, quos inhabitat *Nicolaus* dictus *Henkemantel* vendidisse cappellanis celebrantibus in cenobio sanctimonialium monasterii s. *Agnetis* in *Moguntia* annuos redditus i. fertonis denariorum colon., iii. hallensibus pro quolibet denario conputandis, pro xxx. solidis denariorum colon. in hunc modum, videlicet quod iidem coniuges singulis annis infra octauam b. Martini episcopi eundem fertonem denariorum predictis cappellanis soluent sub ipsorum coniugum periculis et expensis. Ad maiorem quoque certitudinem solucionis horum reddituum in ipso termino faciende iamdicti coniuges prenominatam curiam confitentur se obligasse et resignasse memoratis cappellanis coram sculteto et scabinis in judicio dicte ville *Ingilnheim* titulo subpignoris. Promittunt eciam ipsi coniuges, quod omnia dampna et expensas, si que dictos cappellanos occasione ipsius judicii ville *Ingilnheim* racione predicte curie sustinere contigerit, eis soluere velint. Preterea huic contractui est adiectum, quod post obitum dictorum coniugum semper proximior et senior heres ipsorum habebit prenotatam curiam indiuisam.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIII, nonas junii.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№. 744.

1313 (18. Juni). I. n. d. a. Anno incarnacionis M.CCC.XIII, indict. xi., xiv. kalendas julii, hora vesperarum, in curia et ortu *Heinrici* dicti *Span*, canonici ecclesie s. *Pauli wormat.*, constitutus in presencia judicum curie *wor-*

Digitized by Google

mat., mei notarii et testium subscriptorum *Wernherus* dictus *Fende* clericus *wormat.* recognouit, se donasse pro remedio anime sue ac animarum parentum suorum decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* x. jornales vinearum et dimidium torcular in villa et in terminis ville *Berchtheim* sitos, item redditus i. maldri tritici super i. jornali vinearum, quos dabit dictus *Drostelen* ibidem, item ix. mannesmat prati ex altera parte *Reni* iuxta *Drelachen*, item curiam suam dictam *ad strechuselen*, item domum vnam sitam in vico decani, item redditus ii. capponum de domo dicta *heldes*, item ortum suum iuxta *Engelmarum* seniorem situm *vffe der weiden* et duas domos adiacentes. Presentibus *Gerhardo* custode, *Petro* scholastico, *Heinrico* cantore, *Heinrico Span*, *Johanne Rosebeumere*, *Wernhero Rockenhusere*, canonicis ecclesie s. *Pauli* predicte.

(Notariatsinstrument. Notar: *Nicolaus* dictus de *Landecken*, tabellio curie *wormat.*)

№ 745.

1313 (6. Sept.). I. n. d. a. *Emericus* dei gracia *wormat.* episcopus. Constitutus in nostra presencia *Syfridus Gerhardi* de *Carlebuch*, canonicus ecclesie s. *Martini wormat.*, pro remedio anime sue et parentum suorum, altare cum capella per eum constrvctum de consensu decani et capituli ecclesie s. *Martini* predicte iuxta corum eiusdem ecclesie a parte inferiori in honorem b. virginis Marie et s. Cristofori, dotauit diuersis suis prediis et redditibus inferius subnotatis, ordinans, vt sacerdos perpetuo missam ibidem celebret. Sunt autem hec bona ad dictum beneficium pertinencia, primo videlicet dimidium zweideil in monte *biszeregesheim* consulcaneus *Helfricus* armiger ibidem, item ii. jvrnales in campo *Duwele* ibidem, item i.

jvrnalem et dimidium in valle ibidem, consulcanee sunt monache de *orto cerasorum*, item i. zweideil in *buhele*, consulcanei sunt monachi de *Lutra*, item dimidium jvrnalem in eodem campo consulcaneus *Rudegerus Helferici* de *Carlebach*, item i. jvrnalem in via versus *wiszen*, item i. zweideil in *hauge* versus *Frennesheim*, item i. zweideil *in dalgewanden* consulcanei monachi de *Vtterburg*, item dimidium jvrnalem in campo dicto *eben* consulcaneus *Jacobus* dictus *Rybeschinberg*, item dimidium jurnalem in via tendentem a *Carlebach* in *Biszeringisheim* consulcanei monachi de *Lutra*, item xxx. solidos hallens. de orto retro ecclesiam in *Carlebach* iuxta riuum, item domum et curiam retro pistrinum *Erkinberti* ibidem, item jurnalem vinearum in *Wiszen* in campo dicto *kyselbuhel* cum xix. jurnalibus agrorum et soluunt annuatim vi. maldra siliginis, quorum iii. cedunt domino *Emechoni* de *Duna*, item iii. maldra *Bentersheim* cedencia de prato dicto *Spisz*, item v. maldra siliginis de duabus vineis in *Sassinheim* in loco dicto *wolfgruben* et dimidio jurnali in *Winheim* in loco dicto *Ebene*, item x. solidos censuum et x. capones de bonis *Gerungi* in *Soltzbach*, item v. maldrorum redditus super viii. jugeribus agrorum in terminis ville *Albisheim* sitorum, primo iv. jugera dicta *dunzendal* in vno sulco, item via, qua itur in *Vmesheim*, iv. jugera in vno sulco consulcanei canonici *cellenses* et monachi de *Vterburg*.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIII, fer. v. a. natiuit. b. Marie virg.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 746.

1314 (16. Jan.). Nos *Crafto* sculthetus, *Emercho* dictus *Stubele*, *Nycolaus* et *Salmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod cum a. d. M.CCC.XIIII, fer.

Digitized by Google

iv. prox. p. octav. Epiphanie dom. in curia archiepiscopi *moguntini* judicio reipublice, que *vngebodending* wlgariter dicitur, presideremus, decanus et capitulum ecclesie s. *Marie de gradibus mogunt.* super ii. marcarum den. colon. reditibus, super domo dicta *ad rotam* prope domum dictam *ad gladium*, quam *Nicolaus* dictus *Isenhoibit*, ciuis *mogunt.*, inhabitat, *Moguncie* sita prefatis religiosis persoluendis, me *Emerchone* judice supradicto premissa publicante, post primum et secundum bannos suos coram nobis primitus conquisitos, tercium bannum suum conquisierunt et super eisdem reditibus a nobis confirmati extiterunt, presentibus *Nicolao, Heilmanno*, *Jacobo* et *Heilmanno*, aduocatis, *Cristiano, Anzone, Beumundo*, *H. Langenase*, *H.* dicto *Mudiz*, *Pe. Mul*, *W. Hasinzal*, budellis nostris et *Hertwino Borggrauio*, ciuibus *moguntinis.**)

(Die Siegel der Aussteller hängen nur noch theilweise an.)

Orig.

---

*) 1328 (10. Nov.) vergleichen die als Schiedsrichter gestellten Hildebrand Decan, Heinrich Schulmeister, Hermann Custos und Antzo gen. zum Rabe, Canoniker der Stephanskirche zu Mainz, den Erbschaftsstreit, welchen die genannte Kirche mit „*Henrico* dicto *Rothsche* pro se et *Walpurga* vxore sua, sorore quondam *Anthonii* dicti *ad Rotam*, nostri concanonici, necnon *Heylmanno* de *Castella*, fratre quondam *Anthonii* predicti, heredibus et successoribus in bonis eiusdem *Anthonii*“ bezüglich der Schulden des vorg. Anton hatte, zu deren Tilgung die gen. Erben sich dem vorg. Stephansstifte zur Entrichtung von 18 Sol. kölnischer Heller verpflichten „de domibus sitis in loco, qui dicitur *of dem hauwemarch*, *Maguncie*, dictis *ad Rotam* et ad *auream Rotam*.“ (Die Siegel fehlen.)

1334 (5. Dec.) wird das Johannisstift in Mainz gerichtlich eingesetzt „in possessionem hereditatis dicte ad *nigram rotam*.“ (Siegel fehlt.)

Digitized by Google

№ 747.

1314 (10. März). Nos *Hermannus* dominus de *Hohenuels* recognoscimus, quod cum inter nos ex parte vna, necnon vniuersos incolas ville *Eichene* ex altera verteretur dissensionis materia, talis inter nos et ipsos compositio extat facta, videlicet, quod nos in eadem villa *Eichin* nostrique post nos heredes forum vini habebimus et habere debemus temporibus perpetim duraturis, ita, quod famulo nostro, quem illuc deputauerimus, vendere licebit ibi vina nomine nostro ac vice precio competenti, franconicum quidem iuxta suum forum et hunicum iuxta debitum sui fori seu valoris, utpote in villis *Bertheim, Mettinheim*, *Alsheim* et *Guntersblumin* vina vendi solent. Si quis vero incolarum ipsius ville *Eichene* vinum in hospicio suo pro se habere voluerit, hoc facere poterit, dummodo de ipso vino penitus nichil vendat. Preterea reseruauimus nobis in eadem villa redditus annuos xlii. maltrorum siliginis atque redditus annuos v. librarum hallensium, que v. libre nobis cedere non debent, sed homagialibus nostris, qui eos a nobis in feodo possident. Ipsos quoque predicte ville incolas nullatenus vlterius seu strictius preter predicta debere arcere neque compellere, nisi ad ea solum, que scabini eiusdem ville per suas sentencias nobis adiudicauerint esse danda uel eciam facienda. Nullum eciam ibi debemus reponere aut vendere vllis temporibus vinum banni.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIV, domin. q. cant. oculi mei semper.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

№ 748.

1314 (21. März). I. n. d. a. Nos abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium monasterii s. *Agnetis* recognos-

Digitized by Google

cimus, quod cum *Johannes* et *Alheydis*, coniuges *moguntini* dicti *ofme Lyghoue*, erga liberos quondam *Sophie* dicte *zu der Briczschin* in *Maguncia*, *Nycolaum* dictum *Spansheymere* de *inferiori Ingelnheim*, *Rukerum* generum . . . dicte *Hufnegelen*, *Wolframum* dictum *Wirth* et *Gotsmannum* carnificem *moguntinum* l. jugera et i. juger, necnon quartale terre arabilis sita in terminis villarum *Isenheim* et *Briczinheim* conparauerint pro cxlvii. marcis denariorum colon., eadem jugera nobis, nostroque monasterio donassent et nostro procuratori et yconomo nostro nomine eadem resignantes pro suarum remedio animarum, in reconpensam tam grati beneficii nobis, nostrisque successoribus exhibiti, predictis coniugibus et alteri ipsorum promittimus et obligamus ad liv. maldra siliginis, mogunt. mensure, pensionis perpetue singulis annis ministranda ac presentanda ad quamcunque domum in *Moguncia* dicti coniuges decreuerint, nostris laboribus et expensis, infra duo festa assumptionis et natiuitatis virginis gloriose, addicientes, quod si alterum dictorum coniugum viam vniuerse carnis ingredi contigerit, alteri ipsorum annona presentabitur. Ad hec post obitum coniugum predictorum predicta annona nostro conuentui ad pittanciam deputabitur, quem et ipsi coniuges ad hanc deputarunt specialem, ita, quod in quolibet ebdomada vno die conuenienti, videlicet die lune vel die martis, i. maldrum siliginis toti conuentui in pitanciam in carnibus seu piscibus ministretur, et per huiusmodi consolacionem ipsi conuentui de communi prebenda, videlicet ouis et caseis, nichil subtrahatur, ac si pittanciam huiusmodi non haberet, ceterum quod si predictam pittanciam non ministrauerimus, sed subtraxerimus, tunc id, quod pro pittancia debetur, cuiuscunque sit numeri in computacione maldrorum neglectorum sacerdotibus nostrum monasterium et altaria nostra officiantibus per nos communiter ministretur, ipsique sacerdotes omnes et singuli predictam annonam

occasione pittancie non facto seu ministrate sibi valeant vendicare, et quia duo maldra supererunt de pittancia ministranda, nos abbatissa ea conuertere poterimus in vsus nostri monasterii prout viderimus melius expedire. Situm vero et specificationes bonorum eorundem dicti coniuges tales esse dicebant, videlicet in terminis *Isenheim* iii. jugera *ofme Byrcherwege*, item i. juger cum dimidio in loco, qui dicitur *Brunkele*, item ibidem dimidium juger, item *an deme Roydenberge* i. iuger cum dimidio, item *an den Rubecheren* i. juger cum dimidio, item ii. jugera cum dimidio consulcanea *Breytwysen*, item iii. jugera *ofme Wermberge*, item ii. jugera *ofme westerberge*, item i. zveyteil *amme sleyfwege*, item i. juger *amme Ingelnheymerewege*, item i. quartale *ofme Birkerwege*, item i. zveyteyl *in den houe wingarthen*, item ii. jugera apud viam, que dicitur *der Engewech*, item in terminis ville *Briczenheim* primo *amme Geren bi der neyngrubin* ii. jugera, item *an der adduch* ii. jugera super villam *Zalbuch*, item iv. jugera *an der Leymgrubin*, item dimidium juger *amme Leymendal*, item sub arbore, qui dicitur *sancte Johannis Boym*, i. juger cum dimidio, item *an deme bergwege* super arborem dicti *Spilman* i. juger cum dimidio, item *zu Oberest adduch* v. quartalia, item *zu Oberesterluchen* i. zveyteyl, item *in den Brachen* i juger cum dimidio, item *amme Knollen* i. juger, item ibidem ii. jugera cum dimidio, item ii. jugera apud *suwelnheymerwege*, item i. juger *amme hexheymere wege*, item ii. jugera *an der schazgrubin*, item *amme derze velde* ii. jugera, item ibidem i. zveyteyl, item ibidem i. zveyteyl, item *an der Olmenere sleyfwege* i. zveyteyl, item *amme treyserwege* dimidium juger, item *imme mockerstalle* i. juger.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XIIII, xii. kalendas aprilis.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an, das der Mainzer Richter fehlt.) Orig.

Digitized by Google

№ 749.

1314 (30. März). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* in publicam rei noticiam deducimus, quod collacio beneficii prebendalis in ecclesia nostra predicta instituti et dotati per quondam *Emerchonem* dictum *Bezzerere* et *Gezam*, coniuges, ciues *wormat.*, quod beneficium nunc habet *Henricus* dictus *Smalz*, natus quondam *Geze* predicte, ad *Elizabethim* et *Volzonem* fratrem suum, liberos quondam *Alberti* dicti *Bezzerere*, ciuis *wormat.*, ex nunc in antea quamdiu vixerint spectat omni eo iure, forma et modo, sicut institutum et dotatum est beneficium supradictum, post decessum uero ipsorum ad scolasticum, qui tunc in ecclesia nostra s. *Pauli* predicta pro tempore fuerit, collacio prefati beneficii perpetuo debet pertinere.

Act. a. d. M.CCC.XIIII, in vig. palmarum.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 750.

1314 (3. April). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Emircho* dictus *Greue* et *Hedewigis*, vxor eius, de *Gaubeckelnheim* in nostra presentia constituti recognouerunt, se infrascripta bona sua sita in villa *Gaubeckelnheim*, quorum specificationem et situm talem esse dicebant, uidelicet iii. jugera cum dimidio *an der Leimgruben*, iii. jugera *an armesheimer wege*, i. duale ibidem, item ii. jugera cum dimidio *an andertuberge*, item iv. jugera *an weildesteiner wege*, item dimidium juger ibidem, item i. duale *anderstrazen*, item i. juger *an der krummengewende*, item ii. jugera *vf winheimer wege*, item ii. quartalia cum dimidio *an winheimer marke*, item

i. duale *hinder Brankenberge,* item i. quartale pratorum *an der korzengewande,* item iii. quartalia cum dimidio pratorum *an der langen gewanden,* item vnam domum sitam *in Gavbeckelnheim,* quam *Methildis* begina fratrum minorum inhabitat, et vnam vineam *an vererberge,* a *Johanne* pincerne decani et capituli ecclesie *moguntine,* vicario ecclesie eiusdem, pro se suisque heredibus locacionis titulo recepisse iure hereditario pro annua pensione xiv. maldrorum siliginis, pingwensis mensure, ii. librarum et iv. solid. hallensium minus vno hallensi perpetuo possidenda, obligantes dicto *Johanni* pro solucione supradicte pensionis facienda pro subpignore bona infrascripta, uidelicet i. juger situm *an wasewege* et i. duale *an disenheimer pade.*

Act. a. d. M.CCC.XIIII, iii. nonas aprilis.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 751.

1314 (24. April). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Elyzabet,* relicta quondam *Meckelini* dicti *de noua stupa,* ciuis *wormat.,* confessa est, quod prehabita diuisione bonorum suorum cum pueris suis, secundum debitam porcionem contingentem vnumquemque puerorum, iuxta proborum virorum estimacionem, prefata *Elyzabet* super parte dictorum bonorum ipsam contingente, videlicet super domo dicta *ad nouam stupam* ac duabus domibus eidem contiguis, decano et capitulo, necnon vicariis ecclesie *wormat.* redditus ii. librarum hallensium, dicte ecclesie annis singulis dandos, vendidit pro xxxviii. libris hallensium.

Act. s. h. presentibus *Herbordo* dicto de *Laudenburg* et *Arnoldo* de s. *Vlrico,* prebendariis ecclesie *wormat.* predicte, magistro *Heinrico* tabellione, *Petro*

Digitized by Google

dicto *ad Walpertum*, *Gozzone de piro*, *Nycolao* dicto *Bilde* et *Gudelmanno* dicto *Cyppelin*, ciuibus *wormat.*, a. d. M.CCC.XIIII, in crast. b. Georgii mart.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 752.

1314 (25. Mai). Judices curie *wormat.* profitemur, quod *Elyzabet*, relicta quondam *Wernzonis* aurefabri, ciuis *wormat.*, et *Harmela* eius soror confessi sunt, se de consensu abbatis et conuentus monasterii in *Otterbvrg* redditus censuales ii. librarum hallensium, quos habebant super curia dictorum dominorum sita inter sellatores ciuitatis *wormat.*, que quondam fuit *Wernzonis* et *Elyzabet*, coniugum predictorum, decano et capitulo ecclesie *wormat.* annis singulis dandos i. libram Georgii et reliquam Remigii, vendidisse pro xl. libris hallensium.

Acta sunt presentibus *Symone* dicto *Muckelin* canonico, *Herbordo* de *Laudenburg*, *Johanne Syfridi*, *Hildeboldo*, *Ruckero*, prebendariis ecclesie *wormat.* predicte, fratre *Jacobo* cellerario maiore, *Theoderico*, *Gudelmanno* et *Baldemaro* magistro curie in *Massoltirsbach*, fratribus conuersis de *Otterbvrg*, a. d. M.CCC.XIIII, in die b. Vrbani pape et mart.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 753.

1314 (16. Juli). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* profitemur, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XIV, fer. iii. p. d. b. Margarete constitute presencia *Elizabet* et *Clara*, sorores, begine, filie quondam *Ruthardi* cerdonis, recognouerunt, se supra domum suam sitam apud *Henricum*

Digitiz

dictum *Cruckere* census annuos v. solidorum hallensium *Gernodo* dicto *Spirere*, prebendario ecclesie s. *Andree wormat.*, pro iv. libris hallensium vendidisse, resignantes sibi *Ger.* eandem domum pro debita warandia, que wlgo *werschaf* dicitur, ad spatium vnius anni a dato presencium, prout consuetudinis est et iuris.

Act. s. h. presentibus *Johanne* dicto *Peuger*, *Johanne Arnoldi*, *Reynoldo* tabellione curie nostre, clericis, *Emichone* quondam magistro hospitalis, *Henrico* dicto *Cruckere*, *Jacobo* filio suo et *Hedewige* dicta *Spireren.*

(Das Siegel des Ausſtellers hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 754.

1314 (1. Aug.). Officialis prepositi ecclesie *wormaciensis* profitemur, quod *Johannes*, filius quondam *Volzonis* super ripa, ciuis *wormat.*, in nostra presencia constitutus publice est confessus, se decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* iii. libras hallensium annui census, cuius medietatem in festo s. Remigii, aliam vero in festo s. Georii ad ecclesiam s. *Andree* predictam annis singulis presentabit, pro liv. libris hallensium vendidisse, et vt decanus et capitulum predicti in presentacione prefati census certiores sint, memoratus *Johannes* curiam suam apud s. *Andream* in vico clericorum sitam, iii. maldra et minam siliginis, duosque cappones super domo et area *Theoderici* cerdonis in *Peffilnkeim* ipsis dominis pro subpignore obligauit. Facerunt eciam decanus et capitulum sepedicti prefato *Johanni* fauorem specialem, quod ipse infra tres annos continuos sibi soli et non suis heredibus censum predictum pro tanta pecunia, quanta est venditus, ante festum s. Georii illius anni habebit potestatem reemendi. Testibus *Gernodo*,

Digitized by Google

Johanne de *Dandestat*, prebendariis, ac *Symone* rectore puerorum ecclesie s. *Andree* predicte et *Reynoldo* notario curie prepositi prelibati.*)

Dat. a. d. M.CCC.XIIII, in die s. Petri ad vincula.

(Das Siegel des Ausstellers hängt wenig beschädigt an.)

Orig.

№ 755.

1314 (30. Sept.). Nos *Eberhardus fuldensis* ecclesie abbas, gubernator monasterii s. *Johannis* prope *Fuldam* pro tempore, *Hartradus* decanus, totusque con-

---

*) 1336 (28. Nov.) verkaufen „*Cunradus*, filiaster pistricis de *Peffelnkeim* et *Elsa*, eius vxor, pensiones annuos ii. maldrorum siliginis *Merkelino* dicto de *Laudenburg*, prebendario ecclesie s. *Andree wormat.*, pro xv. libris hallensium, quos quidem redditus *Cunradus* filius *Heinrici* de dicta villa *Peffelnkeim* et *Ofilia*, eius vxor, dictis venditoribus soluere tenebantur et hactenus vsque in hodiernum diem de certis subpignoribus, videlicet de vno et dimidio jugere vinearum in termins ville *Peffilnkeim* predicte, in loco dicto *an der bach* sitarum, consulcanei ex una parte *hospitale nouum* extra muros *wormat.*, ex parte vero altera *Cunradus*, filius *Heinrici* prenotatus, item de dimidio jugere vinearum *by deme summerbayme*, consulcanee ex vna parte moniales montis s. *Andree* extra muros *wormat.* et ex altera parte domini de s. *Martino wormat.*, presentarunt.

1358 (31. März) verkauft „*Hennelinus* dictus *Wasmut*, *Wormacie* in monte s. *Andree* commorans, super ii. jugeribus agri in loco *in dem halbenflure* sitis, consulcanei camerarii, item super i. jugere vinee in loco *an Ychers graben*, consulcanea *Elyzabeth* dicta *Moren*, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* ementibus et recipientibus annuos redditus xxx. solidorum hallensium pro xxx. libris hallensium."

Digitized by Google

uentus eiusdem monasterii recognoscimus, quo militi *Petro* de *Bechtolfesheim* decimas nostras in *Dienheim* et in *Tolnsheim*, ad spacium septem annorum festo b. Michahelis a. d. M.CCC.XIV currere incipiencium, pro ccc. maldris siliginis, moguntine mensure, locauimus, quam annonam singulis septem annorum predictorum sub suis periculis et expensis ad granarium hospitis, quemcunque sibi in ciuitate *moguntina* assignauerimus, in crastino nativitatis b. Marie virginis omnimode presentabit, nostris nunciis ad ipsum transmissis ad suscipiendum annonam tamdiu promisimus in expensis, donec nobis predicta annona in *Mogunciam* fuerit presentata vel post dictum natiuitatis crastinum octo diebus lapsis, si presentata non fuerit, fideiussores moniti in obstagiis se recipient fideiussionis debitum facientes. Eciam annuatim in prima ebdomada quadragesime vi. libras piperis et duos bonos salmones, estimatos ad i. marcam colon. denariorum, cum cathedraticis et expensis in predictarum villarum ecclesiis synodancium archipresbiterorum soluet et deponet alia iura, si qua ab eisdem ecclesiis requiruntur, et licet bonis sepedictis aut ecclesiis dictarum villarum a judicibus ecclesiasticis vel eciam secularibus quoquam modo inpetitis id deponere teneatur et sopire, tamen grandine aut exercitu regali superuenientibus bonis prenotatis nobis mature intimabit, nostrosque nuncios ad ipsum transmissuri sibi si voluerit locabimus quo ad illum annum decimam nostram, vbi tale dampnum acciderit, aut aliis quibuscumque dummodo predicto militi pro defectu illius anni annus immediate subsequens ad complendum septennium predictum assignetur. Vt autem singula premissa plenum ducentur ad effectum, nobis octo fideiussores in suis literis notatos constituit, ita, quod si aliqua secus infringerentur non seruata iuxta continenciam presencium, ex tunc sui fideiussores per nos moniti, milites et armigeri in opido *Omestad*, ciues in ciuitate *maguntina*, apud publicos hospites se recipient ob-

Digitized by G

stagio facientes, donec singule condiciones alterate fuerint omnimode retractate. Exspirato equidem septennio predicto decime prelibate ad monasterium s. *Johannis* sepedictum libere reuertentur.

A. d. M.CCC.XIIII, in crast. b. Michahelis.

(Die Siegel der Ausſteller ſind abgefallen.) Orig.

№ 756.

1314 (7. Oct.). Officialis prepositi *wormat.* profitemur, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XIIII, fer. ii. p. d. s. Remigii constituti presencia *Fridericus* dictus *Rosenkrantz* et *Agnes,* coniuges *wormat.*, recognouerunt, se domum dictam *zu dem Loche* in loco, qui dicitur *der alte Cuermärt*, situatam, contiguam domui *Wernheri* ad s. *Jodocum*, prebendarii ecclesie s. *Martini wormat.*, pro decano et capitulo ecclesie s. *Martini* predicte pro annuo censu i. libre hallensium jure hereditario conduxisse.

Actum presentibus *Jacobo ad stellam*, *Wernhero ad s. Jodocum* et *Reinoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 757.

1314 (4. Dec.). Uniuersis innotescat, quod *Greda* de *Wolkinborg*, *Heinricus* sacerdos eius filius, vicarius in ecclesia *noui monasterii* in *Moguncia,* vna cum *Nycolao* dicto *zume Rabenolde,* ciue *moguntino*, eius mundiburdo, *Petrus* gener *Frilonis* dicti *zum Eselwecke* et . . . eius coniunx, filia *Frilonis*, necnon *Hannemannus* et *Jacobus*, supradicte *Grede* liberi, coram *Emerchone,* seculari judice *moguntino,* constituti legationem, que *truwenhant* wlgariter dicitur, pariter in inuicem fa-

cientes, i. marce den. col. annuos redditus super vinea eorum in monte *Hattinberg* inferius *amne Bruchwege* apud sanctimonialia b. *Agnetis* ibidem in ciuitatis *moguntine* comicia sita, dederunt abbatisse et conuentui cenobii sanctimonialium b. Marie virginis in *Dalen* prope *Maguntiam*.

Actum presentibus *Jacobo de pomerio* sententiam proferente, *Walthero, Alberto*, *Petro* de *Olmene,* sellatoribus, *Anzone Speierer* et *Wikenando Ruffo,* ciuibus *magunt.*, a. d. M.CCC.XIIII, fer. iv. a. d. b. Katherine virg. Dicti quoque etc. presentibus *Nicolao* judice, *Nicolao*, *Heilmanno* et *Jacobo*, aduocatis, *Cristiano*, *Anzone* et *Beumundo*, budellis, ciuibus *maguntinis*.

A. d. M.CCC.XIIII, fer. iv. prox. a. d. b. Nicolai ep.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

№ 758.

1314 (16. Dec.). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Heylmannus* dictus *Ryther* coram nobis constitutus confessus est, se possidere pro se et heredibus suis terras arabiles sitas in campis ville *Wyntherheym* ad xiii. jugera se extendentes, iusto locacionis titulo a *Gobelone* textore, ciui *mogunt.*, residenti *in der knopgasen*, quorum jugerum situs et specificatio inferius apparebit, videlicet *zu katzenbornen* v. quartalia, item *an deme Ebernsheymer wege* v. quartalia, item *an der sawelnheymere strazzen* dimidium juger, item *amme klingenbornen* ii. jugera, item *amme grabere wege* ii. jugera, item *zu Byllenheym* iii. jugera, item *zu Rupen Erden* i. duale, item *schuschen der Leheymeren siben morgen* i. duale, item *amme hexheymere wege* i. juger cum dimidio, ita, quod ipse *Heyl.* seu ipsius heres senior, qui dicto *Heyl.* successerit in dictis bonis, apud quem dicta bona indiuisa

Digitized by Google

permanebunt, dicto *Gobeloni* seu suis heredibus vi. maldra siliginis, mogunt. mensure, de dictis bonis singulis annis presentabit. Ceterum dictus *Heyl.* recognouit coram nobis *Drvtwinum* de *Funthene* nunc defunctum, cui ipse *Heyl.* successit in dictis bonis, redditus maldrorum huiusmodi dicto *Go.* vendidisse ac eciam bona prefata nomine subpignoris eidem *G.* in iudicio ville *Wyntherheym* predicte publice resignasse coram sculteto et scabinis dicte ville. *)

Act. a. d. M.CCC.XIIII, xvii. kalendas januarii.

(Das Sigel der Mainzer Richter hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 759.

1315. I. n. d. a. Cum nichil etc. *G.* cantor ecclesie s. *Johannis mogunline* pro anime sue remedio primo in anniuersarii obitus sui die ad missam legat dimidiam marcam canonicis et sociis ecclesie s. *Johannis* ad communem presenciam erogandam omni anno de illis iv. marcis, quas supra domo *Helfinstein* habere dinoscitur, item in septimo eiusdem domini *G.* cantoris dimidie marce reditus, item in tricesimo eiusdem dimidie marce reditus de domo *Helfinstein* in vico comitis antedicta, item legat dimidie marce reditus in anniuersario *G.* de *Eppinstein* senioris et suorum puerorum, canonicis et chori sociis ecclesie s. *Johannis,* item legat in die obitus *Reynhardi* fertonem ad suum anniuersarium peragendum, premissique census percipiendi sunt super domo *Helfenstein* supradicta, item vult, quod cum vsufructu et cum bonis de anno gratie prebende sue

*) 1321 (7. April) bekennen der vorg. Heilmann gen. Ritter und ſeine Hausfrau Katherine, daß ſie die obg. 6 Malter Korn an das Liebfrauenſtift zu den Greden in Mainz zu liefern ſchuldig ſeien. (Das Siegel der Mainzer Richter hängt unverſehrt an.)

in ecclesia *s. Johannis* predicta reditus conparentur ad peragendum predicti cantoris patris, *Heinrici* videlicet, necnon ad ipsius *G.* cantoris matris *Hedewigis* peragenda anniuersaria, insuper prefatus *G.* cantor cum vniuersis bonis suis, que in villis de *Birgestad* et *Breckinheim* quondam *Cunrado*, scultheto seniori de *Birgestad*, necnon cum iii. librarum reditibus, quos super domo retro *Hennenberg Moguncie* super *Lichof* sita habere dinoscitur, in quatuor jeiuniorum temporibus persoluendis. Altare s. Katherine virginis in ecclesia s. *Johannis* predicta fundati dotat sub hac forma, quod *Albertus*, predicti *G.* cantoris consanguineus, vel alter post ipsum *Albertum* sacerdos, qui per eundem *G.* cantorem et post eum per alium in pretacta ecclesia s. *Johannis* cantorem pro tempore existentem presentatus fuerit, officiet cottidie altare predictum, dictus quoque *Albertus* vel eius successor et pro ipso idem *G.* cantor ii. marcarum reditus, i. videlicet marce reditus super tota hereditate dicte *der Frenken*, *Moguntie* prope longum vicum inferius *gollgazzen* sita, necnon alterius marce reditus super hereditate *Cristiani Wizgerwere*, fratris magistri *Balzonis*, phisici, super riuo *Ambach* prope portam *veteris monasterii* sita *Maguncie*, in restaurum presenciarum dicte ecclesie reponet, item predictus *G.* cantor dotat predictum s. Katherine altare et *Albertum*, eiusque successorem cum v. jugeribus vinearum, quas in terminis ville *Wickere* dinoscitur possidere, diuisis a monachis in *Arnsburg*, idem *G.* hereditat altare in honorem omnium sanctorum et specialiter b. Albani martyris in ecclesia s. *Johannis mogunt.* per *H.* de *Rockinberg* predecessorem suum dedicatum cum bonis suis infrascriptis, cum medietate videlicet curie, necnon cum agris, campis, pascuis, que in villa *Wickere* habere dinoscitur, et que erga *Thilmannum* de *Crummenowe* et *Gotfridum* de *Stockestad*, milites, et eorum coniuges, vna cum *Gerlaco*

Digitized by Google

monacho, abbatis et conuentus monasterii in *Arnsborg* sindico, ipse dominus *G.* comparauit, necnon cum xi. solidorum den. colon. redditibus, quos super apotheca juxta capellam b. *Godehardi* inter pellifices *moguntinos* sita haberet, ac cum dimidie marce redditibus, quos super domo vna in orto ceresarum ex opposito domus *Hameiz* super *steynweg Moguncie* sita habet, ita, quod *Heinricus*, filius *Yde* neptis sue de *Attenderne* oriundus, vel alter post eum sacerdos ydoneus per eundem *G.* cantorem et post eum in pretacta ecclesia cantorem presentatus officiet altare predictum in honorem b. Petri et Pauli apostolorum, Pancratii, Laurencii et Anthonii ac omnium electorum edificatum, item idem *G.* legat pro *Baldekino* ad feretrum suum iii. marcas den. colon., item deputat ad opus fabrice b. *Marie* virginis iv. libras hallens., necnon pallium varium et warcosum suum rubei mixti coloris meliores, de bonis in *Moschebach* iii. marce, item legat xx. oues et ii. libras hallens., quas *Wigelo* de *Erbinheim* habet, abbatisse et conuentui in *Dyfendal,* item legat bonum tappehardum suum blauium cum sindato sufforratum ad opus fabrice ecclesie s. *Stephani mogunt.*, item legat ad eandem fabricam vnum manutergium de terra *Hassie*, item legat ad fabricam ecclesie s. *Johannis* pretacte, quod in illa parte versus claustrum ante capellam b. *Bonifacii* fiat, laquear siue salamen id est dune vestes suas, videlicet par vestium rubearum meliorum vario sufforatas, videlicet scharlacas et brunetum warcosum cum sindone rubeo sufforratum, item legat album wardecotum viridi sindone sufforatum cum capucio sorori *Petri*, monachi *erbacensi*, sui consanguinei in *Attenderne* maritate, item legat blauium wardecotum cum viridi forratura forratum filie awnculi sui *Godefridi* adhuc virgini et cucullam, item legat nouam thunicam siue warcosum cum rubeo sindato forratam Blyuar *Cunrado* dicto de *Paffindorph, Metze* marito, item legat pauperibus in *hospitali*

meliorem lectum, quem habet, item lectum viliorem, quem habet, leprosis in campis contulit, item legat *Friderune* sorori sue vnum lectum, vnum puluinar, quatuor lintheamina meliora, que habet extra cistam suam, item *Alheidi* secum moranti duo lintheamina et duos cussinos viliores, item legauit sorori sue *Friderune* vnam zharsam nouam et vnum longum stollachen duplicatum et duo manutergia in cista sua iacencia, item legat *Hildebrando* decano s. *Stephani* longum mensale pulcherrimum et optimum, quod mater *Petri* sibi dedit, vt sit mihi judex graciosus in causa contra *arnsborgenses*, item domino archiepiscopo *moguntino* melius par lintheaminum suorum et vnum cussinum rubeum sindatum, qui *reidelachen* dicuntur, vt iudices suos inducat, quod sint judices graciosi, item legat *Friderune* sorori sue quinque gewant kussen, necnon duo mensalia, quibus cottidie predictus cantor vsus fuit, eisdem *Th.* et *Marthe* legauit, ceterum idem *G.* wlt, quod de aliis omnibus, tam in vino quam in argento ac clenodiis aliis aureis et argenteis siue bursis, manutergiis siue libris et suppellectilibus ac rebus aliis, que in vita et in morte sua non legauit, in presencia vel absencia predicte *Friderune* sororis sue, ipsa *Frideruna* vna cum manufidelibus suis, *Petro Schecke-lere* videlicet, *Rudolfo* vicario *magunt.*, *H.* de *Rockinberg*, sacerdotibus, *Reynoldo de aurea oue*, *Th.* de *Wolkinborg* et *Th.* scolare suo, potestatem plenariam habeat ordinandi.

Act. a. d. M.CCC.XV.

(Die Siegel der Mainzer Richter Nikolaus und Salmann hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 760.

1315 (22. April). Officialis prepositi ecclesie *wormatiensis*. Recognoscimus, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XV,

Digitized by G

fer. iii. p. domin. cantate prox. constituti presencia *Eberhardus* et *Gecza* vxor eius, coniuges de *Peffelnkeym*, recognouerunt, se super iv. jornalibus vinearum et vii. quartalibus agri campestris in terminis ville *Peffelnkeym* et *Lusselheim* situatis, de quibus decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* annuos redditus v. maldrorum siliginis et iv. capponum soluere tenentur, *Cunrado Elmanni*, prebendario ecclesie *wormat.*, annuam pensionem i. maldri siliginis, wormat. mensure, pro v. libris hallensium vendidisse, infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis dandam et *Wormaciam* presentandam ante quamcunque domum idem *Cunradus* voluerit.

(Das Siegel des Ausstellers ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 761.

1315 (24. Mai). Nos *Winricus* de *Baswilre*, commendator domus *theutonice* in *Confluencia*, et ceteri fratres eiusdem ordinis recognoscimus, quod cum inter *Heinricum* de *Duna* prepositum, decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli wormaciensis* ex vna et nos et ordinem nostrum ex parte altera questionis verteretur materia, tandem habitis multis tractatibus causa ipsa in viros discretos . . . dictum *Slusszel* de *Selhouin* militem, *Emirchonem* judicem secularem, *Cunradum* dictum *zume Romir*, *Theodericum* de *Wolkinburg*, ciues *maguntinenses*, *Johannem* de *Frisinheim*, *Heinricum* camerarium, milites, *Heilmannum* dictum *Holtmunt* et *Heilmannum* de *picta domo*, ciues *wormacienses*, *Petrvm* de *Behtolsheim* scultetum, *Cunemannum* de *Lorcewilre*, milites, *Jacobum* dictum *Brunig* et *Lutzonem* de *Lombardo*, ciues *oppinheimenses*, tamquam arbitros extitit compromissa, qui duodecim arbitri talem vnamiter composicionis

inter nos et alteram partem formulam ediderunt, videlicet quod fratres domus in *Ibirnsheim* nostri ordinis dabunt ecclesie s. *Pauli* predicte sex hubarios, qui prestitis iuramentis pronunciabunt iura dominis ecclesie supradicte ac sculteto eorundem in villa *Ibrinsheim* tunc pro tempore constituto. Preterea magister domus in *Ibirnsheim* assumpto secum vno sex hubariorum predictorum spirituali vel seculari tribus terminis in anno quolibet, scilicet singulis terciis feriis proximis post festum octaue Epiphanie domini, post dominicam misericordia domini et post festum natiuitatis b. Johannis baptiste, qui termini vocantur *vngebodin ding,* venient *Wormaciam* corporaliter super domum ecclesie s. *Pauli* predicte, ibidem pronunciatori cum hubariis aliis de *Wormacia* et *Eychene* iura super eis, de quibus fuerint requisiti, sicut antiquitus et hactenus est seruatum. Ceterum si magister de *Ibirnsheim* obstantibus causis legittimis terminis predictis vel aliquo eorum absque dolo et fraude *Wormacie* non poterit comparere, vnum de sex hubariis loco sui substituet taliter, quod sint duo. Ad confirmacionem itaque compositionis predicte prefati arbitri sue pronunciacionis formam pena huiusmodi vallauerunt, quod quicunque parcium ipsarum composicionem predictam infregerit aut violauerit, illa pars tenebitur alteri parti in centum marcis argenti dandis. *)

---

*) 1316 (26. März) bekennt das Deutschordenshaus zu Ibersheim „quod decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* pecuniam et subuencionem, quam pro reparacione aggeris, quod wlgo dicitur *en dich*, dederint, quod hoc non iuris obligacione seu intuitu fecerit, sed libera voluntate seu motu proprio et quod ad hoc eciam non fuerint nec sint aliqualiter obligati.“ (Das Siegel des Offizials des Probstes der Wormser Kirche hängt wohl erhalten an.)

Digitized by Google

Act. et dat. a. d. M.CCC.XV, sabb. prox. a. fest. s. Vrbani pape.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 762.

1315 (6. Juni). Tenore presencium innotescat, quod ***Thilmannus*** dictus ***Pannekuge*** et vxor sua, ciues ***maguntini,*** coram ***Volgmaro***, seculari judice ***moguntino***, constituti vendiderunt i. marce den. col. annuos redditus super vno et dimidio jugere ortorum prope ecclesiam s. ***Petri mogunt.*** super ***Hudigel*** sitorum, de quibus jugeribus xv. sol. den. colon., necnon l. capita cappuz ***Erkeloni***, ecclesie s. ***Petri*** scolastico, in festo b. Martini episcopi annuatim soluendi sunt, abbatisse et conuentui sanctimonialium ***veteris monasterii*** in ***Moguncia*** in festo b. Martini episcopi persoluendos.*)

Actum presentibus ***Wernhero Pannekuge*** et ***C. Calcofere***, ciuibus ***mogunt.***, a. d. M.CCC.XV. fer. vi. p. d. b. Bonifacii.

(Die Siegel hängen unbeschädigt an.) Orig.

---

*) 1336 (13. Mai) verkauft Peter gen. König einen den. Zins „super vno jvgere ortorum dicto *Lugarte stucke* sito prope viam ducentem ad s. *Theonestum* ab ecclesia s. *Petri moguntina* et super vno duali ortorum dicto *der huntygel* ex altera parte eiusdem vie ibidem se protendente, *Petro* dicto *Dorbaym*, vicario ecclesie memorate, presentibus *Heylone* dicto *Brant*, *Heymanno* dicto *Schelman*, ortulanis, ciuibus *mogunt.*, *Woluelino* clerico ac *Johanne*, meis famulis.“ (Das Siegel Johannes, Cantors des Peterstifts zu Mainz, hängt unversehrt an.)

№ 763.

1315 (24. Juni). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* nouerint vniuersi, quod sub a. d. M.CCC.XV, in die s. Johannis constituti *Petrus* dictus *Holzmenger* et *Gysela* coniuges, ciues *wormat.*, recognouerunt, quod de domo ipsorum, que quondam extitit dicti *Flessers*, contigua domui dicte *zu deme suertte,* annuum censum xxviii. solidorum hallens., quem *Hanemanno* dicto *zu deme rade,* consuli *wormat.*, quondam de eadem domo dederunt, *Johanni* de *Danninstat*, prebendario ecclesie s. *Andree wormat.*, dare debeant, et memoratum censum prenotato *Johanni* presentare promiserunt.

Actum presentibus *Heinrico* dicto *Gurre, Gernodo* dicto *Spierer*, *maioris* et s. *Andree*, ecclesiarum *wormat.*, prebendariis, *Wernhero* carpentario et *Reynoldo* tabellione curie nostre. *)

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.)

Orig.

---

*) 1321 (28. April) verkaufen „*Petrus* dictus *Holzmengir* et *Elyzabet*, coniuges, ciues *wormat.*, consensu *Heinrici*, mariti *Kunegundis*, necnon ipsius *Kunegundis* ac *Petri*, canonici ecclesie b. *virginis* extra muros *wormat.*, tutoris *Lybe* juuencule, filiarum *Petri* prefati et quondam *Gysele*, prime vxoris *Petri* predicti, et ab ipsis procreatarum ad hoc accedente, annuam pensionem ii. librarum hallens. super domo ipsorum dicta *zu dem swertte* ante portam s. *Martini* ciuitatis *wormat.* situatam, que quondam extitit *Gysele* predicte et quam ipsa ante contractum matrimonii, quem cum dicto *Petro* iniit, comparauit et matrimonio inter dictum *Petrum* et *Gyselam* constante eidem *Petro* pre omnibus ipsius *Gysele* heredibus donauit, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro xxxvii. libris hallens., eisdem dominis fideiussores constituentes, videlicet *Petrum* canonicum b. *virginis* predictum et *Johannem* dictum *Buman.*“ (Das Siegel des Offizials der Wormser Kirche hängt unbeschädigt an.)

Digitized by Google

№ 764.

1315 (28. Juni). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* Nouerint vniuersi, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XV, vig. s. Petri et Pauli apost. constitutus presencia *Nicolaus* dictus *zu dem Morlen*, ciuis *wormat.*, recognouit, se decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* super curia sua dicta *zu dem Morlen* annuum censum i. libre hallens. pro xix. libris hallens. vendidisse. Testibus *Emirchone* et *Wernhero* dicto *Pistor*, prebendariis ecclesie s. *Martini* predicte, *Nicolao* cappellano in *Kirsegarten*, *Gozmaro*, *Johanne* clerico *Wilhelmi* de *Wattenheim*, *Johanne* dicto *Herbist* molitoris, *Helfrico* sartoris et *Reinoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.)

Orig.

№ 765.

1315 (29. Juni). Ego *Wernherus* de *Winterowe* miles recognosco, quod cum abbati et conuentui monasterii in *Eberbach* lx. marcas denariorum colon., iii. hallens. pro denario quolibet computatis, pro quibusdam bonis predialibus in villa *Esinheim* sitis, per dictos religiosos emptis, donauerim in pecunia numerata sub hac forma, quod vnus monachus vltra numerum personarum a superioribus dicti monasterii taxatum, juxta statutum Bonifacii pape super taxacione certa personarum facienda in singulis domibus siue monasteriis, secundum facultates et redditus ipsorum clarius expressum, ad ordinem et confratrem recipiatur, qui altare s. Cristophori in ecclesia *eberbacensi* predicta dedicatum officiet, huiusmodi beneficii siue prebende a me institute collacionem ac monachi talis recepcionem in abbatem et conuentum predictos transfero, ab omnibus meis heredibus

Digitiz

eam remouens et excludens, me astringens, quod si ego vllo vmquam tempore heredes mei de huiusmodi prebende collacione se intromittendum presumpserint aliqualiter aut pretextum beneficii pro me instituti prefatum monasterium inquietauerint, pro prebendis inpetrandis seu amicis eorum ad ordinem promouendis molestauerint aliquatenus, statim ipso facto ab omni gracia eis a dicto monasterio facienda in futuro sint priuati et exclusi, verum quia sepedicti abbas et conuentus vnam personam litteratam et ydoneam juxta eorum discretionem infra annum post illius monachi decessum, qui ad dictum altaris beneficium deputatus fuerat, continuo secuturum, recipiendi liberam optinebunt facultatem.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XV, in die b. Petri et Pauli apost.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№ 766.

1315 (3. Juli). Tenore presencium innotescat, quod *Nicolaus zur winreben*, abbatis monasterii s. *Albani* extra muros ciuitatis *moguntine* cappellanus, et *Odilia* mater sua, ciuis *mogunt.*, coram *Emerchone*, seculari judice *maguntino*, constituti super domo contigua domui magistri *Luferdi*, barbitonsoris, de cuius fundo viii. den. col. *Herbeloni*, filio *Herbelonis inter gades*, soluendi sunt, vendiderunt i. marce den. col. decano et capitulo ecclesie s. *Johannis magunt.*, presentibus *R.* de *Silberberg*, *Resemanno*, *Pe.* de *speculo*, *Ja. Wikeri*, *Hernido* et *Pe. zum speden*, ciuibus *moguntinis*.

A. d. M.CCC.XV, in vig. b. Vdalrici.

(Das Siegel des Ausſtellers iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 767.

1315 (6. Juli). Frater *Hartungus* dei gracia episcopus *macrehensis* decano, totique capitulo ecclesie *wormat.* salutem etc. Hinc est, quod nos omnibus vere confessis, qui ad ecclesiam *wormaciensem* seu ad capellam *Nicholai* pontificis ibidem, qui eandem ecclesiam innumerabilium miraculorum insigniis decorauit, seu ad cappellam b. *Egidii* ibidem, necnon ad altaria in dicta ecclesia constituta seu capellas dicte ecclesie contiguas et annexas, videlicet cappellam b. *Stephani* et altaria ibidem, seu parrochiam s. *Johannis* et altaria ibidem ac cappellam s. *Bartholomei* et cappellam s. *Thome* apostolorum, quocumque die accesserint seu manus adiutrices porrexerint, seu in ultima voluntate sua aliquid facultatum suarum ad subsidium locorum premissorum legauerint, seu qui missam in dicta ecclesia altaribus seu cappellis audierint, vel qui claustrum seu cymiterium dicte ecclesie uisitando ter dominicam oracionem et tociens anglicam salutationem pro ibidem defunctis dixerint, seu eciam qui sacerdoti corpus dominicum ad infirmos deferenti deuote orando associati fuerint in parrochiis infra ciuitatem vel in suburbiis eius, xl. dies criminalium et annum venialium de iniuncta sibi penitencia, offensas patrum et matrum sine manuum iniectione uiolenta peccata oblita, vota fracta si ad ea redierint, dummodo consensus dyocesani ad id accesserit, in domino misericorditer relaxamus.

Dat. *Wormacie* a. d. M.CCC.XV, in octav. apost. Petri et Pauli.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 768.

1315 (10. Aug.). Vniuersis sit manifestum, quod *Lisa* et *Metza* candelatrices, sorores, ciues *moguntini*, coram

Salmanno, seculari judice *moguntino*, constitute i. dimidie marce den. colon. annuos redditus super domo lapidea dicta *zu Windecha*, prope curiam dictam *sume steine* in *Selhouen Moguncie* sita, vendiderunt decano et capitulo s. *Johannis moguntino*.

Actum presentibus *Thilone zum Ebeche*, *Volgnando* de *Lorche* et *Conrado* dicto *Beihemere*, ciuibus *mogunt.*, a. d. M.CCC.XV, ipsa die b. Laurencii mart.

(Das Siegel des Richters Salmann hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 769.

1315 (20. Sept.). I. n. d. a. Scolasticus ecclesie s. *Mauricii moguntine*, judex in hac parte a judicibus s. *maguntine* sedis specialiter deputatus. Noueritis, quod cum procurator decani et capituli ecclesie s. *Marie ad gradus moguntine Anzonem*, filium quondam *Johannis* dicti *Wip*, militis de *Zornheim*, coram nobis proposuit contra ipsum, quod licet ipsi actores iam dudum fuerint in possessione iuris percipiendi annis singulis vi. maldra siliginis, mensure mogunt., de certis bonis sitis infra villam *Zonrheim*, que quidem bona nunc tenent *Anzo*, reus predictus et *Wolframus*, suus consanguineus, idem tamen reus ii. maldra siliginis ipsum contingencia de parte dictorum bonorum, que possidet, soluere neglexit et contradixit et per hoc prefatos dominos nitens in sua possessione inpedire, petens prefatum reum sibi per nos sentencialiter condempnari et condempnatum compelli censura qua conuenit ecclesiastica ad soluendum pensionem neglectam antedictam ac ipsos in dictam reduci possessionem, lite igitur super peticione huiusmodi contestata, receptis testibus iuratis eisque examinatis ac dictis eorundem redactis in scriptis et eisdem publicatis, prefixo ipsi reo termino ad excipiendum in dicta

Digitized by Google

testium huiusmodi, nos prudentum communicato consilio ac penes nos deliberacione prehabita diligenti, quia inuenimus intencionem actorum predictorum sufficienter esse probatam, prefatum *Anzonem* reum ad soluendum et tradendum predictis decano et capitulo ii. maldra siliginis predicta racione pensionis neglecte et quod in antea ipsis de supradictis bonis, quamdiu ea tenet, pro parte ipsum contingente ii. maldra annis singulis tradat et persoluat, per hanc nostram diffinitiuam sentenciam presentibus condempnamus.

Lata est hec sentencia a. d. M.CCC.XV xii. kalendas octobris.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 770.

1315 (1. Oct.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* ad perpetuam rei memoriam cupimus peruenire, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XV, in die s. Remigii constituti presencia *Bernhardus* et *Katherina,* filia quondam *Gutiari,* coniuges, ciues *wormat.*, recognouerunt, se decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* super domum suam in vico dicto *becherergazin* aput domum dictam *zu deme ledelen,* ex opposito curie *Jacobi Rupelonis* situatam, annuum censum x. solidorum hallens. pro viii. libris et v. solidis hallens. vendidisse. Testibus *Wernhero* dicto *Pistor*, *Wilhelmo* dicto *Clappirzan*, *Balzone* predendario ecclesie s. *Martini* predicte, *Heinrico* dicto *Hellecrappe* et *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 771.

1315 (5. Oct.). Nos magistra et conuentus monasterii s. *Petri* iuxta oppidum *Cruczenach,* ordinis regularium,

Digitize

recognoscimus, quod nos vrgente et instante nostrumque monasterium magna necessitatis causa xxviii. iugera et dimidium iugeris terre arabilis ad nos, nostrumque monasterium hactenus pertinencia, sita in terminis *Treyse*, que quondam *Emericho*, scultetus in *Treyse*, nostro nomine coluit, vendidimus abbatisse et conuentui monasterii in *Dalen* pro precio xl. librarum hallensium. Situs autem dictorum iugerum est huiusmodi. Super campis ville *Treyse* memorate *am holen bome* v. iugera et dimidium quarte iugeris, item *vf dem Stumpe* iuger et dimidium, item *vf der sant grube* iuger et quarta pars iugeris, item super cruce ii. iugera, item *am burner wege* iuger et dimidium, item iuxta eandem viam ii. iugera et quarta pars iugeris, item apud eandem *Burner wege* i. iuger et dimidium, item apud *Burner wege* iuger et dimidium, item *vnder dem Riche* ii. iugera, item ibidem an zwe deil, item apud *vlners erde* i. zwe deil, item vi. iugera super viam *Ebernsheymer*, item *vbern Ebernsheymer wege* ein halb zwe deil, item i. dimidium iuger *vor dem holcz*. Predicta quoque bona ac dominium et possessionem eorundem cum plenitudine iuris sue transferimus in abatissam et conuentum memoratos.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XV, iii. nonas octobris.

(Das Siegel des Klosters Dalen fehlt.) Orig.

№ 772.

1316 (13. Jan.). Judices curie *wormat.* ad vniuersorum noticiam deducimus, quod *Jacobus Eberzonis*, consul et ciuis *wormat.*, recognouit coram nobis, se decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* censum annuum ii. librarum wormat. den. super domo dicta *zu Brandenburg*, sita in ciuitate *wormat.* prope domum dictam *zu Winesburg*, necnon super domo dicta *daz Aleyhus* aput curiam

dictam *zu der Rinecken* ibidem sita, vltra censum vii. vnciarum hallens., qui de dicta domo *zu Brandenburg* cedit, quarum iii. vncie ecclesie *maiori wormat.*, residue iv. vncie *kamerariis* militibus ibidem sunt presentandi, donasse, ita videlicet, quod si quando ipse, sui heredes seu successores in soluendo dictum censum negligentes inventi fuerint, quod dicti decanus et capitulum domos prefatas possint tollere et confiscare, quod dicitur *vfholen*, prout iuris uel consuetudinis est et moris, et hoc in recompensam census ii. librarum wormat. den., quas predicti decanus et capitulum ecclesie s. *Pauli* super prefata curia dicta *zu der Rinecke* habuerunt et pro quibus eadem curia eis extitit pignori obligata, a quibus curiam ipsam eandem *zu der Rinecken* reddiderunt, ad preces predicti *Jacobi Eberzonis* liberam et absolutam.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in octava Epiphanie dom.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 773.

1316 (17. Jan.). Nos cantor ecclesie s. *Marie* virginis *ad gradus mogunt.*, judex a sede apostolica deputatus, protestamur, quod *Cunradus*, filius *Cunradi* de *Guginheim*, in nostra presencia constitutus recognouit, se curiam abbatis et conuentus monasterii *ebirbacensis* sitam in villa *Guginheim*, cum omnibus suis, que ibidem nunc habent et infra decem annos adepti fuerint in terminis ville eiusdem, ad dictorum decem annorum circula possidenda, iusto locacionis titulo recepisse pro medietate omnis crementi in agris et campis diuidenda, ita, quod dictorum abbatis partem ante inductionem partis sue dictus colonus inducet et cum triturata fuerint annona predictorum religiosorum, ipsam *Maguncie* seu *Pigwie* vel ad litus *Reni*, vbi religiosi elegerint, suis laboribus et expensis presentabit.

Digitized by Google

Est eciam adiectum, quod predictus colonus domum, horreum et tecta, quibus ipse vtitur, a stillicidiis, fractura et ruina debeat reseruare, bona emendare et debito tempore colere et infra predictum decennium nulla bona alia sibi comparare aut excolere preter eorum, si qua vero compararet, forent supradictorum abbatis et conuentus, obligans nichilominus sepedictis religiosis tres fideiussores, scilicet *Heinricum* armigerum filium *Wilderici*, *Cunmannum* suum patrem antedictum et *Cunmannum* dictum *Grin*.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in die b. Antonii conf.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgerissen.) Orig.

№ 774.

1316 (24. Jan.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* Nouerint vniuersi, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XVI, sabb. p. d. s. Fabiani et Sebastiani prox. constituti presencia *Franko* dictus *Smalz* et *Agnes* vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt, se super apotheca sua, in qua panni venduntur, habente in anteriori parte infra suellas tres vlnas in amplitudine dimidio quartali minus, in inferiori vero parte duas vlnas cum dimidio et in longitudine vii. vlnas cum duobus digitis, contigua domui *Emerchonis* dicti *amtman*, ciuis *wormat.*, decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* annuum censum i. libre hallens. pro xix. libris hallens. vendidisse.

Datum testibus *Balzone*, *Wilhelmo*, prebendariis ecclesie s. *Martini* predicte, *Gudelmanno* dicto *Zipelin* et *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel ist zerbrochen.)

Orig.

Digitized by Google

№ 775.

1316 (4. Febr.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* profitemur, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XVI, fer. iv. p. f. purif. virg. constituti presencia *Heinricus* dictus *Crusac* miles, necnon *Wilhelmus* filius suus ac *Gudela* ipsius *Heinrici* filia recognouerunt, se annuum censum x. solidorum hallens. et iii. caponum, qui ipsis singulis annis de quadam curia, que quondam dicti *Krenechers* de *Wattinheim* extitit, ante portam s. *Martini* prope *Wigandum* super vallem situata cedebat, decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* pro xi. et dimidia libris hallens. vendidisse. Insuper, vt *Elyzabet*, filia *H.* sepedicti, huius alienacionem de memorato censu sic factam cum ad debitam etatem peruenerit ratificet, necnon vt ipsi domini tam post huius ratificationem et confirmationem eis sic per ipsam *Ely.* faciendas, quam eciam resignacionem per prefatos venditores ipsis iam factam ad spacium vnius anni computandum in debita warandia remaneant, vt est moris, *Cunradum* de *Monsheim maioris*, *Gerhardus* et *Fridericus* dicti de *Ysinburg*, s. *Martini* ecclesiarum *wormat.* canonici, se erga decanum et capitulum ecclesie s. *Martini* predicte obligarunt fideiussores.

Datum presentibus *Gisilberto* dicto *Vos* canonico, *Balzone*, *Wernhero*, prebendariis ecclesie s. *Martini*, necnon *Reynoldo* tabellione curie nostre.*)

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.)

Orig.

---

*) 1319 (2. Juni) verkaufen Arnold Faut von Bockenheim und seine Gattin Katherine, Bürger zu Worms, dem St. Paulsstifte zu Worms 5 Malter Korn auf ihren drei Häusern vor der Martinspforte daselbst gelegen an dem Hofe Nikolaus gen. Kerrchere um 25 Pfund Heller.

№ 776.

1316 (10. Febr.). Nouerint vniuersi nos *Albertum* dictum *Rode* et *Mildrudim*, coniuges in *Algensheim* commorantes, *Ja.* scolastico ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos* redditus iii. maltrorum tritici, moguntine mensure, pro xvi. libris hallensium vendidisse, sibi annis singulis ad ciuitatem *moguntinam* vel s. *Victoris* montem infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis Marie supra domum vnam, quamcunque idem *Ja.* scolasticus duxerit nominandum, nostris periculis, laboribus et expensis presentandos. In securitatem quoque solucionis ipsi *Ja.* prescripto hec nostra bona in terminis ville *Algensheim* sita subpignoris nomine obligauimus, primo videlicet curiam propriam, quam nos inhabitamus, cum vniuersis domibus et ortis sibi attinentibus, item v. quartalia vinearum, que dicuntur *plentzere an der bergstrazen* sita, item terciam partem jugeris vinearum, consulcan. doti s. *Michahelis*, item i. duale agri *an der dichbach* consulcaneum *H.* dicto *Enttenmorder*, item vi. solidos colon. denariorum censuum

---

1331 (24. Mai) verkaufen dieſelben Eheleute dem Martinsſtifte daſelbſt 2 Pfund Heller Geldes auf ihren zwei Häuſern „die gelegen ſint vor ſ. Martines borgedor jn der Hyntgaßen twſchent Nyclas Greven hove und deme huſe zu der kannen.“ (Das Siegel der Stadt Worms fehlt.)

1337 (7. Jan.) verkaufen die Wormſer Bürger Franko gen. Smaltz und ſeine Hausfrau Hedwig an Heinrich gen. Smaltz, Präbendar der Paulskirche zu Worms, einen jährlichen Zins von 7½ Unzen Heller „super domo sua et orto adiacente sitis ante portam s. *Martini wormat.*, que fuerunt quondam *Eckehardi* dicti *Kanningeszer*, ciuis *wormat.*, consulc. ex vna parte *Alheidis zu der cronen* et ex altera parte *Iokelinus* dictus *Hesseheimer*“ für 9 Pfund Heller. (Das Siegel des Wormſer Offizials hängt unverſehrt an.)

Digitized by Google

liberorum cedencium de curia dicti *Pifelring* propria et dimidio jugere vinearum in *Clop* sito schuschen erpende *Geispisheim*, item ii. solidos colon. denariorum censuum liberorum cedencium de orto *Petri* dicti *Jordan* sito retro curiam custodis ecclesie s. *Victoris*, item i. solidum colon. denariorum liberi census cedentis de iv. jugeribus agri *offe der duden gruben* sitis, qui quidem bona apud nos aut nostros heredes manebunt indiuisa. Ego quoque *Jordanis*, plebanus in *Algensheim*, ad preces partis vtriusque presentes literas duxi roborandas. Testes *C.* scultetus in *Algensheim*, *Jo.* preco, *P.* dictus *Straburger*, *H.* dictus *burcgreue*, *Giso* de *Drumirsheim*, *Ja. Yring*, *Wigandus* dictus *Golde*, *Ja.* de *Aspinsheim*, scabini ibidem, *Jo.* clericus et *Erpho* dictus *Mauchenheimer* et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in festo b. Scolastice virg.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 777.

1316 (13. Febr.). l. n. d. a. *Wernherus* de *Bolandia*, canonicus *moguntinus* et prepositus ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos*, vniuersis salutem in domino. Ex parte abbatis et conuentus monasterii *ebirbacensis* nobis extitit supplicatum, quod cum *Ebirhardus* miles dictus de *Geyspisheim*, quondam patronus verus ecclesie seu cappelle in *Blidensheim* site in terminis prepositure s. *Victoris* predicte, iuspatronatus cum plenitudine iuris ipsius ecclesie transtulit in abbatem et conuentum supradictos ac donauerit eidem monasterio, nos easdem translationem et donationem ipsius iuris patronatus ratas et gratas velimus habere ac eisdem auctoritatem nostram et beniuolum prebere consensum ac ipsos mittere in possessionem, iuris eiusdem ac concedere predicto monasterio *ebirbacensi*

vt per vnum monachum sacerdotem fratrem ipsius monasterii eandem ecclesiam in *Blidensheim* officiare valeat temporibus oportunis, cui ipsum monasterium in congrua sustentacione legitime prouidebunt, nos igitur ipsorum iustis supplicationibus inclinati predictas translationem et donationem iuris patronatus ratas et gratas habentes ac easdem presentibus confirmamus, ipsosque in possessionem eiusdem iurispatronatus mittentes ac ipsos inuestientes de ecclesia supradicta, concedentes predictis abbati et conuentui nichilominus, vt ipsi eandem ecclesiam per vnum monachum sacerdotem ipsius monasterii in *Ebirbach* officiare valeant, cui in necessariis prouidebunt, superfluo reddituum ipsius ecclesie predicto monasterio reseruato.

Dat. *Moguncie* a. d. M.CCC.XVI, idus februarii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt nur noch zur Hälfte und beschädigt an.) Orig.

№ 778.

1316 (28. Febr.). Tenore presencium innotescat, quod *Geza* dicta *dines*, macellaria de inferioribus macellis, ciuis *mogunt.*, coram *Nycolao*, seculari judice *moguntino*, constituta locauit domum suam super foro lini ex opposito curie dicte *zum Bernere Moguncie* sitam *Cunzelino zum Wedirhanen*, ciui *mogunt.*, suisque heredibus jure hereditario possidendam, pro ii. marcis den. colon., presentibus *Hannemanno* filio *Geze* predicte, *Th.* de *Tilia*, *C.* modiatore, ciuibus *moguntinis*.

A. d. M.CCC.XVI, die dominica jnuocauit.

(Die Siegel fehlen.)

Orig.

Digitized by Google

№ 779.

1316 (10. März). Wir Ludewig von gotes gnaden Romſcher Chunig ꝛc. tun kunt, das wir alle die, die in dem lande geſezzent ſint vmme Phetternſheim vnd Burgerreht ze Phetternſheim enpfangen hant vnd noch enphahent, han genummen in vnſer gnade vnde ſchirme ze glicher wiſe, alſe die ze Phetternſheim in der ſtat geſezzen ſin.

Dir brief iſt geben zv Nurenberg an der nehſten mittewochen vor ſ. Gregorien tag n. G. geb. m.ccc.xvi, in dem andern Jar vnſers Riches.

(Das im Rücken aufgedrückte kaiſerliche Siegel iſt abgefallen.)

Orig.

№ 780.

1316 (26. März). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XVI, fer. vi. p. f. annunc. virg. prox. constituti presencia *Ebelinus* dictus *Messirsmet* et *Methildis* vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt, se super domo sua, quam inhabitant, in loco, qui dicitur *vf dem hofe*, prope domum *Johannis* dicti *Speneche*, prebendarii ecclesie s. *Andree wormat.*, situata, annuum censum i. libre hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* pro xix. libris et x. solidis hallens. vendidisse.

Actum testibus *Balzone*, *Wernhero* dicto *Pistor*, prebendariis ecclesie s. *Martini* predicte, *Theoderico* plebano in *Hambach*, *Gudilmanno* dicto *Zippelin* et *Reynoldo* tabellione curie nostre.*)

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

---

*) 1319 (14. März) verkaufen die obgen. Eheleute dem Martinſtifte in Worms einen jährlichen Zins von 10 Soliden Hellern „super

№ 781.

1316 (23. April). Nos *Philippus Rockenhuseri* et *Agnes* coniuges, ciues *wormat.*, profitemur, quod nos in festo b. Georgii x. solidos hallens. et in festo b. Remigii totidem solidos hallens. censuales decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* de curia nostra *vome Reinolde*, quam inhabitamus, tenemur presentare, quam quidem libram hall. potestatem nos ac nostri heredes habemus designandi super alia domo seu curia in veteri ciuitate *wormat.* situatis, vbi nulla fit commutacio, que wllgo *wandelunge* nuncupatur.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in festo b. Georgii mart.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unbeschädigt an.)

Orig.

№ 782.

1316 (23. April). Datum per copiam. Nos *Georgius* comes *Veldencie* et *Thilmannus* miles, natus quondam *Hermanni* militis de *Sauwilnheim*, recognoscimus, quod cum *Jacobus* dictus *Gricke* armiger de *Alsheim*, filius quondam *Clawonis* militis, *Jacobo* dicto *Snerre* militi de *Hanheim* et suis heredibus dimidiam carratam vini minus tribus quartalibus de pociori cremento, quod creuerit, monachis *ebirbacensibus* de vineis suis *an hainheimerberge* sitis annuorum reddituum, necnon iv. solidos denariorum

---

domo sua, quam inhabitant in loco, qui dicitur *uf deme houe* prope domum *Johannis* dicti *steyneche*, prebendarii ecclesie s. *Andree wormat.*, situata, testibus *Balzone* prebendario ecclesie s. *Martini wormat.*, *Alberto* de *Ryle* dicto de *Colonia* et *Reynoldo* tabellione curie nostre. (Das Siegel des Offizials des Probstes der Wormser Kirche hängt unbeschädigt an.)

Digitized by Google

magunt. cum iv. denariis eiusdem monete, atque amam vini de mansis in marcha *hainheimensi* sitis, necnon xx. denarios magunt., quod vinum possessores mansorum ipsorum dabunt annuatim de suis vineis in monte *Hainheim* sitis, si vineas ibidem habuerint, alioquin dabunt hunicum vinum bonum. De hac itaque ama vini cedent *Johanni* dicto *Wiesant* armigero vi. quartalia cum dimidio et iv. denarii magunt. de xx. denariis antedictis, ipsi quidem *Johanni* et suis heredibus, quos nimirum redditus annuos idem *Jacobus* dictus *Gricke* armiger a me *Thilmanno* predicto in feodo hactenus habuit, egoque *Thilmannus* a dicto *Georgio* comite iure ac tytulo eodem habui vsque nunc, vendiderit pro xl. libris hallensium ab eodem *Jacobo* perceptis sibique numeratis, ac eundem *Jacobum* militem atque suos heredes prefatus *Jacobus* dictus *Gricke* in possessionem perpetuam miserit reddituum eorundem, necnon ipsis possessionem ac dominium ipsorum reddituum vini ac denariorum tradiderit pleno iure. Idem *Jacobus* dictus *Gricke* nos rogauit, vt predicte vendicioni nostrum tamquam domini feodi dictarum rerum venditarum prefato *Jacobo* militi beniuolum adhiberemus consensum, obligans in recompensam nobis et cuilibet nostrum, sicut moris est, v. jugera cum dimidio terre arabilis sita in terminis ville *Alsheim* predicte in loco, qui dicitur *vndir deme wege*, iuxta *Wynandum* militem de *Spanheim*, et iii. jugera cum quartali vinearum sita super *Meilleburne* iuxta *Johannem* dictum *Babest*, ad ipsum *Jacobum* dictum *Gricke* pertinencia, que a me *Thilmanno* et meis posteris feodi nomine predictus *Jacobus* dictus *Gricke*, suique heredes perpetim possidebunt. Nos vero *Georgius* comes et *Thilmannus* predicti, *Jacobi* militis dicti *Snerre* atque *Jacobi* dicti *Gricke* prefatorum precibus fauorabiliter inclinati, predictum contractum ratum et gratum habemus, reddentes pretactos redditus liberos ab omni nexu iuris feodalis, quod nobis vel

cuilibet nostrum competiit in eisdem, apposuimusque nostra sigilla hiis literis pro robore veritatis, quibus et ego *Jacobus* dictus *Gricke* sepedictus pro ratihabicione pretactorum omnium exhibeo me contentum. Ego quoque *Jacobus* dictus *Snerre* predictus confiteor, quod cum *Johanni* dicto *Wasmud* et suis sociis vendiderimus redditus annuos vnius ame vini predicte de mansis cedente ipsis talem warandiam, que *werschaf* dicitur, faciam et facere teneor, quod ipsi redditus sunt proprietarii et nulla iuris feodalis sarcina onerati et ideo meum sigillum eciam literis hiis appendi.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XVI, in festo b. Georgii mart.

(An roth seidener Schnur hängt das Saulheim'sche Siegel an, mit der Umschrift: S. *Petri* militis de *Sawilnheim*.)

Orig.

№ 783.

1316 (25. April). Officialis prepositi *wormat.* recognoscimus; quod in nostra sub a. d. M.CCC.XVI, domin. p. Georgii prox. constituti presencia *Kuza*, relicta quondam *Emerchonis* dicti *Fendeche*, ciuis *wormat.*, *Emercho*, *Volzo*, *Johannes*, *Kunzelinus*, *Jacobus* et *Agnes*, germani, ipsius *Kuze* liberi, recognouerunt, se annuum censum viii. sol. et iv. hallens. singulis annis in die s. Remigii dandorum, necnon ii. caponum tempore carnispriuii soluendorum, qui ipsa de area seu fundo domus dicte *zu dem Lumersheimer* retro macella superiora ciuitatis *wormat.* cedebat, decano et capitulo ecclesie *wormat.* pro x. libris hallens. vendidisse.

Actum testibus *Balzone* prebendario ecclesie s. *Martini* predicte, *Heilmanno* dicto *Duphus*, *Gudilmanno* dicto *Zippelin*, ciuibus *wormat.* et *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel des Ausstellers hängt unversehrt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 784.

1316 (25. April). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* profitemur, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XVI, domin. p. d. s. Georii prox. constituti presencia *Heinricus* et *Winzo* fratres, filii quondam *Heinrici* dicti *Sartwoche*, ciuis *wormat.*, recognouerunt, se super domo sua, que quondam ipsorum patris extitit inter sellatores prope domum dictam *zu dem alden amemanne* situata, contigua domui dicti *fisch*, annuum censum i. libre hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* pro xix. libris hallens. vendidisse. Recognoscimus eciam, quod *Jacobus* dictus *Wolger* de s. *Michahele* et *Elyzabet* vxor sua, *Heinrici* et *Winzonis* soror predictorum, recognouit, se nil habere iuris in domo prenotato.

Datum presentibus *Balzone*, *Wernhero* dicto *Pistor*, prebendariis ecclesie s. *Martini* predicti, *Gudilmanno* dicto *Zippelin* ac *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 785.

1316 (4. Mai). I. n. d. a. Per hoc presens publicum instrumentum pateat vniuersis, quod sub a. d. M.CCC.XVI, indict. xiv, die iv. intrante mense magii, coram me notario subscripto et testibus infrascriptis constituta presentia *Benigna* mulier, relicta quondam *Gozonis* dicti *Mennechen* de *Alsheim*, *Friderico* suo filio, necnon *Methildis* et *Margarete*, filiabus eiusdem, ibidem presentibus et consentientibus, existentibus in etate completa, consensu *Petri* et dicti *Lampolt*, maritorum predictarum sororum, accedente, *Gernodo* dicto *Spirer*, prebendario ecclesie s. *Andree wormat.*, ibidem presente, pro se ac nomine et vice *Ka-*

therine, eiusdem *Gernodi* sororis filie, recipiente, vendidit redditus annuos viii. maldrorum siliginis, mensure wormat., super bonis suis infrascriptis pro precio xliii. librarum hallensium minus iv. vnc. hallens., quam pecuniam predicta *Benigna* vna cum filiis et filiabus suis prescriptis confessi sunt coram me notario subscripto ipsis per predictum *Gernodum* suo et *Katherine* prefate nomine forè integre et totaliter persolutam, eidem *Gernodo* ac *Katherine* singulis annis infra duo festa, videlicet assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis, dandis ipsis cuilibet ipsorum, videlicet *Gernodo* et *Katherine* prenotatis, iv. maldra siliginis pro sua parte in ciuitatem *wormat.* ante quamcunque domum voluerint aut alter eorum ipsius *Benigne* aut suorum successorum vectura propria, laboribus et expensis. Et bona infrascripta ipsis pro pensione huiusmodi pro subpignore obligarunt, videlicet iv. jugera seminalis campi sita in terminis ville *Alsheim* juxta *walheimerpade*, consulcaneus dictus *Freudenberger*, item ix. quartalia sita juxta dictam *Richelmennen* et *Wernherum* dictum *Vmbescheiden*, item i. duale situm iuxta *gummersheimer weg*, consulcanee moniales de *hymelgarden* et relicta quondam *Bunonis* de *Wormatia*, item i. duale situm *hinderlachen* iuxta dotem ecclesie *Alsheim inferioris*, item i. duale situm *in Gimesheymer welde* tendens ad stratam publicam *wormat.*, item dimidium juger iuxta predictum duale tendens super eandem stratam, item dimidium juger situm *vffe stegereyne*, consulcaneus *Herburdus* dictus *Clebyz* in sulco inferiori, item curiam cum omnibus suis hedificiis ac ortis ipsi curie attinentibus sitam in villa *Alsheim*, in qua ipsa *Benigna* venditrix inhabitat, ita videlicet, quod si sepedicta venditrix aut ipsius heredes in solucione predictorum reddituum negligentes extiterint, extunc dicti *Gernodus* aut *Katherina* uel eorum successores prescripta bona tamquam sua propria tollere et confiscare debeant, quod wlgo dicitnr *vfholn*,

Digitized by Google

eaque suis applicare vsibus, ut est moris. Promiserunt insuper ipsa *Benigna*, *Fridericus* filius, *Methildis* et *Margareta* filie eiusdem, etatem perfactam habentes, prefatam vendicionem, necnon omnia et singula premissa firma et rata perpetuo habere, et quod bona prescripta jure successionis, permutationis seu aliquo casu superuenienti ab invicem non separare, sed semper penes vnam personam colenda ad maiorem certitudinem permanere. Item pro omnibus et singulis obseruandis constituerunt fideiussores *Bertholdum* scultetum ville *Alsheim, Engelmannum, Waltherum* dictum *Daubo* et *Fritzonem* filium *Benigne* ibidem presentes et fideiussorie ad hoc sponte se obligantes. Actum anno domini, mense et indictione prenotatis in villa *Alsheim,* coram sculteto ville prefate et scabinis, necnon aliis pluribus fidedignis testibus ad hoc vocatis.

(Notariatsinſtrument. Notar: *Johannes Heinrici* de *Durenkeim*, spirens. dyocesis, dictus *Pluger*.)

№ 786.

1316 (26. Mai). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Conradus* cantor et *Hermannus* syndicus ecclesie s. *Petri mogunt.* nomine ecclesie sue ex vna et *Gerhardus* dictus *ad dentem*, ciuis *mogunt.* ac *Cristina* mater sua ex parte altera, in nostra presencia constituti, de missa, que olim in capella sita in curia dicta *ad dentem* celebrabatur, ordinauerunt in hunc modum, videlicet quod sacerdos, qui in dicta capella celebrauit, existens ex institutione ipsius capelle vicarius ecclesie s. *Petri* predicte in nouo monasterio s. *Marie Magdalene*, in foro gentili ciuitatis *moguntine*, in altari ibidem per ipsum *Gerhardum* et *Cristinam*, matrem suam, de nouo constructo singulis diebus per se vel per alium, nisi causis racionabili-

bus prepeditus fuerit, missam perpetuo celebrabit, duabus duntaxat septimanis exceptis, quibus est ebedomedarius in ecclesia s. *Petri*. Omnes vero obuenciones, que eidem vicario in ipso altari ad stolam offerentur, sibi tenebit. Preterea prefata *Cristina* promisit, redditus i. marce colon. denariorum post mortem ipsius annis singulis persoluendos ad dictum altare ordinare infra hinc et festum natiuitatis domini proxime venturum.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVI, vii. kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt gut erhalten an.)

Orig.

№ 787.

1316 (29. Mai). I. n. d. a. Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat*. Notum facimus, quod de nostra voluntate bone memorie quondam *Bertholdus* dictus de *Kalstat*, prebendarius ecclesie nostre prefate, de bonis suis, quorum specificatio et situs inferius continentur, beneficium seu prebendam sacerdotalem pro remedio anime sue, progenitorum, successorumque suorum instituit, sacerdoti ydoneo conferendum, qui cottidie sonante campana ad laudes matutinarum missam in altari s. crucis in dicta nostra ecclesia existentis celebrabit et hanc prebendam in primordio sue institutionis conferri voluit *Wolvelino* consangwineo suo. Est autem bonorum situs talis predictorum, primo in campo dicto *vor der heseln* iii. jurnales vinearum consulc. superius domine dicte *Bibern*, inferius *Jacobo Ruze*, item ibidem quartale vinee consulc. superius relicte *Theoderici* militis de *Agirsheim*, inferius domino de *Friesenheim*, item ibidem dimidium jurnale vinee consulc. superius *Spreuelring*, inferius monachis de *Schonaugia*, item dimidium jurnale vinee consulc. superius monachis de *Lutra*, inferius *Stephano* militi de *Ensiltheim*, item ibidem duale vinearum consulc. superius *Ber-*

Digitized by Google

tholdi cerdoni de *Wormacia*, inferius *Jacobo Ruze*, item in campo dicto *steinackir* i. jurnalis vinee consulc. superius monachis de *Limpurch*, inferius monialibus de *Hertingeshusen*, item in campo dicto *Smalz* ii. jurnales cum dimidio vinearum consulc. superius *Vdoni* armigero de *Durencheim*, inferius monachis de *Lutra*, item ibidem i. jurnalis vinearum consulc. superius monialibus de *Hertingeshusen*, inferius vie dicte *huettenbaumpaht*, item i. quartale vinee iuxta ecclesiam consulc. hospitali de *Durencheim*, item dimidius jurnalis vinee consulc. superius monachis de *Henei*, inferius *Bertholdo* in fine, item duale vinee consulc. vie dicte *herstrazzen* superius, inferius *Rasori* de *Liningen* veteri, item duale vinee consulc. superius monachis de *Heimbach*, inferius relicte *Petri* in *wisegazzen*, item duale vinee in *Rudolfes Reine* consulc. monialibus in *Hertingeshusen*, inferius heredes *Gerlaci* de *Erpilsheim*, item i. jurnalis vinee consulc. superius monachis in *Limpurch*, inferius *Jacobo Ruze*, item duale in *Stump* consulc. superius *Vdoni* armigero de *Durencheim*, inferius monachis de *Ottirburg*, item in *Zeizenbuhel* i. jurnalis vinee consulc. superius monachis de *Heimbach*, inferius monialibus de *Schonenuelt*, item i. jurnalis vinearum *imme hunreugkir* consulc. superius militi de *Kastel*, inferius dicto *Kranich* de *Lamsheim*, item in *Heigern* duale vince consulc. superius militi de *Kastel*, inferius monachis de *Schonaugia*, item in *Heigern* ex altera parte vie versus montes i. jornalis vinee consulc. superius monachis de *Limpurch*, inferius monialibus de *Sebach*, item dimidius jurnalis vinee ibidem consulc. superius *Hetzeloni* de *Vncsteim*, inferius vie, que tendit *Durencheim*, in predicta villa *Kalstat* et in terminis eiusdem ville sunt site omnes vinee antedicte.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in vigilia penthecostes.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

Digitize

№ 788.

1316 (10. Juni). Frater *Helfricus* de *Rudinkeim*, magister domorum hospitalis s. *Johannis* jherosolimitani per *Alemaniam*, notum esse volumus, quod de omnibus causis, negociis et factis rebus atque bonis vniuersis, super quibus nobis ac nostro ordini contra *Elizabeth*, relictam quondam *Emelrici* de *Pingwia*, ciui *mogunt.*, ac *Conradum* sacerdotem et alios suos fratres, filios ipsius *Elizabeth*, quondam existentes in ordine milicie templi, racione dicti ordinis quomodolibet actio conpetiit, compositio amicabilis interuenit, cui fratres *Heinricus* de *Hamirstein*, *Cunradus* dictus *Ruser*, cellerarius in curia nostre domus in *Moguncia*, *Hermannus* de *Worden*, *Johannes* de *Winingen* et *Thilemannus* peritus in jure interfuerunt presentes *Moguncie* in nostra curia supradicta, conpositioni huiusmodi hoc addentes, quod eisdem *Elyzabet* et suis filiis in suis negociis et factis munus promocionis secundum posse nostrum volumus impertiri.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XVI, iiii. idus junii.

(Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 789.

1316 (13. Juli). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Henricus* dictus *Graseman* et *Mechildis* vxor eius de *superiori Ingelnheim* in nostra presencia constituti recognouerunt, se abbatisse et conuentui monasterii s. *Agnetis* in *Moguntia* ementibus annuos redditus i. marce denariorum colon. vendidisse pro xi. marcis denariorum, promittentes, dictos redditus eisdem religiosis in festo b. Martini hyemalis soluere et *Mogunciam* ad ipsarum monasterium presentare, pro quibus redditibus soluen-

Digitized by Google

dis dicti coniuges vineam suam sitam in terminis ville *Ingelnheim superioris* dictam *phaffen berroldes wingarten* an *wintherheimer wege*, v. quartalia vinearum continentem, ac domum ipsorum et curiam eidem domui attinentem sitas in dicta villa, que quondam fuerunt *Syffridi* dicti *Seich in der Rinderbach*, titulo subpignoris obligarunt.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVI, iii. idus julii.

Preterea huic contractui est adiectum, quod subpignora prescripta post mortem dictorum coniugum apud vnum heredem ipsorum indiuisa debeant remanere.*)

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 790.

1316 (16. Juli). *Lukardis* magistra, totusque conuentus sanctimonialium montis b. *Ruperti* prope *Pinguiam* etc. liqueat, quod *Cristianus* de *Dromershem* sanus corpore et compos mente voluntatem suam ultimam ordinat et infrascripta legat pro remedio anime sue et *Cristine* matris eius. Inprimis legat donacione facta inter viuos magistre, que pro tempore preferint monasterio predicto, xxxiv. maldra siliginis, pinguensis mensure, de bonis in *Kensinghin*, item vnam vineam suam sitam *amme camberghe*,

*) 1396 (25. April) verkaufen Henne Ette und Katherine seine Frau den vier Klöstern: Altenmünster, Dalen, St. Agnes und weißen Frauen in Mainz ein Malter Waizengülte und geben dafür zu Unterpfand „ein firteil wingarten an der Rinhelden geuor Henne Stortzkoph vnd Metzen Susinbig, ein halb zweiteil wingarten am kemmerwege gefor Michel Berberſſon vnd dem borren ſnyder vnd ein virteil wingarten an der vndofft gefor Heilman von Prumheim Ritter vnd Peder Billong, ein ſtucke wingarten am Heſeler gefor Claus Starken."

item vnam carratam vini, quam habet super quibusdam bonis, agris et vineis in *Dromersheim*, item legat magistre predicte omnes redditus pecuniarios si quos in antea in marchia *pinguensi* comparauerit, item legat conuentui monasterii predicti xx. maldra siliginis de bonis in *Vlanheim* et vi. maldra siliginis de bonis in *Dromersheim*, item deputat sepedicto conuentui medietatem omnium bonorum suorum sitorum in *Inghilnheym*, ita, quod de redditibus priorissa et celeraria in qualibet quadragesima ad communem coquinam predicti conuentus xliv. libras olei subministrent, residuis redditibus per easdem priorissam et celerariam reseruandis, vt singulis annis septimanatim communes necessitates refectorii et maxime in aduentu domini usque ad natales eiusdem, prout facultates eorundem bonorum pro tempore suppetunt, respiciant, in quorum omnium recompensam nos magistra et conuentus predicti in quolibet festo quatuor temporum post mortem predicti *Cristiani* et matris sue tenemur, eorum anniuersaria sollempniter peragere et ad ea obseruanda in perpetuum nos astringimus, item dictus *Cristianus* deputat predicto conuentui i. marcam colon. denariorum soluendam in festo b. Martini episcopi hyemalis de vno jugere vinearum sito in loco dicto *Morsuelt* et dimidio jugere in loco sito dicto *in der mughen*, cuius quidem marce proprietatem ex nunc idem *Cristianus* in manus priorisse et celerarie predictarum resignat, ita, quod ob hoc in antea in crastino b. Odalrici anniuersaria *Henrici*, patris dicti *Cristiani* et fratris *Emerchonis*, hospitalarii de *Inghilnhem*, per nos peragentur.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XVI, xvii. kalendas augusti.

(Die Siegel der Ausſteller, ſowie der Mainzer Richter ſind abgefallen.) Orig.

Digitized by Google

№ 791.

1316 (27. Aug.). Nouerint vniuersi, quod cum inter decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* ex vna parte et *Hermannum* dominum de *Hohenfels* ex altera discordia super quibusdam iuribus, redditibus et vtilitatibus cedentibus de villa *Eychen* et terminis seu confinio ibidem mota fuisset, discretus vir *Heilimannus* de *picta domo*, magister ciuium *wormat.*, constitutus in presencia *Gerhardi* custodis, *Wernheri Rockenhusere* et *Conradi* dicti *Lungen*, canonicorum ecclesie s. *Pauli* predicte, ad hoc ab eisdem decano et capitulo specialiter deputatorum, hoc fieri petentium suo et eorundem decani et capituli et ecclesie s. *Pauli* predictorum nomine in presencia domini *Her.* predicti et mei *Heinrici* de *Los* clerici notarii, curie *wormat.* iurati, a judicibus eiusdem curie ad audiendum et conscribendum infrascripta specialiter destinati, et testium subscriptorum inquisiuit a. d. M.CCC.XVI, fer. vi. prox. post diem b. Bartholomei apost., hora quasi vesperarum, in dicta villa *Eychen*, in loco sub magna arbore ibidem, ab *Alberto*, juniore sculteto ville predicte, *Alberto* patre eiusdem, *Wernhero* dicto *Swartza*, *Reinoldo*, *Jacobo* dicto *Kubel*, *Conrado* dicto *Lichtehant* et *Jacobo* dicto *Kremere*, scabinis ibidem et *Vlrico* plebano in *Vbernsheim*, fratre *Theoderico* conuerso in curia *zume Sande*, *Bertzone* dicto *Keszelere*, *Emerchone* dicto *Vederwus* armigero et *Johanne* dicto *Gunczel*, hubariis ville antedicte et pluribus viris vniuersitatis hominum eiusdem ville ibidem presentibus, quid iuris prefati decanus et capitulum et ecclesia s. *Pauli wormat.* haberent in villa *Eychen* predicta et terminis ibidem, qui quidem sculteus, scabini, hubarii et homines ville *Eychen* ad custodem et canonicos s. *Pauli* predictos ibidem presentes et *Hermannum* nobilem prefatum per *Vlricum* plebanum in *Vbernsheim*,

Digitized

predictum suum conhubarium, sententiando referri et responderi fecerunt modo subscripto et hiis verbis, quod *Renus* transiens et decurrens per terminos parrochie ville *Eychen* predicte iure proprietatis et dominii spectet ad decanum et capitulum ecclesie supradicte, ita sane, quod quilibet hominum villanorum ville *Eychen* predicte ipsam villam inhabitans et se ibidem sustentans decimam partem lucri piscium, quos ceperit in *Reno* predicto, prefatis decano et capitulo vel eorum officiato, quem in dicta villa ad hoc deputauerint, eorundem nomine annis singulis tenebitur omnimode tradere et assignare, et vltra hoc idem inhabitans villanus quicunque compelli non debet aliquatenus vel coarctari. Fecerunt eciam dicti scultetus et scabini ac hubarii per eundem *Vlricum* plebanum sententiando referri, aquam dictam *werwasser* et aquam dictam *Haech* et fossam dictam *Rinne*, sitas in terminis parrochie ville predicte, ad eosdem decanum et capitulum de iure pertinere debere, ipsosque dominos *in den rechten almenden* ville predicte vnum diem annis singulis de iure habere, in qua quidem die eisdem dominis vel officiato ipsorum dominornm eorundem nomine cum octo personis metentibus fenum metere de iure licebit, ipsique domini huiusmodi fenum metendi modo predicto habeant liberam facultatem. Item sententiando pronunciari fecerunt per *Vlricum* plebanum predictum nemus lignorum dictum *der frauweauwe* ad eosdem decanum et capitulum de iure pertinere debere, ipsosque dominos cottidianum judicium in dicta villa *Eychen* per scultetum eorum, quem ad hoc deputauerint, de iure posse facere et exercere debere, dictumque scultetum eorundem dominorum nomine vnicuique querelanti expeditam iusticiam de iure posse facere et debere, ita sane, quod si ipse scultetus in reddendo iusticiam huiusmodi predictum iudicium explere aut expedire non valeret, extunc idem scultetus, qui pro tempore fuerit officiatus decani et capituli predictorum in villa predicta, ipsius domini

Digitized

Her., aduocati ville predicte, vel alterius aduocati ibidem, qui pro tempore fuerit, auxilium et iuuamen implorabit, ipseque aduocatus tenebitur eidem sculteto in premissis oportuno auxilio suffragari pro viribus, et quod iura, que dicuntur wlgariter *freuele*, que committuntur et recipiuntur in diebus feriatis et feriandis sub pena excommunicationis in tres partes diuidantur, quorum due partes cedent dominis s. *Pauli* predictis et tercia pars cedet aduocato ville antedicte, in diebus autem non feriatis vniuersa jura, que wlgariter *freuele* dicuntur et in dicta villa colliguntur, in tres partes similiter diuidentur, quarum quidem parcium predictarum trium due cedent aduocato eiusdem ville *Eychen* et tercia pars cedet decano et capitulo antedictis. Item predicti sculteus, scabini et hubarii per prefatum *Vlricum* plebanum dici fecerunt sentenciando, quod quicunque villanorum predictorum degentes in villa predicta tam de piscibus, quam de agris sitis in terminis ville predicte decimas debite non soluerent et propter hoc penas inciderent ac census debitos de agris censualibus non soluerent eisdem dominis vel officiato eorundem, ut tenerentur, et penas propter hoc inciderent, huiusmodi pene duntaxat sic recipiende cedant omnimode decano et capitulo antedictis. Quibus eciam omnibus et singulis premissis sic pronunciatis sencialiter prefatus dominus *Her.* de *Hohenfels* dixit publice et expresse, quod bene faueret eisdem dominis ecclesie s. *Pauli* in iuribus suis sibi, ut predicitur, pronunciatis, promittens nichilominus eisdem dominis premissa omnia edicta pro se et heredibus suis rata et grata habere.

Actum anno domini, die, loco et hora antedictis, presentibus strenuis militibus *Johanne* de *Bobardia* camerario *wormat.* et *Gerhardo* dicto *Ratthan* et discretis viris *Heinrico* dicto *Smalz* presbytero, *Eberhardo zum bachen*, *Gerlaco Kannengiszere*, *Heilone* de *picta*

Digitized

domo et *Johanne* suo consanguineo, ciuibus *wormat.* aliisque quam pluribus personis fidedignis.*)

(Die Siegel der Wormſer Richter, der Stadt Worms und des vorg. Hermann von Hohenfels ſind abgefallen.) Orig.

№. 792.

1316 (28. Aug.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Heilmannus* dictus *Crasse* de *Heppinheim* et *Lucardis* eius vxor recognouerunt, se erga decanum et capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* xx. jugera et iii. quartalia terre arabilis, quorum ix. iugera cum dimidio sita sunt in campo versus *Peddernshem*, pro annua pensione xii. maldrorum siliginis, wormat. mensure, pro se et suis heredibus conduxisse, quam quidem annonam prefati coniuges promiserunt prefatis decano et capitulo annis singulis infra duo festa, videlicet assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis, soluere ac *Wormaciam* ante hospicium quodcunque voluerint presentare suis periculis et laboribus.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, sabb. p. fest. b. Bartholomei apost. proximo.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt unverſehrt an.)

Orig.

№. 793.

1316 (4. Oct.). Nos *G.* de *Eppenstein* prepositus ecclesie s. *Petri mogunt.* decano et capitulo ecclesie nostre memorate promittimus, quod dum ex collacione custodie ipsius predicte ecclesie per nos aliquociens celebrata eo,

*) Am 15. Oct. deſſelben Jahres beſtätigt Junker Philipp, Hermanns von Hohenfels Sohn, obigen Rechtsſpruch. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

quod alicui in capitulo nondum existenti ipsam conferremus, nonnulli de capituli collegio turbari viderentur, hinc est, quod ob remouendam in posterum turbacionem et subducendum omnium rancorem recognoscimus, nos publice promisisse, quod ipsius custodie ad nos spectantis collacionem tantummodo de capitulo existenti tenore presencium asserentes et vouentes certissime porrigemus, eligentes si faceremus contrarium, quod hoc ipso facto viribus non subsistat.

Dat. sub sigillo nostro a. d. M.CCC.XVI, iv. nonas octobris.

(Das Sigel hängt wohl erhalten an.) Orig.

№ 794.

1316 (6. Nov.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia ***Heinricus*** dictus ***Leyberlin*** et ***Kunegundis*** vxor sua legitima de ***Bercheim*** recognouerunt, se erga ***Wernherum*** dictum ***Fende***, prebendarium ecclesie s. ***Pauli wormat.***, iii. jugera vinearum in loco, qui dicitur *in den setzen*, terminis eiusdem ville ***Bercheim*** situata, que ad ipsum ***Wernherum*** spectare dinoscuntur, jure hereditario sibi et suis heredibus pro annua pensione ix. minarum siliginis, wormat. mensure, conduxisse et memorata iii. iugera erga ipsum ***Wernherum*** pro annua pensione predicta eidem ***Wernhero*** seu sacerdoti, beneficium suum in parrochia s. ***Ruperti*** ecclesie ***wormat.*** constitutum habenti, singulis annis infra duo festa, assumtionis videlicet et natiuitatis virginis gloriose, dandam et ad ciuitatem *wormat.* ante quemcunque domum idem ***Wern.*** seu sacerdos memoratum beneficium habens voluerit presentanda, sub dictorum coniugum laboribus et expensis, coram nobis hereditario jure sibi et suis heredibus conduxerunt et pro huiusmodi pensione sic danda prefati con-

Digitized by Google

iuges dimidium iuger vinearum in loco, qui dicitur *emmede*, in terminis predicte ville situatum, ipsi *Wern.* pro subpignore obligant. *)

Dat. a. d. M.CCC.XVI, sabb. p. omnium sanctorum.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 795.

1317 (13. Jan.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Herburdus* textor et vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt, se annuum censum xxviii. vnc. hall., que habent super domo dicta *zu dem steynhusiln*, quam *Franko* dictus *Smaltz*, ciuis *wormat.*, possidet, pro xlii. libris hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* vendidisse.

Act. sub a. d. M.CCC.XVII, in octava Epiphanie dom., testibus *Gernodo* de *Spira*, *Johanne* dicto de *Dannenstat*, *Jacobo* de *Grindestat*, prebendariis ecclesie s. *Andree* predicte et *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel hängt unverſehrt an.) Orig.

---

*) 1337 (9. Juni) locauit „*Dylmannus*, vicarius seu capellanus altaris s. Anthonii in parrochia s. *Ruperti wormat.*, *Nicolao* dicto *Schiuerer* et *Elizabethi* eius vxori bona prefati vicarii immobilia in terminis ville *Bechtheim* sita, pro annuo censu i. maldri siliginis jure hereditario habenda, quorum bonorum situs est: primo i. juger in terminis dicte ville *Bercheim* situm in loco dicto *vffe Ermed* consulcaneus dictus *Vengilring*, item i. juger in terminis ville *Mettinheim* situm in loco dicto *vf dem kenigelwege* consulcanea domina dicta *Kudeln*.“ (Das Siegel der Wormſer Richter hängt unverſehrt an.)

Digitized by G

№ 796.

1317 (19. Jan.). Nos *Heinricus* de *Rodinstein* camerarius, *Crafto* scultetus, *Emercho*, *Nycolaus* et *Salmannus*, necnon *Volgmarus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XVII, fer. iv. prox. p. octav. Epiphanie dom. *Heinricus* dictus *Munich* de *Lymborg*, mei supradicti *Emerchonis* judicis gener, ciuis *mogunt.*, super curia dicta *Latheran*, curie contigue *zume Romere Moguncie* sita, de cuius fundo dimidia marca den. col. decano et capitulo ecclesie s. *Mauricii mogunt.* soluenda est, me *Salmanno* judice supradicto premissa publicante, post primum et secundum bannos suos conquisitos, tercium bannum conquisiuit et super eadem curia a nobis confirmatus extitit per sentencias judiciarias, presentibus *Heilmanno*, *Tilone*, *Heilmanno*, *Judelino*, *Thilmanno* et *Herbelone*, aduocatis, *Beumundo*, *Petro Mul*, *Anzone*, *Wenzone*, *Hasinzul*, *Thulmanno*, *Syfrido* et *Thilmanno*, budellis, nostris, *Volzone* et *Hertwino Borggrauio*, ciuibus *moguntinis*.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 797.

1317 (7. März). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod decanus, scolasticus, cantor et capitulum ecclesie s. *Stephani moguntine* in nostra presencia constituti locauerunt curiam suam sitam in *Oppenheim* et omnia bona et jugera terre arabilis et vinearum ad dictam curiam pertinencia sita in terminis opidi *Oppenheim* predicti, iure proprietatis ad ecclesiam s. *Stephani* predictam spectancia, *Conrado* de *Berchtheim*, coram nobis similiter constituto, locacionem bonorum huiusmodi suo necnon *Jo-*

hannis et *Wallheri*, filiorum suorum, nomine recipienti, ad tempora vite ipsorum duntaxat habenda, pro annua pensione c. maldrorum siliginis, ii. libris hallensium et iv. libris cere, que et quas dictus *Conradus* eisdem religiosis expedite dare promisit et super granarium ipsorum *Mogunciam* presentare infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa, et est adiectum, quod curia et bona predicta apud dictum *Conradum*, quamdiu vixerit, et post mortem suam apud vnum heredem seu filiorum suorum seniorem permanere debeant, penitus indiuisa, post mortem vero dicti *Conradi, Johannis* et *Wallheri*, filiorum suorum predictorum, curia et bona ad decanum et capitulum predictos libere reuoluentur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVII, nonas marcii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 798.

1317 (10. März). Decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* Ne ea etc. hinc est, quod discretus vir quondam *Sygelmannus* dictus *Osthouer* et *Katherina* vxor eius, ciues *wormat.*, suarum animarum saluti volentes prouidere, instituerunt sacerdotale beneficium in ecclesia nostra s. *Pauli* in capella s. *Agnetis* in ambitu ecclesie nostre eiusdem constitute deseruiendum per sacerdotem, cui idem beneficium collatum fuerit in eadem capella, missam ibidem cottidie celebrando, idemque sacerdos in matutinis, summa missa et horis aliis chorum ecclesie nostre tenebitur frequentare. Dicti quoque coniuges idem beneficium dotauerunt redditibus annuis xliv. maldrorum siliginis de certis bonis et subpignoribus persoluendis, quorum situs in literis judicum curie *wormat.* et officialis prepositi ibidem sigillis sigillatis et desuper confectis plenius continentur. Prefati

Digitized by Google

eciam coniuges dictum beneficium *Carisio,* nostre ecclesie prebendario, contulerunt, postquam vero idem beneficium de cetero vacare contingerit, tunc ipsius collacio ad *Johannem Rosebaumer* nostrum concanonicum et *Nicolaum* fratrem suum et post mortem vtriusque ipsorum ad cantorem ecclesie nostre debet pertinere.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, fer. v. p. domin. oculi prox.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 799.

1317 (19. März). I. n. d. a. Per hoc publicum instrumentum pateat vniuersis, quod sub a. d. M.CCC.XVII, ind. xv, xiv. kalendas aprilis in presencia mei notarii et testium subscriptorum circa horam prime, in campo dicto *Nunnenmunster vell* extra muros *wormat. Berzemannus* dictus *Muttersteder* junior constitutus recognouit, se decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* annuam pensionem v. librarum hallens. super bonis suis, videlicet vno prato dicto *des mutirsteders wiese* in terminis ville *Liedirsgesheim* sito, item ii. mannesmath pratorum prope *Liedirgesheim* consulc. monialibus de *Kirsegarten,* item super tribus domibus et orto ante portam pauonum extra muros *wormat.**), que quondam fuerunt dicti *Hasen*, vendidisse pro lxxxviii. libris hallens. Renunciauit eciam dictus *Berzemannus* exceptioni doli mali etc. similiter *Berzemannus*,

*) 1319 (19. März) verkauft der Cantor des Andreasstiftes zu Worms, Wilhelm von Wattenheim, dem Martinsstifte daselbst einen Zins von 2 Pfund Heller auf den. Häusern, Hofstätten und Gärten, nämlich „de area quadam sita iuxta nouam portam, de area sua sita prope domum ciuium *wormat.*, de domo sita ex opposito predicatorum, de quodam magno orto ante portam pauonis."

Digitized by Google

frater eius senior, renunciauit omni juri, acioni et impeticioni, presentibus *Gerhardo* camerario milite dicto *Hanen, Berzemanno Mutlirsteder, Heinrico* opilione et *Heinrico* dicto *Greffer*, ciuibus *wormat.*

(Notariatsinstrument. Notar: *Johannes* de *Erbenheim*, clericus *wormat.*)

№ 800.

1317 (30. März). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Thylo* dictus *Emmelrich* de *Pingwia* et *Agnes* vxor ipsius, necnon *Conradus* prespiter, frater eiusdem *Agnetis*, in nostra presencia constituti recognouerunt, se habere communiter et pro indiuiso quasdam vineas dictas *zu Ryche*, in terminis villarum *Lovbenheim* et *Spansheim* sitas, quarum vinearum medietatem predicti coniuges confitebantur ad prefatum *Conradum* pertinere, postmodum tamen ipsi coniuges predicti aliam vero medietatem ipsorum coniugum scilicet predictarum vinearum prefato *Conrado* tradiderunt donacione perfacta inter viuos, tali modo, quod si dictus *Conradus* prefatis coniugibus premoritur, extunc statim dicte vinee ad dictos coniuges seu ad alterum ipsorum, quod superest, deuoluentur, econuerso vero si dicti coniuges prefato *Conrado* premoriuntur, tunc dicte vinee totaliter sunt dicto *Conrado* deuolute, quo facto idem *Conradus* dictas vineas sibi donatas prefatis *Thyoloni* et *Agneti* coniugibus locauit, ita videlicet, quod prefati coniuges dare debeant in auctumpno tempore vindemiarum dicto *Conrado* de totis vineis antedictis sextam partem vini crescentis, quam presentabunt suis laboribus et expensis ad vasa dicti *Conradi* in opido *pingwensi*. Est eciam adiectum, quod sepedicti coniuges debeant dictas vineas in cultura consueta conseruare. Promisit eciam *Conradus* predictus, quod si vineas huiusmodi vmquam pro

Digitized by Google

aliqua parte vini seu census locare voluerit et quod si prefati coniuges prefato *Conrado* premoriuntur, tunc predictas vineas *Petro*, filio predictorum coniugum, pre omnibus hominibus locare debebit.

Act. a. d. M.CCC.XVII, iii. kalendas aprilis.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgeriſſen.) Orig.

№ 801.

1317 (6. Mai). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* constare volumus, quod in nostra constituti presencia *Heinlinus Drukindi* et *Lyba* vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt, se annuum censum ii. librarum wormat. den. decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* pro lxvi. libris et viii. vnciis hallens. vendidisse, et pro huius censu persoluendo prefati coniuges domum suam dictam *zu dem keysir* super foro situatam, contiguam domui magistri *Hunonis* sartoris, memoratis religiosis pro subpignore obligant.*)

---

*) 1320 (15. Oct.) bekennen „*Nicolaus Drutkindi* decanus, *Werntzemannus Drutkindi*, fratres, *Hermannus* de *Flersheim*, canonici ecclesie *nuhusensis* extra muros *wormat.*, necnon *Gerhardus* decanus ecclesie s. *Pauli wormat.*, manufideles vltime voluntatis quondam *Petri Drutkindi*, scolastici ecclesie s. *Pauli* predicte, se obligatos esse magistro *Johanni* de *picta domo*, canonico s. *Pauli* predicte et *Heyloni* de *picta domo*, ciui *wormat.*, fratribus, in xiv. libris hallens., in quibus dictus quondam *Petrus* quondam *Heylmanni* de *picta domo*, patri dictorum magistri *Johannis* et *Heylonis*, remansit obligatus, et in quibus dicti fratres eorum patri tamquam heredes successerunt ac in solucionem dicte pecunie eisdem magistro *Johanni* et *Heyloni* ac pro eis decano et capitulo ecclesie *nuhusensis* predicte redditus i. maldri siliginis super curia dicti quondam scolastici *Nuhuse* sita, in recompensam i. maldri sili-

Act. a. d. M.CCC.XVII, fer. vi. p. domin. q. cant. cantate.

(Das Siegel iſt unbeſchädigt.) Orig.

№ 802.

1317 (16. Mai). Nos consules et ciues *wormat.* vniuersi profitemur, quod *Geza*, relicta quondam dicti *Stumph* cerdonis, ciuis *wormat.*, in nostre ciuitatis consilio per testes ydoneos legitime probauit, quod dictus eius maritus ipsam in c. libris hallens. et ultra reliquerit debitricem in debitis, que pariter contraxerunt, et hoc probato adiudicatum fuit ei sentencialiter, quod ipsa debita, cum promtam non haberet pecuniam, soluere posset licite per vendicionem bonorum suorum immobilium, contradictione puerorum suorum qualibet non obstante, quibus peractis prefata *Geza* annuos redditus xxx. solidorum hallens. super domo et curia sua, quam inhabitat, sita *Wormacie* prope domum *Conradi* dicti *Kolhase*, patris sui, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro xxvii. libris hallens. vendidit.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, fer. ii. a. f. penthecostes.

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

---

ginis reddituum per dictum quondam *Heylmannum* dicte ecclesie *nuhusensi* legati, item redditus i. maldri tritici decano et capitulo ecclesie s. *Pauli* in recompensam i. maldri tritici eidem ecclesie s. *Pauli* per dictum quondam *Heylmannum* relicti super parte domus prope domum dictam *zume Keiser*, quam nunc dictus *Huno* sartor inhabitat, site super foro *wormat.*, que ad dictum quondam scolasticum pertinuit, dederunt et assignauerunt, dictas curiam et partem domus pro dictis redditibus pignori obligando.“ (Das Siegel der Wormſer Richter hängt unbeſchädigt an.)

Digitized by Google

№ 803.

1317 (29. Juni). Nos ***Heinricus*** de ***Rodinstein*** camerarius, ***Crafto*** sculthetus, ***Emercho, Nycolaus, Salmannus*** et ***Volgmarus***, judices seculares *mogunt.*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XVII, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. frater ***Conradus*** conuersus et syndicus abbatisse et conuentus cenobii in ***Dalen,*** super medietate curie dicte ***zum spainheimere*** inferiori, necnon super iii. librarum hallens. annuis redditibus super hereditate ***Ermelrici*** coloratoris in orto ceresarum ***Moguncie*** sita, necnon super dimidie marce redditibus super domo prope estuarium in orto ceresarum ***Maguncie*** sita, tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus extitit per sentencias judiciarias. *)

(Die Siegel der Aussteller hängen unbeschädigt an.)

Orig.

№ 804.

1317 (2. Juli). ***Johannes*** episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conuentui ***veteris monasterii maguntini,*** cisterciensis ordinis, salutem etc. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod dudum bone memorie ***Siffredus,*** archiepiscopus ***moguntinus,*** paupertati et quieti uestre, quam propter deum susti-

---

*) 1328 (9. Oct.) verleiht das Kloster Dalen an Arnold gen. von Spanheim, Vicar der Mainzer Domkirche „curiam suam seu domum dictam *zum spanheimere* ex opposito curie dicte *zum fraskelre* sitam in *Moguncia* pro annuo censu viii. librarum hallens., presentibus *Emerchone* sculteto, *Scherpelino* judici seculari *mogunt.* et *Jacobo* fratri *Salmanni* camerarii *mogunt.*“ (Das Siegel des Kämmerers Salmann hängt wohl erhalten an, die anderen fehlen.)

Digitized by Google

netis, paterna uolens solicitudine prouidere, de consensu capituli generalis cisterciensis vos et monasterium uestrum cisterciensi ordini incorporauit et uniuit, quidquid post incorporationem huiusmodi sub habitu ordinis memorati in possessione uel quasi exemptionis et libertatis, quibus alia monasteria dicti ordinis potiuntur, per septuaginta annos et amplius extitistis pacifice et quiete, impenso uobis ab abbate monasterii *euerbacensis* dicti ordinis, eiusdem diocesis, uisitationis et correctionis officio a tempore incorporationis huiusmodi iuxta ordinacionem archiepiscopi et capituli predictorum quotiens extitit oportunum, nos itaque, quod super hec ab eisdem archiepiscopo et capitulo prouide actum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus.

Dat. *Auinione* vi. nonas julii, pontif. nostri anno ii.

(Das Blei hängt an roth und gelb seidener Schnur an.)

Orig.

№ 805.

1317 (12. Juli). I. n. d. a. Nos *Vlricus* dominus de *Bickinbach* recognoscimus, quod cum nos *Petro* dicto *Creiz* armigero vadum *Reni* prope villam *Gernsheim* in feodum concesserimus, idemque *Petrus* se habere asseruit virtute dicti feodi de curia abbatis et conuentus monasterii in *Ottirburg* dicta *zume sande* annuam pensionem iv. maldrorum tritici, quam in antea habere debere eundem diffitemur, ipsosque abbatem et conuentum de dicta pensione absolutos ei liberos in perpetuum dicimus.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XVII, iiii. idus julii h. e. in vig. b. Margarete virg.

(Das Siegel des Ausstellers ist abgefallen.) Orig.

Digitized by Google

№ 806.

1317 (30. Aug.). Officialis prepositi ecclesie s. *Pauli wormat.* recognoscimus, quod in nostra presencia *Theodericus* dictus *Heyden* armiger et *Gertrudis* vxor sua recognouerunt, se decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* ex iusta vendicionis causa annuam pensionem xx. maldrorum dare debere annis singulis infra assumptionis et natiuitatis virginis gloriose duo festa et eandem eciam pensionem propriis laboribus et expensis ad ciuitatem *wormat.* ante granarium eorundem dominorum presentare ad presentiam ecclesie predicte spectandam et solito more omnibus ibidem presenciam recipientibus diuidendam et animo innouandi huiusmodi obligacionis confessionem prefati coniuges coram nobis pro se et suis heredibus promiserunt, se eisdem decano et capitulo predictam annuam pensionem daturos in modum prenarratum perpetue soluturos se eciam ad hoc astringentes. Et pro huiusmodi pensione sic singulis annis soluenda iidem coniuges omnia et singula sua bona in terminis ville *Dolgesheim* situata memoratis decano et capitulo pro subpignore coram nobis obligarunt. Situs autem bonorum et specificationes tales sunt. Primo in superiori campo iv. iugera cum i. quartali trahentia ultra viam *wintershem* iuxta dominos de *Hene*, item dimidium juger extra melius consulcaneus dominus *Cruhere,* item dimidium juger retro dotem consulcanee domine de *Weydas*, item duale in eadem gewanda consulcanee domine s. *Ruperti* de *Pinguia*, item i. juger in via *Melwes* consulcanei domini de s. *Albino,* item dimidium juger *an holderstvche* iuxta *Heroldum,* item ii. cum dimidio jugera in via *Oppinhem* consulcanei domini de *Henehe*, item vii. quartalia in eadem gewanda apud dominam *Bertham*, item dimidium iuger in via *Winotteshem* prope dominos de *Hene,* item ii. iugera iuxta *balzen acker* consulcanea domina *Dyderichen*, item

ii. iugera superius in eadem gewanda prope dominum de s. *Albino*, item duale iuxta *Humbrech* consulcanea *Symelin*, item i. dritdeyl *in Irregange* consulcanea *Kutzen*, item ii. dualia apud vineam *Dyderichen*, item ii. jugera cum dimidio in eadem via trahencia in inuicem iuxta *Wambeysern*, item duale vince in *mulewege* apud dominas s. *Ruperti* de *Pinguia*, item i. juger trahens in *ympendal* consulcanei domini de *Heneche*, item ii. jugera cum dimidio inter vias *mulewege* iuxta dominam *Bertham*, item i. iuger in *weynolsheimer pade* consulcaneus *Halsbrechere*, item i. dritdeyl vinee in monte apud *Jechin*, item dimidium iuger *in dem mersche* iuxta *Gotzonem*. In inferiori campo i. iuger in via *Wintershem* iuxta *Yeichin*, item ii. iugera extra melius consulcaneus dominus *Syfridus*, item i. iuger extra melius iuxta *Nycolaum Hammer*, item i. iuger *zu leydeshecke* consulcaneus dominus *Syfridus*, item i. iuger in via *Odrenhem* iuxta *Leyngrube* prope *Culmannum* de *Schorshem*, item i. iuger iuxta *Pawinhecken* supra vallem ville, item iii. iugera in via *Odirnshem* iuxta *Heroldum*, item vii. quartalia iuxta *Grutzeberge*, item i. iuger supra eundem montem iuxta *Gotzonem*, item ii. iugera cum dimidio retro *Lutzelwisin* apud dominum *Cruchere*, item i. iuger *an Lutzelwisin* iuxta *Helfricum* carratarium, item ii. iugera in via *Bertolshen* iuxta dominas s. *Ruperti*, item dimidium iuger in eadem via iuxta pueros domine *Yeichin*, item iii. iugera minus i. quartali iuxta dominos de *Hene*, item vii. quartalia supra melius consulcaneus *Cruchere*, item iv. iugera versus *Leydehecken* prope *Petrum* de *Appinheim*, item ii. iugera tendencia in eosdem, item ii. iugera cum dimidio vinearum *zu Leydehecken*, item i. iuger *in dem mersz* iuxta dominas de *Weydas*, item i. iuger in *ybedal* iuxta *Marschem*.

Act. a. d. M.CCC.XVII, crast. decoll. b. Johannis.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 807.

1317 (7. Sept.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* constare volumus, quod in nostra constituti presencia *Gotzo zu dem Birbaume* et *Margareta* vxor sua recognouerunt, se super domo sua et curia dicta *zu dem Birbaume*, quam inhabitant, annuum censum ii. librarum hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Pauli wormat.* pro xl. libris hallens. vendidisse.

Act. a. d. M.CCC.XVII, fer. iv. a. f. nativ. virg., presente *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 808.

1317 (18. Sept.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra constituta presencia *Agnes*, relicta quondam *Gotzonis* fabri *wormat.*, recognouit, se super domo sua, quam inhabitat, prope pontem dictum *Nuwebrucge* situata annuum censum iv. vnciarum hallens. *Conrado*, plebano s. *Lampèrti* parrochie *wormat.*, et eiusdem parrochie sacerdotibus pro v. libris hallens. vendidisse.

Act. a. d. M.CCC.XVII, crast. exalt. s. crucis.

(Das Siegel ist abgefallen.) Orig.

№ 809.

1317 (18. Sept.). I. n. s. et i. t. a. Ego *Heynricus*, pastor ecclesie ville *Dinheim*, quamuis viribus aliquantulum destitutus corporalibus, compos tamen mentis mee condo et ordino testamentum vltime voluntatis mee in hunc modum. Primo in remedium anime mee ac eciam in omnium progenitorum et benefactorum meorum animarum suffragium salutare dono et lego monasterio *eberbacensi* omnia bona

Digitized by Google

mea tam in blado, vino, libris, vtensilibus domus, quam in aliis rebus meis iam apparencia et post mortem meam inuenta in locis quibuslibet subnotatis condicionibus obseruandis, primo volo quod xxv. maldra siliginis pensionis perpetue, comparata olim per me apud predictum monasterium, remaneant apud idem monasterium secundum ordinacionem meam prius factam in suo vigore, quam omnino volo permanere, item ordino, quod in die b. Bonifacii episcopi, quo anniuersarium meum, progenitorum ac omnium benefactorum meorum annuatim peragetur, de bonis meis conuentui monasterii *eberbacensis* pitancia bona et pinguis procuretur annuatim largienda, item ordino, quod conuentui sepedicti monasterii de rebus meis vniuersis v. libre hallensium pro piscibus ad consolacionem et pitanciam in die obitus mei ministrantur, cum duabus et dimidia amis vini in duobus vasculis iacentis *Moguntie* apud *Jacobum* dictum *zume frosche,* item volo de rebus meis vi. libras hallensium pro belkino et ii. libras hallensium pro cera dari ad exequias meas in dicto monasterio, vbi sepulturam meam eligo, peragendas, item do de eisdem bonis meis viii. maldra siliginis et i. pulmentum pisarum cum vno latere et dimidio carnium pinguium siue porcinarum ad stipam in porta *ebirbacensis* monasterii pauperibus eroganda in die sepulture mee si poterit fieri competenter, item volo, quod ii. maldra siliginis et dimidium latus carnium porcinarum pauperibus in hospitali monasterii *ebirbacensis* ad reficiendum ibidem infirmos porrigantur, item lego paruum vas cum vino rubeo custodi monasterii *eberbacensis* dandum pro missis ibidem celebrandis siue ad sacramentum altaris, item lego *Hermanno* quondam famulo meo tunicam blauiam meliorem pellicium et tunicam varii coloris, necnon *Heinrico* scolari meo tunicam blauiam viliorem et pellicium, reliqua autem vestimenta juxta discretionem fratris *Enfridi,* prioris *ebirbacensis,* inter eosdem *Her.* et *Heinr.* equaliter percienda.

Digitized by Google

Ceterum debita mea omnia et singula, que mihi debentur requirenda et que meis creditoribus ex certa et nota causa debeo persoluenda, committo fratri ***Ernfrido,*** priori in ***Ebirbach***, quem in manufidelem meum elegi. Hii sunt debitores mei, qui mihi tenentur. Primo ***Jacobus*** dictus ***de aurea Rana***, ciuis ***moguntinus,*** in xl. libris hallens. preter iv. solidis, item ***Petrus*** dictus ***Herrad*** canonicus ecclesie s. ***Johannis*** viii. libris, item monasterium ***ebirbacense*** in xxx. maldris siliginis nomine pensionis, item ***Syfridus*** miles et . . . . dictus ***Rebestock*** de ***Dinheim*** in xxix. maldris siliginis racione decime, de quibus xxv. maldra fratri ***Heinrico,*** magistro curie monasterii predicti in ***Oppinheim,*** presentari volo, vt ea de quartali anni in quartale vicario meo in villa ***Dynheim*** predicta secundum voluntatem suam eidem amministret, item . . . . mater . . . . plebani ville ***Ebirbach*** in ix. solidis hallens., item ***Dythmarus,*** aunculus meus, residens in ***Quervort,*** quod septem miliaria ab ***Erfordia*** distat, ii. libras hallens. et xxvi. hallens. Preterea res meas siue bona, que vltra solutorum debitorum meorum et presentibus legatorum erogacionem remanserint, manufideli meo predicto fratri ***Enfrido*** committo, vt ea in pitancias generales conuentui suo porrigendas ordinet, prout melius nouerit expedire.*)

---

*) 1358 (14. Jan.) vermachen Hug von Dienheim und ſeine Gattin Eliſabeth dem Kloſter Eberbach alle ihre gegenwärtigen und zukünftigen Güter auf den Fall ihres Todes. Acta sunt hec hora post summam missam in cymiterio ecclesie s. *Katherine* in *Oppenheim*, presentibus *Johanne* plebano in *Waldertheim*, *Emerchone* de *Altzeya*, *Heylone Grimmen*, scabinis oppidi *Oppenheim*, *Jacobo* de *Werstat* scriptore et dicto *Bentzen* scabino ville *Dynheim*. (Notariatsinſtrument. Notar: *Thomas* de *Onolspach* commorans in *Oppenheim*.)

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVII, xiiii. kalendas octobris.

(Das Siegel des Decans des Liebfrauenstifts zu Mainz ist abgerissen.) Orig.

№ 810.

1317 (23. Nov.). Wir Syfryed ein Ringreffe genant von Merſteine dun kunt, daz wir zu manne han gewonen Einen edellen knecht Philipſen, der whelen er hern Johans ſon was des erbern ritters von Vdenheim, vmb ſinen wielligen bereiden dienſt vnd Lyhen eme dar vmb vnd ſinen erben von vader vnd von muder zu rechtem erbelehene ſonen vnd dochteren xxv. marg geldes, iii. heller fur den peneng, die vns Jerliches vallende ſint of ſ. Mertines tag zu Werſtad in dem dorfe of vnſeren huben, die wir dar hant, die ſal eme vnſer ſchultheis alle Jar of ſ. Mertines tag reichen, were daz abir, daz man die vorg. gulde of ſ. Mertines tag niet engebe, ſo ſolde der vorg. Philips der edele knecht igliche hube, dar von eme ſine gulde nieth en were gegeben, oder ſine erben annemen vnd of hollen glicher wis, als wir vorg. Syfryed Ringreffe odir vnſere erben beden, obe wir ſie hetten in vnſen henden, after den nehſten whenachten nach dem ſelben ſ. Mertines tage, geſchiege auch, daz wir oder vnſer erben die huben of holten, ſo verichen wir vns desſelben wiedirkauffes vmb die obgeholten huben glichir wis als vmb die gulde, die hie nachgeſchrieben ſind, geſchiege auch, daz der vorg. Philips ane erben abe gienge, ſo ſal die xxv. marg geldes fallen gentzlichen of ſine brudere von vader vnd auch von muder vnd ire erben, ſo ſune oder dochtere, vnd ſullent daz haben zu rechtem erbelene. Auch ſal man wißen, welches Jares wir vorg. Siefried odir vnſere erben quemen nach ſ. Mertins tage biz an den pingestag mit cc. marg kolſcher penynge, ſo mogen wir odir vnſere erben wiedir keuffen vmb den vorg. edellen knecht Philipſen oder vmb ſine erben

xx. marg gulde des vorg. geldes, werez abir ſache, daz der vorg. Philips an erben ſturbe vnd die gulde an ſine brudere gefielle, ſo hetten abir wir Sifried der Ringreffe odir vnſer erben den ſelben vorgeſprochen kauf gegen den vorg. brudere vnd iren erben, auch ſal man wißen, daz die anderen v. marg geldes ewig ſint vnd ane allen wieder kauf von vns odir von allen vnſen erben, were abir ſache, daz man die vorg. v. marg of ſ. Mertines tag niecht en gebe, ſo veriehen wir Sifried vnd vnſere erben, daz wir odir vnſe amptman eme pender ſollent geben in dem dorffe von welichen huben . . . iſt, daz hie ſin gelt wol dar ane haben mag.

Geb. n. G. geb. m.ccc.xvii, of ſ. Clemens dage.

(Das Siegel fehlt.) Orig.

№ 811.

1318 (18. Jan.). Nos *Heinricus* de *Rodenstein* camerarius, *Crafto* sculthetus, *Emercho*, *Nycolaus*, *Salmannus* et *Volgmarus*, judices seculares *mogunt.*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XVIII, fer. iv. prox. p. octav. Epiphanie dom. fratres *augustinensis* domus in *Moguncia* super i. marce den. col. redditibus super domo *Odilie* dicte *Brunstein*, institricis in paradiso, ciuis *mogunt.*, in orto cerusorum *Maguncie* sita, quos honesta matrona . . . relicta quondam *Gerhardi* de *Dente*, ciuis *mogunt.*, ipsis fratribus pro anime sue remedio legasse dinoscitur, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmati existunt, presentibus *Thilmanno Salmanni*, *Judelino* eius fratre, *Th.* de *curia s. Galli*, *Heilmanno zvme Salmanne* et *Heilmanno zvme Setzereden*, aduocatis, *Pe. Mul*, *Anzone Modiario*, *Beumundo* et *Winthero*, budellis, ciuibus *magunt.*

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

№ 812.

1318 (25. Jan.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* constare volumus, quod *Nycolaus Krispeling* piscator et *Lupurgis* vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt, se super domo sua sita prope portam *fizzephorte* in tercio arcu, quod dicitur *suibogen,* sub muro ciuitatis *wormat.* situata, religiose persone *Getze* beegine, filie *Elmanni*, ciuis *wormat.*, annuum censum v. solidorum hallens. vendidisse.

Act. in die conuersionis s. *Pauli* a. d. M.CCC.XVIII, testibus *Hennemanno Elmanni* ciui *wormat.* et *Reynoldo* tabellione curie nostre.

(Das Siegel ist wohl erhalten.) Orig.

№ 813.

1318 (3. Febr.). Consules et ciues *wormacienses* vniuersi ad perpetuam rei memoriam volumus peruenire, quod *Gezela*, relicta quondam *Heinzelmanni Dyrolfi,* nostra conciuis, in nostrum venit consilium et in communi sentencia duxerat requirendum, cum liberos neque pueros haberet viuentes preter *Heinzelinum*, natum quondam *Hippele* eius filie, quem nondum hereditasset nec heredem aliquorum bonorum suorum fecisset, necnon per *Heilmannum* dictum *Malchus*, auum suum, hereditatus eciam non existeret, quod quidem dictus *Heilmannus* coram nobis affirmabat, si de bonis suis immobilibus ordinare et disponere posset juxta suum libitum, contradictione dicti *Heinzelini* seu aliorum quorumcunque qualibet non obstante. Hiis actis data fuit sentencia a nobis consulibus approbata, cum dicta *Gezela* pueros neque liberos haberet viuentes nec dictum *Heinzelinum* eciam hereditasset, quod licite et de jure ordinare et disponere posset de bonis suis immobilibus, qua sentencia sic habita prefata *Gezela* libera vo-

Digitized by Google

luntate coram nobis vendidit decano et capitulo ecclesie *nuhusensis* extra muros *wormat.* hereditatem suam ac omne jus, quos habet in duabus suis molendinis et suis pertinenciis nec non vineis eis adiacentibus, sitis in loco dicto *zum Nusbome* prope *Nuhusen*, quarum proprietas ad dictam ecclesiam *nuhusens.* pertinet, pro cl. librarum hallensium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, crast. purif. Marie virg.

(Das Siegel der Ausſteller iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 814.

1318 (2. April). I. n. d. a. Pateat vniuersis, quod sub a. d. n. M.CCC.XVIII, ind. i., ii. die mense aprili, pontif. Johannis pape xxii. ao. ii., presidente *Friderico*, sculteto ville *Fvntene*, *mogunt.* dyocesis, in loco judicii solito constitutus in presencia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum *Dilmannus* presbyter, capellanus capelle s. *Godehardi* in ecclesia *mogunt.*, manufidelis quondam *Heinrici* dicti *Zulpich*, idemque *Dilmannus* prefato sculteto suplicabat, vt scabinos et juratos dicte ville requireret, vt recitarent quomodo et qualiter alias *Johannes* dictus *ad pauonem*, ciuis *mogunt.*, et *Clara* eius vxor ex vna et prefatus quondam *Heinricus Zulpich* et *Agnes* eius vxor, soror *Johannis* prefati, parte ex altera constituti fuerant coram sculteto et scabinis dicte ville *Fvntene* et in hoc consenserant, quod de bonis *Agnetis* dicte *ad pauonem*, ciuis *mogunt.*, sitis in dicta villa *Fvntene*, *Lodewico*, dicte *Agnetis* filio, fratri *Johannis* predicti, quo dicta *Agnes* aduixerit, ix. libre hallens. et vna tunica grisea in valore i. libre hallens. ministrari deberent et eidem *Lodewico* singulis annis assignari pro ipsius *Lodewici* vite necessariis, post vero decessum *Agnetis* pre-

fate extunc *Johannes* et coniuges predicti bona pretacta condiuidere deberent proporcionaliter inter se, que omnia et singula prenarrata *Emmircho* aduocatus, *Heinricus* dictus *Jungeman, Emmirtin, Heilmannus* dictus *Hulneckere, Gelfrades* et *Drutwinus,* scabini et jurati dicte ville *Fvntene,* ad requisitionem *Friderici* sculteti prefati, vera esse publice recitarunt et ea acta fuisse coram sculteto et scabinis et in figura judicii secularis sepedicte ville *Fvntene.* Ad perpetuam memoriam omnium premissorum habendam prefatus dominus *Dilmannus* in signum approbacionis signum suum, quod wlgariter *orkvnde* nuncupatur, in terram submisit, prout in dicta villa moris est.

Acta sunt hec anno, die etc. presentibus *Starkerado* plebano dicte ville *Fvntene, Johanne* dicto *Nurode* clerico, *Dulmanno* dicto *Scherpelin* ciui *mogunt.*, *Cvnrado* campanatore et *Heylmanno* dicto *Schutze.*

(Das Siegel der Mainzer Richter hängt unverſehrt an.)

(Notariatsinſtrument. Notar: *Johannes* dictus *Schelhard* clericus *mogunt.*)

№ 815.

1318 (5. April). I. n. d. a. Quoniam ea etc. hinc est, quod nos soror *Metthildis* dicta abbatissa, totusque conuentus in *Deingbach*, cysterciensis ordinis, *moguntine* diocesis, notum esse cupimus, quod nos ad minuendum nostri monasterii onera debitorum a nostris antecessoribus contractorum, necnon imminentibus et dampnabilibus periculis per varios euentus ingruentibus obuiare volentes, vendidimus abbati et conuentui *ebirbacensi* curiam nostram sitam in villa *Werstat* cum suis attinenciis, scilicet lxxxiii. cum dimidio jugera in terra arabili, vineis et pratis, cum redditibus, censibus seu aliis prouentibus quibuscunque pro vere propriis, quod wlgariter dicitur *eyginne morginne*, pro cccxcix.

Digitized by Google

libris hallensium. Promittimus eciam nomine juramenti, omni fraude, dolo, impeticione dominorum spiritualium, quorum jurisdictioni subiacemus, de medio sublatis, super eisdem prefatis bonis ipsis prestare warandiam debitam et consuetam. Facta est hec vendicio in foro judicii ville sepedicte presentibus *Jo.* plebano et pastore ville *Werstat, Jacobo* cellerario, *Ludwico* syndico et *Heinrico* confessore ipsarum monialium, monachis *eberbacensibus, Ottone* dicto *Vlmere* dispensatore et *Wolframo* conuerso dictarum dominarum, *Th.* armigero de *Beckilnheim, Bertholfo* sculteto dominorum de *Lewinstein* et sculteto *Ringrauii* cognomento *Haberere* et *H.* dicto *Wollere, Wenzone* dicto *Gvotfleyz, Cvnrado Lewinsteinre, Wernhero ofme wasen, Jacobo Mezzellere* et *Cvnmanno* dicto *Spede,* scabinis ville supradicte.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, fer. iv. a. domin. q. cant. judica in passione dom.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 816.

1318 (22. Mai). Judices s. *mogunline* sedis recognoscimus, quod *Bytzela*, relicta quondam *Friderici* de *Winterheim* militis, *Hennekynus* filius ipsius armiger, *Lysa* filia et *Agnetis* neptis eiusdem *Bytzele, Hennekynus* et *Gerhardus*, fratres cognati ipsius, in nostra pre-

*) Am 25. Mai deſſelben Jahres verzichten Emmerich Ritter und Wilhelm ſein Bruder von Löwenſtein auf alle ihre Anſprüche an das Gut zu Wörrſtadt, welches die Frauen von Deynbach den Herrn von Erbach verkauft. (Da die Ausſteller ein eigenes Siegel nicht haben, ſo hat ihr Neffe Wolfram von Löwenſtein geſiegelt. Das Siegel hängt gut erhalten an.)

sencia constituti renunciauerunt pro se et heredibus vniuersis juripatronatus, quod eis competit in altari de nouo erecto et constructo in ecclesia *Winterheim* prope *Ingelnheim*, per ipsos dotato, et transtulerunt jus patronatus in abbatem monasterii s. *Maximini, treuerensis* dyocesis, omni modo, iure, forma et causa, quibus melius fieri potest, ita, quod prefatus abbas et sui successores dictum altare conferre debeant, quocienscunque ipsum vacare contigerit, persone habili atque digni.

Act. a. d. M.CCC.XVIII, xi. kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 817.

1318 (7. Juli). *Johannes* episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie s. *Stephani maguntine* salutem etc. Eapropter uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus uobis et ecclesie uestre concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus uobis indultas uobis et eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et communimus.

Dat. *Auinione*, nonas julii, pontif. nostri ao. iii.

(Das Blei hängt an roth und gelb ſeidener Schnur an.)

Orig.

№ 818.

1318 (14. Aug.). Judices curie *wormaciensis*. Ad vniuersorum noticiam deducimus, quod in nostra constituti presencia prior et conuentus ordinis *predicatorum* domus in *Wormacia* redditus annuos vnius cum dimidio maldrorum siliginis, ipsis per *Heinricum* dictum *Esel* armigerum

Digitized by Google

pro remedio animarum quondam parentum ipsius legatos et donatos, redimendos pro vi. libris hallensium super quibusdam bonis immobilibus sitis in villa et in terminis ville *Bůsensheim*, que quondam fuerunt *Lugardis* ibidem, spectantibus ad altare seu beneficium altaris *s. Quirini* et Agnetis in parochia s. *Lamperti Wormacie* constitutum, *Arnoldo*, capellano eiusdem altaris, seu ipso altari ad redimendum pro vi. libris hallensium simpliciter tradiderunt, quam quidem pecuniam iidem prior et conuentus se a dicto *Arnoldo* plènarie recepisse et in vsus suos ac domus eorum predicte necessarios conuertisse coram nobis publice sunt confessi.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, in vig. assumpt. s. Marie.

(Die Siegel der Ausſteller und des Predigerkloſters ſind beinahe ganz abgefallen.) Orig.

№ 819.

1318 (13. Sept.). Consules et ciues *wormat.* vniuersi profitemur, quod *Katherina*, relicta quondam *Jacobi* dicti *zum Hirze*, nostra conciuis, in nostrum venit consilium et duxerat requirendum, cum maritus eius predictus dum vixit debita cum ea contraxerit et cum ei in parata pecunia tantum non reliquerit, quod debita posset soluere supradicta, si de bonis suis immobilibus posset vendere ad soluendum debita supradicta, hiis actis data fuit sentencia, a nobis consulibus approbata, quod de bonis immobilibus, cum bona mobilia non haberet, posset licite in tantum vendere ad soluendum illa debita, que per testes posset probare ydoneos esse contracta viuente *Jacobo*, marito eius supradicto, contradictione puerorum seu heredum suorum qualibet non obstante, qua sentencia sic habita, prefata *Katherina* coram nobis per testes ydoneos legitime probauit, quod dictus *Ja-*

Digitized

cobus, eius maritus, ipsam vna cum pena, in qua nobis pro quodam delicto est obligata, in lxx. libris hallens. reliquerit debitricem. Hiis omnibus itaque peractis prelibata *Katherina* decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* super domibus suis dictis *zum Hirze* et *Wunninberg*, sitis in ciuitate nostra ex opposito curie dicte *ad templum*, census annuos iii. librarum hallens. coram nobis vendidit pro precio lvii. librarum hallensium.*)

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, fer. iv. prox. p. nativ. Marie virg. sub magisterio *Emerchonis Amptmanni.*

(Das Siegel der Ausſteller hängt wenig beſchädigt an.)

Orig.

№ 820.

1318 (1. Oct.). *Johannes* episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii s. *Jacobi* extra muros *maguntinos* salutem. Deuocionis uestre precibus benignum impercientes assensum auctoritate nobis presentium indulgemus, ut possessiones et bona alia mobilia et

---

*) 1322 verkaufen „*Katherina*, relicta quondam *Jacobi* dicti *zu dem hyrtze*, et *Jacobus*, eius natus, suo et curatorio *Bernhelmi* eius fratris nomine, eidem eciam *Bernhelmo* in tutorem per nos assignatus, necnon *Agnes*, nata eciam *Katherine* prefate, ciues *wormat.*, annuos census x. solidorum hallens. super domo dicta *zu wunnenberg*, in ciuitate *wormat.* sita, contigua domui dicti *Drumpeler*, fabri *wormat.*, ex vno latere, ex alio vero domui *Gudule*, parue mulieris *wormat.*, pro viii. librarum hallens., item annuum censum v. cum dimidio solidorum hallens. super domo dicta *zu dem Hyrcze*, quam nunc inhabitant, vendentes prenotati, contigua domui magistri *Heylmanni*, barbitonsoris *wormat.*, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro v. libris hallensium.“ (Das Siegel des Wormſer Offizials hängt gut erhalten an.)

Digitized by Google

immobilia, que liberas personas uestrorum fratrum ad monasterium uestrum conuolantium et professionem facientium in eodem iure successionis uel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent et que ipsi potuissent, uobis libere erogare, petere, recipere ac eciam retinere ualeatis sine iuris preiudicio aliem.

Dat. *Auinione* kal. octobris, pontif. nostri ao. iii.

(Die Bulle fehlt.) Orig.

№ 821.

1318 (11. Dec.). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Alheidis*, relicta quondam *Helwici* de *Peldersheim, Baldemarus, Wolframus, Helwicus* et *Johannes* ac *Engela* et *Hedewigis*, liberi dicte *Alheidis*, vendiderunt annuos redditus i. maldri siliginis, wormat. mensure, super i. et dimidio jugeribus agrorum sitis in *Vohenloch* et dimidio jugere *in den luszhen, Margarete* dicte *Cleinhenzen*, mulieri *wormat.*, pro v. libris hallensium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XVIII, fer. ii. p. d. b. Nicolai conf.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

№ 822.

1319 (13. Jan.). Hoc tenore sentiant vniuersi, quod *Wilhelmus* comes de *Kazinellenbogen* coram *Nycolao*, seculari judice *moguntino*, constitutus per caucionem judiciariam, que *Borgen* wlgariter dicitur, se astrinxit, quod fratribus *eberbacensibus* m. marcas den. colon. persoluat infra quindenam, pro quibus m. marcis prenominatus comes curiam suam dictam *Tempelhof* in *Selhouia Moguncie* sitam prefatis fratribus tytulo pignoris obligauit.

Digitize

Actum presentibus *Thulmanno* dicto *Scherpelen* et *Heinrico* de *Justene*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XIX, sabb. prox. p. Epiphaniam dom.

(Die Siegel der Mainzer Richter hängen unbeschädigt an.)

(Vid. der Mainzer Richter.)

№ 823.

1319 (23. Jan.). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod in nostra presencia constitutus *Anzo*, sacerdos de *Sawelnheim*, omnia sua bona immobilia ad ipsum titulo patrimoniali spectancia, que habet in terminis dicte ville *Sawelnheim* et castri *Stadecken*, donacione inter viuos pro remedio anime sue et suorum progenitorum contulit abbati et conuentui monasterii *eberbacensis*, condicionibus talibus videlicet, quod dictus *Anzo* dicta bona quoad vixerit titulo conductionis ab eisdem religiosis sub pensione i. libre cere possidebit. Ipso eciam *Anzone* de hoc seculo sublato, *Henricus*, filius sororis sue, *Anzo* et *Thomas*, scolares, filii eiusdem, dicta bona pro indiuiso similiter titulo locacionis a dictis dominis pro pensione vi. maldrorum siliginis, ipsis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa porrigendis, nomine dicti monasterii possidebunt.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIX, xi. kalendas februarii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 824.

1319 (4. Febr.). Nos frater *Wilhelmus* abbas, totusque conuentus monasterii in *Ebirbach* recognoscimus, quod *Elizabeth*, puella de *Kederiche*, consoror et familiaris nostra dilecta, nobis xlvi. jugera agrorum in villa *Selsen*

Digitized by Google

sita, necnon curiam ibidem pro cclxxxv. libris hallensium comparauit, de quibus bonis xli. maldra siliginis, ii. saccos auene et dimidium maldrum pisorum infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis, necnon i. porcum viii. solidis denariorum colon. valentem, xii. talenta butiri, xii. talenta olei et i. mutonem valentem viii. solidos hallensium in festo b. Martini episcopi eidem *Elizabeth* quamdiu vixerit in curiam suam in villa *Kederiche* sitam presentabimus nostris laboribus, periculis et expensis, post obitum vero suum predicta bona cum eorum vsufructu monasterio nostro predicto remanebunt et cedent in subsidium et subleuamen triticei panis per aduentum domini, necnon seruicii in prima dominica aduentus eiusdem conuentui nostro ministrandi, per dictam *Elizabeth* instituti per redditus sufficientes in sue, omnium progenitorum et benefactorum suorum animarum remedium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIX, in domin. q. cant. circumdederunt.

(Das Siegel der Aussteller ist abgefallen.) Orig.

№ 825.

1319 (1. Mai). Wir Rugreue Henrich der elder vnd Katherine vnßer eliche husvrawe veriehen vns, daz wir hern Otten Vlnere han versetzet al vnser gut, daz wir han zu Diffenbal in dorfe vnd velde, bit luden vnd gerechte vor l. mark colischer peninge vnd bit namen zu merſten Hermannis velt den zehenden vnd den medemen, einen walt, der da heizit ſumerſhalde, alle die morgene hinder dem dorf, eine wiſen, die da heizit zu dem pulen, eine wiſen bi bornwiſen, eine wiſen, die da heizit kannelwiſe, einen morgen ackirs, der da heizit kannelſtucke, eine wiſen, die heizit begrabete wiſe, eine auwe bit holcze vnd bit allem deme, daz daruffe ſtet hir diſit vnd andirſit der bach biz uf di ſteine, die da ſtent nidene

an elchers grunt vnd einen wingarten uber deme roriche, alſo beſcheidelichen, ſwan wir odir vnſer Erben kumen vor ſ. Johannis dage zu mitteme ſumere vnd brengen l. mark, die ſal der vorg. Otte widir nemen vnd ſal vns vnd vnſern Erben vnſe vorg. gut widir lazen ledig vnd los.*)

G. u. G. geb. m.ccc.xix, an ſ. Walpurge dage.

(Das Siegel des Raugrafen iſt beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 826.

1319 (23. April). Nouerint vniuersi, quod ego *Petrus* armiger, filius quondam *Cunradi* militis de *superiori Sauwelnheim*, pro salute anime mee et predicti *Cunradi* patris mei et *Agnetis* matris mee, *Wenzonis*, *Emichonis*, fratrum meorum, *Elizabet*, *Seuilie* et *Getze*, sororum mearum, et omnium parentum meorum animarum volens edificare sub meis expensis et dotare in monasterio sanctimonialium in *Dalen* extra muros *moguntinos* vnum altare ad consecrandum in honorem s. Petri apostoli et Blasii et Viti ac Modesti, martirum, subscripta propria bona mea sita in terminis dicte ville *Sauwelnheim*, videlicet in inferiori campo eiusdem ville in loco dicto *krumgewande* vii. iugera et i. duale terre arabilis, item vii. iugera in loco dicto *steinesstucke*, item iv. iugera in loco dicto *wilrewege*, item vi. iugera super montem apud nouem iugera, item ii. iugera tendencia ad locum dictum *Sulzen kinde anewender*, item

*) 1330 (15. Juni) bekennt Philipp von Spanheim, daß er das obgen. Gut von dem vorg. Otto Ulner um 50 Mark Heller wieder eingelöſt habe und gelobt „ſwan vnſe ſuſter vrauwe Katherine Rugreuinne odir Ruprecht ir ſun vnſir ſwagir vns die vorg. l. marg widir gebent, ſo ſollen wir yn daz vorg. gut widir geben, vnſirs rechten, daz wir an deme gude han, vnvirluſtig.“ (Das Siegel des Ausſtellers hängt beſchädigt an.)

Digitized by Google

in superiori campo predicte ville in loco dicto *an der hecken* iii. iugera et i. duale iuxta iv. et dimidium iuger, item iii. iugera cum dimidio *an der hecken*, item iv. iugera *vf Gyrsbuhele*, item iii. iugera *vf der hoher gewanden*, item ii. iugera *in der woluisgruben*, item *zu kippendal* iv. iugera agrorum et iv. jurnales vinearum do et assigno ad dotem predicti altaris, sic videlicet, quod abbatissa et conuentus cenobii sanctimonialium in *Dalen* post collacionem meam primam, quam *Hermanno* sacerdoti de *Colonia* dicto de *Moguncia* contuli, conferant perpetuis temporibus vni legali sacerdoti seculari altare pretactum, quos abbatissam et conuentum ad predictam collacionem ipsius altaris deputo in hiis scriptis, me quoque viuente, cuique sacerdoti officianti ipsum altare assignabo infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis de dictis bonis perpetuos reditus xxviii. maldrorum siliginis in *Moguncia* ante quamcunque domum, que mihi nominata fuerit, item dabo dicto sacerdoti autumpnali tempore i. carratam vini de crescencia dictarum vinearum in vasa, que idem sacerdos dicto tempore ponet in torcular meum ac presentabo eandem carratam vini in ciuitatem *moguntinam*, item eciam dabo annualim infra dicta duo festa pretactis dominabus perpetuos redditus ii. maldrorum siliginis pro salute anime mee et omnium meorum parentum in ipsorum conuentum pro vna pittancia sexta feria quatuor temporum in quadragesima ministranda, item do vi. libras cere in monasterium *Dalen* predictum pro candelis in predicto altari sub officio misse ibidem ardendis.

Acta sunt hec presentibus sculteto *Heilmanno* dicto *Beinnig* ac aliis hubenariis ibidem, videlicet *Hermanno* dicto de *Lorichen* militi et *Hermanno* dicto *Keppechen* armigero et dicto *Zoller* armigero et dicto *Knoden* armigero et *Hezelone* et fratre suo dicto *Prvmen* et *Heinzelino* dicto *Benzen* et *Wernhero* dicto *Mule* armigero,

Petro de *Sawelnheim* milite, domino *Wernhero* dicto *Stoezel* de *Sawelnheim*, domino *Andrea*, *Burkardo* armigero ac *Dilmanno* dicto *Wolfin* armigero et a. q. pl. In quorum omnium testimonium ad preces meas obtinui a *Petro* ac *Arnoldo* de *Lorichen*, militibus de *Sawelnheim*, sub ipsorum sigillo hanc litteram sigillari. Dat. et act. a. d. M.CCC.XIX, ix. kalendas maii.

(Die Siegel ſind abgeſchnitten.) Orig.

M. 827.

1319 (17. Juli). Judices curie *wormat.* profitemur, quod *Methildis* dicta *Colben*, relicta quondam *Conzelini* dicti *Smersnider*, necnon *Henlinus*, curator *Hylleboldi* et *Geze*, minorum liberorum dicte *Methyldis*, procreatorum a quondam *Cunzelino* memorato, curatorio nomine eorundem minorum recognouerunt, se de duobus macellis inter macella inferiora ciuitatis *wormat.* situatis et ad ipsam *Methyldim* ac liberos suos predictos pertinentibus, vno videlicet versus monetam contiguum macello *Nycolai Melwer* et macello *Cuncelini Rucheri*, item alio macello ex opposito versus *Renum* contiguum macello *Nycolai Kelbertod* ex vno latere, ex alia vero parte contiguum macello *Heylonis* dicti *Racke*, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* soluere debere nomine census in die s. Remigii v. solidos hallensium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIX, fer. iii. p. d. b. Margarete virg., presentibus *Heylone* dicto *Kolbe* sacerdote et *Reynoldo* notario curie nostre.

(Das Siegel hängt an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 828.

1319 (13. Aug.). Nos ***Fridericus*** decanus, totumque capitulum ecclesie s. ***Marie ad gradus maguntine*** notum facimus, quod cum ***Guda***, soror ***Walkuni*** vicarii in ecclesia ***magunt.***, prosequens ecclesiam nostram affectu et fauore speciali apud villam ***superioris Olmene*** annuos redditus ii. maldrorum siliginis de bonis quondam ***Volzonis*** et ***Agnetis,*** coniugum, ciuium ***magunt.,*** iusto empcionis titulo comparauerit, annis singulis infra assumpcionem et natiuitatem b. Marie virginis dicte nostre ecclesie soluendos, vnde ne circa liberalitatem huiusmodi simus ingrati, volumus, quod eadem ***Guda*** quamdiu vixerit predictos redditus recipiat pro sue libitu voluntatis, ipsa vero de medio sublata, anniuersarium ipsius cum eisdem ii. maldris siliginis inter fratres et socios chori presentes pro presenciis distribuendis iuxta consuetudinem ecclesie nostre cum vigiliis et defunctorum missis perpetuo peragemus.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XIX, idus augusti.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe ganz abgefallen.)

Orig.

№ 829.

1319 (20. Aug.). Nouerint vniuersi, quod ego ***Johannes***, canonicus ecclesie s. ***Pauli wormat.***, natus quondam ***Emerchonis*** camerarii militis ***wormat.,*** omnes dispositiones et ordinaciones testamentarias, quascunque vltime mee voluntatis factas temporibus meis quibuscunque vsque ad diem date litere presentis, videlicet diem b. Bernhardi confessoris sub a. d. M.CCC.XIX, hora none presentibus reuoco, irrito et casso, vicaria prebendali ac sacerdotali per me in ecclesia s. ***Pauli*** predicta de consensu decani et capituli ecclesie s. ***Pauli*** instituta duntaxat excepta, quam volo ex nunc irre-

Digitiz

uocabiliter perpetue esse firmam et eam ex nunc ordino et instituo, prout in litera desuper alias sygillo capituli dicte ecclesie sigillata continetur, exceptis v. maldris tritici annuorum reddituum de redditibus dicte vicarie reemptis, in quorum v. maldrorum tritici recompensam redditus perpetuos v. maldrorum siliginis, wormat. mensure, quos de quibusdam bonis in villa *Nyderflersheim* situatis michi dandos comparaui, subrogo et assigno. Preterea ex nunc eciam lego annuos redditus vi. maldrorum siliginis decano et capitulo ecclesie s. *Pauli* predicte de bonis meis in villa *Nyderflersheim* sitis perpetue assignandis, que ad me ex paterna successione existunt deuoluta. Item lego ipsi ecclesie annum gracie mee et ipsius anni gracie redditus et obuenciones vniuersas in augmentum prebendarum canonicalium ipsius ecclesie pro redditibus perpetuis conuertendas. Item lego fratribus *predicatoribus* domus *wormat.* iv. libras hallensium. Item lego fratri *Johanni* de *Sarbrucken*, ordinis predicatorum domus *wormat.*, iv. maldra siliginis. Et huiusmodi mei eciam testamenti *Theodericum* scolasticum maioris et *Gerhardum* decanum s. *Pauli*, ecclesiarum *wormat.*, executores et manufideles ordino et constituo in hiis scriptis.

Acta sunt hec sub a. d. M.CCC.XIX, ii. fer. p. fest. assumpt. virg. prox. Testibus *Theoderico* scolastico et *Gerhardo* decano ecclesie s. *Pauli* predictis, fratre *Johanni* de *Saraponte*, *Johanne* scolari ipsius *Johannis* et *Reynoldo* notario curie prepositure ecclesie *wormat.*

(Das Siegel des Offizials der Probstei der Wormser Kirche ist abgefallen.) Orig.

№ 830.

1319 (28. Aug.). Wir Johans von Frieſinheim Ritter, Heylman Haltmont, Heylman Malthus vnd

Hanneman zum Raide, Raitlude eymundelich gewelt von den parthyen, die hernach geſchrieben ſtent, kuntlichen ſy allermenliche, daz in der zweiunge, die da geweſt iſt zuſchen dem Dechan vnd dem Cappittel des ſtiftes zu ſ. Pauwel zu Wormißen off eyn ſite vnd den brudern des dutſchen huſes zu Ybernſheim of die ander ſite vmb machonge vnd ſetzonge der hubener, des ſprechen wir alſo, daz die ſelben dutſchen Bruder den vorg. herren zu ſ. Pauel ſollint ſetzen ſehs hubener zu Ybernſheim, entwedder geiſtlichen oder werntlichen, welche ſie wollent, die ſollint auch dem vorg. ſtifte zu ſ. Pauel mit geſwornen eyde recht ſprechen vnd yrem ſcholtheißen, ſo ſye des gefraget vnd gemanet werdint, vnd die ſelben hubener ſollent verbunden ſin mit denſelben penen vnd beſſerunge, als die andern hubener abe ſie verbrechen, vnd vor die pene vnd beßerunge, die ſie alſo ſolten dun, ſal der Commedure des ſelben huſes zu Ybernsheim vnd daz ſelbe hus den vorg. herren zu ſ. Pauel ſchuldig ſin. Auch get der ſelben hubener einre abe von dodis wegen oder ſohs wurde abe geſetzet, ſo ſollent ſie einen andern ſetzen in eine mande, ſo ſie des gemanet werdint, beden ſie des nit, wanne dan der mand enweg kummet, ſo ſint ſie den vorg. herren zu ſ. Pauel c. marg ſilbers zu pene verfallen, nach den alten briefen, die zuſchen yn dar vber ſint gemacht.*)

Geb. des jaris, do man ſchreip m.ccc.xir, an dem dinſt. n. ſ. Bartholomeus dage des zwelf bodden aller nehſte.

(Vid. des Offizials des Probſtes zu St. Paul zu Worms von 1363.)

---

*) 1374 (7. Jan.) bekennen „Rucger von Brymerſheim Comtur, Everhart von Byrmynne huyſcommetur, Heynrich von Heymberch zynſmeiſter vnd die gemeyne bruder des dutzſchen hußes zo Kouelentze vmb alſulche zweyunge als tuſchen dem Dechan vnd Capittel des ſtiftes zu ſ. Pauwel zu Wormßen vnd vns langezyt geweſt iſt als von jrs hubgerichtes wegen, daz man ſchuldich ys zu halden

№ 831.

1319 (30. Sept.). Nos s. *Albani* et *Jacobi*, monasteriorum abbates et conuentus, necnon prelati et capitula s. *Petri*, *Stephani*, *Victoris*, b. *Marie in campis* ac s. *Marie ad gradus*, s. *Mauricii*, *Johannis* et *Gyngolfi*, ecclesiarum conuentualium intra et extra muros *moguntinos*, cum tam ex verbis viue vocis prolatis oraculo,

---

vff yrme Capittelhuſe zu Wormßen, das ſie meyneten, daz eyn yglich Comtur vnd pleger vnſers houes da ſelbis zu Ybernſheym ſolde von Rechts wegen vnd von gewonheit des ſelben hubgerichtis verbunden ſyn, yn zu ſweren Recht zu ſprechen irme ſtyfte zu vngeboden dingen als die anderen hubener des ſelben hubgerichtis, daz wir dar vmbe ſyn mit denſelben herren gutlichin geſunyt, mit namen, das vmmer eweclich eyn yglich Comtur vnd pleger des obg. vnßs hoefs zu Ybernſheim zu dem nehſten vngeboden dynge, ſo er von eirſten vff den hoff geſetzit wirt, ſal nur den hubenern eyme yglichin Dechan des obg. ſtyftis gelouben, das er mit eyme hubener zu gerichte kome vnd den egen. herren vnd yrme ſtifte Recht ſprechin wolle vnd ſolle zu allen zyden, als dye hubener daz ſchuldich ſynt zen done. Were is ouch, das derſelbe Comtur vnd pleger zu den vngeboden dyngen geyn Wormßen mit ſyns ſelbis byne nyt komen in mochte, ſo ſal er eynen vnder den anderen hubener an ſyne ſtat daran ſetzen vnd ſchicken, alſo dat ire zwene ſyn, die den vorg. ſtyſte Recht ſprechin. Ouch iſt gereit, dat dyſe Rachtunge nyt ſchaden ſal den brieuen, die der vurg. ſtyſt vnd wir ghen eynander han, want diſe ſelbe Rachtunge nyt m: vnderſcheidit noch vnderſcheiden ſal, dan zu eynre erclerungen den einen artikel, der do geſchreuen ſtet in dem brieue, der do an vehet: Nos *Wynricus* de *Baswilre* etc. vnd der ſelbe artikel" vehet alſus mit worten an: Preterea magister domus in *Ybernsheim* etc. Zeugen: Wolff von Byckenbach, bruder Conrait von Franckenvort Comtur des dutzſchen huſes zu Mentze, Conrat der alde burchgraue zu Starckenberg, Johan vom Holtzmart, Raitherre, vnd Heynrich Crone burger zu Wormßen. (Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Digitized by Google

quam ex tenore cuiusdam mandati contra certas personas nuper emissi, necnon ex aliis verisimilibus coniecturis patenter presumamus, quod dominus noster *Petrus*, s. *moguntine* sedis archiepiscopus, a nobis et nostris prenotatis, necnon a ceteris omnibus ciuitatis et dyocesis *moguntine* tam conuentualibus, quam parrochialibus ecclesiis, monasteriis et personis, ac a toto clero graue subsidium petere vel pocius extorquere proponat, empcionem cuiusdam castri *Schouwenburg* nomine in velamen huiusmodi peticionis allegans, cuius tamen precium absque eiusdem archiepiscopi grauamine et bonorum suorum dispendio dudum integraliter est solutum, inuasiones, oppressiones, dirupciones et incomoda, quibus persone et ecclesie a nullo defense notorie subiacent, non aduertens, ne nobis et nostris ecclesiis multipliciter iam afflictis ulterior addatur afflictio, huiusmodi grauamini et consimilibus fore decreuimus competentibus remediis obuiandum, sane quia propter personarum nostrarum multitudinem et occupationum diuersarum frequenciam tociens prout res exigeret faciliter conuenire nequimus, et quia, ut dicit, lex naturale vicium est in re communi negligenciam adhibere, vt in paucioribus aptior certitudo existat, certas ex nobis et pro nobis personas eligimus, videlicet abbates predictos, necnon *Cunradum* cantorem et *Johannem* de *Blasouen* canonicum s. *Petri*, *Antonium* seniorem, *Philippum* de *Calsmunt*, *Ingbrandum* et *Ebirhardum* dictum *Strumpel*, canonicos s. *Stephani*, ... decanum, ... scolasticum et *Gerlacum* de *Bopardia*, canonicum s. *Victoris*, ... scolasticum et *Johannem* dictum de *Lateran* canonicum s. *Marie in campis*, . . . decanum et magistrum *Jacobum* de *Landecken* canonicum s. *Marie ad gradus*, . . . decanum et *Sygelonem* canonicum s. *Mauricii*, *Heinricum* de *Oppinheim* s. *Johannis* et *Emerchonem* de *Budinheim* s. *Gyngolfi*, canonicos monasteriorum et ecclesiarum predictarum, ac ip-

Digitized by Google

sos pro nobis deputamus, dantes eis potestatem et mandatum tractandi inter se et cum jurisperitis, ac defensiones licitas querendi, quibus contra premissam extorsionem et quelibet alia grauamina indebita nobis nostrisque ecclesiis et monasteriis a quocunque illata possimus defensari, necnon petendi a nobis pecuniam per modum subuencionis pro expensis vtilibus et necessariis in huiusmodi negociis faciendis, eamdemque dispensandi et erogandi, prout statui et communi vtilitati ecclesiarum et personarum viderint expedire.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, pridie kalendas octobris.

(Die Siegel der Aussteller hängen unversehrt an.)

Orig.

№ 833.

1319 (15. Okt.). Wir Godefrit geheizen ein herre zu Eppenstein dun kunt, daz wir vnd der Dechan vnd der Capitel des stiftis von s. Petir zu Menze vm alle die zweiunge, die zuchssen vns vnd in ist vnd bizher gewesit ist, von welcher hande sache daz si, zu sunene vnd hin zu legene, haben Ratlude gekoren wir den frumen man hern Burkart Binthamir einen Ritter vnd sie die vorg. herren von s. Petir hern Ingebranden, deme man sprichet Munzhorn, einen prundener zu s. Stephan zu Menze, vnd geben den selben zwein Ratluden macht vns zu rechtene mit minnen vmbe dyse stucke, daz erste ist vmbe den freuel, des wir si zihen, daz etsliche der vorg. herren von s. Petir bit iren frunden von ires gotshuses wegen in vnser lant vnd gerichte gewappent sint geridden, daz ander, daz ein vnser man wunt vnd lam geslagen ist, daz dritte vmbe zwei pert, die wir do virloren, daz virde vmbe des babistis ban, darin wir sin gevallen, wan wir zwene ir paffen vingen, daz sie vns dan vz arbeiden obe sie mugen oder daz sie vns dun mugeliche kost, daz wir selbe zu houe va-

Digitized by Google

ren, daz funfte vnd daz leſte iſt, daz ſie vnſirme ſebern Gobefride eine prunde geben in irme ſtifte, ob man keinen weg bit gode, bit rechte oder bit beſcheidenheide dar zu vinden mag, ſwas vns die vorg. zwene Ratlude vmbe die ſelben ſtucke beſagent einmudeliche, des ſollen wir volgen ane widerſprache, wer daz ſache, daz die ſelben Ratlude zweieten an den ſelben ſtucken, ſo han wir vnd die vorg. herren von ſ. Petir gemeinliche einen obirman gekorn, daz iſt her Cunrat, dem man ſprichet Schelme ein Rittere, was vns der beſaget von rechtis wegen, daz ſullen wir halden. Vmbe alle ander ſtucke, die zuchſſen vns vnd den vorg. geyſtlichen herren werrende waren, der ſin wir bit in, ſie bit vns vzwendic diſ radis aller dinge verrechtet vnd beſcheiden. Vnd des zu einer veſtenunge ſetzen wir den vorg. herren des Capitels von ſ. Petir ſechs burgen, daz ſint rechtir Emerche vnd rechter Saleman, Niclas zum Dammelutzen, Dyderich zu Keiſirſberg, Johan zu Roſindal vnd Heinrich von Duſburg, borgere zu Meintze, in dieſe wis, ob wir dieſe vorg. rede vnd was vns die Ratlude oder der obir man beſagent nit ſtede hilden, ſo ſint die burgen den vorg. herren des Capitils von ſ. Petir vor ccccc. marg pennege, der man iii. hallere vor einen pennec zelt, behaft, vnd wan die ſelben herren die burgen manent, ſo ſuln ſie in eine erſame herberge in Meinze, die ſie in benennent, varen vnd do inne leiſten nit dar vz zu kumene, bit daz den herren von ſ. Petir die ccccc. marg pennege vnd alle die koſt vnd der ſchade, die darvf gent, virgoldin werdint.

Geb. n. Chr. geb. m.ccc.xix, an deme mandage vor ſ. Gallen dage.

(Das Siegel des Ausſtellers hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 834.

1320. ***Bertholdus*** decanus, ***Jacobus*** scolasticus, ***Conradus*** cantor, totumque capitulum ecclesie s. ***Petri***

Digitized by Google

magunt., veri patroni parrochialis ecclesie s. *Marie Vdenmunstere magunt.*, recognoscimus, quod constituti coram nobis *Petrus* plebanus, *Heylemannus* dictus de *Orla* et *Heylemannus* dictus vir *Luczenson*, parrochiales et magistri operis parrochie *Vdenmunstere* predicte ex vna et *Heylemannus* dictus *Cappuz* sacerdos, perpetuus vicarius in ecclesia nostra s. *Petri* predicta ex parte altera, iidem plebanus et magistri operis recognouerunt, se vendidisse *Heylemanno* vicario supradicto redditus viii. solidorum hallens., quos singulis annis idem vicarius dicte parrochie in festo b. Martini tempore hyemalis de domo sua, quam de nouo edificauerat et quam ad presens inhabitat, que domus wlgariter *zum Craule* nuncupatur, soluere tenebatur pro viii. libris hallens., predicti namque plebanus et magistri operis parrochie supradicte perpetuam missam, omni die in eadem parrochia nostra de mane celebrandam, quam iniciare ceperunt, perducere disiderant debitum ad effectum, duas domunculas contigue iuxta domum dictam *zum Veitzthin* prope portam molendinorum sitas in sustentacionem sacerdotis predictam missam celebrantis apud *Dynam* dictam *Gerthenerssen*, relictam quondam *Ludewici* dicti *zum knaben*, emerunt et comparauerunt.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XX.

(Die Siegel des Peterſtifts, ſowie der Pfarrei Udenmünſter fehlen.)

Orig.

№ 835.

1320 (12. Jan.). I. n. d. a. Per hoc presens publicum instrumentum pateat vniuersis, quod constitutus frater *Conradus*, sindicus abbatisse et conuentus monasterii sanctimonialium in *Dalin* extra muros *maguntinos*, coram scultheto et scabinis in *Funtena* et in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia, idem frater *Cunradus* re-

Digitized by Google

quisiuit nomine predicti monasterii a scultheto et scabinis de *Fontena* predictis quomodo, qualiter et in quem modum discretus vir *Henricus* dictus *zume Rebestocke*, ciuis *moguntinus*, dictum monasterium in *Dalen* heredem fecisset omnium bonorum suorum, qui scultetus et scabini ipsi fratri *Conrado* responderunt, quadam die predictus *Henricus* vna cum *Tulmanno* dicto *Seherpeln*, ciue *moguntino*, venit ad judicium in *Fontena*, vbi scultetus et omnes scabini dicte ville fuerant congregati, petiuit a sculteto, vt inquireret a scabinis ibidem, quod per sacramentum eorum dicerent, si ipsis constaret, si omnia bona sua, que ibidem haberet, tali modo ad eum peruenissent, quod cum dictis bonis suis disponere posset pro libito sue voluntatis, qui scultetus vna cum scabinis sentenciando pronunciauerunt, quod sic ad eum predicta sua bona peruenissent, quod bene posset ordinare et eciam alienare dicta sua bona ad libitum sue voluntatis, huiusmodi responsione facta sibi, sepedictus *Henricus* cum calamo, quem in manu sua tenuit, predictum monasterium in *Dalen* secundum consuetudinem patrie loco vnius pueri sui heredem constituit omnium bonorum suorum, que tunc habuit in presenti et eciam acquirere posset in futurum, ita, quod dictum monasterium loco vnius pueri debet accipere tamquam heres equalem porcionem hereditatis omnium bonorum suorum, que ipse *Henricus* reliquerit post mortem suam, si vero dicti pueri ipsius *Henrici* volunt retinere dictam hereditatem apud se indiuisam, tunc ipsi pueri infra spacium vnius anni dare debent ccc. libras hallensium abbatisse et conuentui nomine dicti monasterii pro parte hereditatis predicte sibi contingente. Hiis dictis recitatis et finitis, sepedictus frater *Conradus* dedit prefatis sculteto et scabinis dimidium quartale vini pro vinicopio, quod omnia predicta haberent in memoria.

Digitized by Google

Acta sunt hec a. d. M.CCC.XX, indict. iii., die xii. mensis januarii, hora prima, in loco, vbi sculletus et scabini in *Fontena* judicio solent presidere in *Fontena*, pontif. Johannis pape xxii. ao. iv., presentibus *Starcrado* plebano, *Friderico* antiquo sculteto, *Gelfrado* et *Heylmanno* dicto *Hulenheckere*, scabinis, *Thilmanno* filio et *Hermanno* nepote sculteti predicti, *Heynone* dicto *Ackerman*, *Eberhardo* genero *Gelfradi* predicti, *Hertwino* filio *Gotzonis Gerlaci* et *Johanne* dicto *Rovbere*, hubariis de *Fontena*, *Rudolfo* dicto *Klutterer*, *Petro* colono monasterii in *Dalen* predicti et *Volzone* olim pastore pecudum ibidem ac *Wenzone* fabro, pro testibus.

(Das Ende der Urkunde ist abgeschnitten.) Orig.

№ 836.

1320 (15. Jan.). Nos *Petrus*, dei gracia s. *magun-tine* sedis archiepiscopus, ad vniuersorum noticiam cupientes peruenire, quod cum omnia bona per quondam *Johannem*, vicarium hospitalis in *Oppenheim*, ab intestato decedentem relicta de jure et approbata consuetudine ad nostram ordinacionem essent deuoluta, nos pro remedio anime dicti *Johannis* vineas, quas ipse in terminis ville *Badenheim* habuit, necnon omnia debita, in quibus debitores sui ipsi *Johanni* soluere tenebantur, ad perpetuam vicariam ecclesie s. *Marie in campis magunt.* per nos institutam deputamus modo et forma, quibus melius possumus et debemus donacione in perpetuum valitura. Volumus tamen, quod si dictus *Johannes* aliquibus hominibus in debitis aliquibus obligatus fuit, quod prius eadem debita sua ante omnia de prescriptis debitis persoluantur.

Dat. *Moguntie*, a. d. M.CCC.XX, xviii. kalendas februarii.

(Das Siegel ist beinahe ganz abgefallen.) Orig.

Digitized by Google

№ 837.

1320 (26. Jan.). Nos decanus, scolasticus, cantor, totumque capitulum ecclesie s. ***Marie in campis*** extra muros ***moguntinos*** propter nostram et ecclesie nostre vrgentem necessitatem et meram vtilitatem ordinamus, quod agri dominorum et canonicorum dicti nostri capituli in terminis ville ***Hexheym***, quos hucusque quilibet per se colebat, de cetero ad bona nostra communia pertinencia ad curiam predicte ville ***Hexheym*** pertineant. Item volumus, quod quilibet dominorum et canonicorum nostrorum xii. jugera circam ecclesiam sita, que hucusque habuit in quolibet campo, vi. tantummodo jugera deinceps teneat et non ultra. Item statuimus, quod colonus in dicta curia predicta jugera colat, secundum quod ipsi colono et eciam dominis uidebitur expedire, domini vero dicti capituli quilibet pro suis agris dabit siliginem ad seminandum predicta jugera et messoribus tempore messium pro suis laboribus pretium dabit, sed colonus ad montem vnicuique domino et canonico ducet partem sibi contingentem. Idem eciam colonus fimum solummodo de monte vnicuique domino et canonico debito tempore ducere debet ad agros siue ad vineas, quos de prebenda sua possidet, et quilibet dominus, cui sic fimum deducitur, tam colono quam equis suis interim victualia et necessaria ministrabit. Idem colonus cuilibet domino et canonico ligna, que eciam vbi comparabit pro ii. libris hallensium, ad conburendum ad montem eciam deducere debet. Item prefatus colonus de duabus pratis nostris superioribus ex opposito ***Mersch*** sitis recipiat pro pabulo et alimento equis pertinentibus ad curiam nostram ***Hexheym,*** et cuilibet domino et canonico fenum de prato nostro magno inferiori versus ***Lubenheym*** sibi pro parte contingente iuxta antiquam consuetudinem introitus ecclesie nostre ad montem ducere debet colonus supradictus. Item statuimus, quod

Digitized by Google

quolibet anno duo de dominis et canonicis dicte curie in *Hexheym* preese debent, tempore et anno eorum expleto duos alios de eisdem instituent. Volumus eciam, quod domini *Anthonius Erbonis* et *Johannes* dictus *zu Laderan*, nostri canonici, anno presenti et primo, qui incipere debet in festo pasche proxime futuro, presint nostre curie in *Hexheym* supradicte.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XX, vii. kalendas februarii.

(Das Siegel der Ausſteller fehlt.) Orig.

№. 838.

1320 (19. April). *P.* dei gratia s. *moguntine* sedis archiepiscopus plebano in *Ingelnheim*, ceterisque plebanis, archipresbiteris et viceplebanis per *moguntinam* ciuitatem et dyocesin constitutis salutem in domino. Licet alias *Emerchonem* de *Ingelnheim* militem a sentenciis excommunicationis et suspensionis diuinorum latis contra ipsum per judices sedis nostre, secundum statuta prouincialis concilii *moguntini* contra spoliatorem ecclesiasticarum personarum edita, ad instanciam decani et capituli ecclesie s. *Stephani mogunt.* pro spolio notorio et probato absoluimus sub spe compositionis amicabilis et satisfactionis, quas facere promisit coram nobis termino iam dudum elapso, ipse tamen componere predictis decano et capitulo et eis satisfacere de rebus ablatis hactenus non curauit, sed malum malo accumulans eosdem religiosos et eorum colonos, quibus equis et rebus aliis de nouo iterum notorie spoliauit, propter quod ipsum in pristinas excommunicationem et suspensionem diuinorum sentencias retrudimus, mandantes vobis, quatinus prefatum *Emerichonem* singulis diebus dominicis accensis

Digitized by Google

candelis et pulsatis campanis excommunicatum publice nuncietis.

Dat. *Maguncie* a. d. M.CCC.XX, xiii. kalendas maii.

(Das Siegel hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 839.

1320 (19. Juni). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Nycholaus*, natus *Nicolai* dicti *Betherer*, ciuis *wormat.*, coram nobis constitutus vendidit annuos redditus x. maldrorum siliginis, wormat. mensure, super bonis suis immobilibus subscriptis, sitis in villa *Herliszheim* ac redditibus v. maldrorum et i. mine siliginis sibi cedentes in dicta villa, *Hyppele zu phaffe eckelmancze*, mulieri *wormat.*, pro lv. libris hallensium. Situs autem dictorum bonorum dictus *Nicolaus* tales dicebat esse. Primo videlicet in superiori campo i. juger *vnder pliechten* consulcaneum xl. jugeribus domine *Rychelmennen*, item iii. quartalia *an der flieten* consulcanea camerariis, item iii. quartalia *an dem Menczendale* consulcanea *rode Rockenhusere*, item vi. jugera *an dem fosloche* consulcanea *Heilmanno* de *Hogheim*, item iii. quartalia *an dem abenheimer tale* consulcanea dos ecclesie, item ii. jugera *an abenheimer tale* consulcanea domina *Bunnen*, item ii. jugera die soszet *off die weide zu Abenheim* consulcanea dos ecclesie, item ii. jugera *an dem abenhemmer wege* consulcanea domine *Bonnen*, item quartale *an dem abenheimer dale* consulcanea domine *Bonnen*, item iii. quartalia *an dem abenhemmer wege* consulcanea camerariis, item iii. quartalia *an der sthafeln* consulcanea domine *Bonnen*, item ii. jugera *an dem lerkeln bohele* consulcanea *Heilmanno Diecze*, item ii. jugera *an dem Ruheberg* consulcanea *Nicolao Melwere*, item ii. jugera *an dem graseweg*, item ii. jugera *an dem Rinwege* consul-

Digitized by Google

canea doti ecclesie, item anderhalp morgen *an dem Rinwege* consulcanea domino *Weszeln*, item dimidium juger *off dem Ruheberg* tendens super vineas suas consulcaneum *Nicolao Melwere*, item ii. jugera *off Ruheberg*, que olim erant vincate, tendencia super *grasewege*, item iii. jugera *an dem nydersten osthouer weg* consulcanea *Petro Melwere*, item ii. jugera ibidem consulcanea relicte *Wyrici*, item v. jugera *an dem Meller*, item ii. jugera tendencia super pratum camerariorum, item i. juger ibidem, item iii. quartalia *zu cameraden* consulcaneus *Heil.* de *Hogheim*, item vii. jugera apud curiam *das der gart ist*, item in inferiori campo primo vi. jugera prope *clingen* consulcanea dominis de s. *Jodoco*, item xvi. jugera *off der camerare weide* consulcanea *Ruckero* carnifici, item ii. jugera *off dem sande* consulcanea camerariis, item i. juger ibidem consulcaneum domine *Bonnen*, item iv. *bi dem haugwege* consulcanea *Nicolao Melwere*, item v. quartalia *in der langengewanden* consulcanea domine dicte *Richelmennen*, item vi. jugera *in der kortzen gewanden* consulcanea domine *Bonnen*, item ii. jugera *hinder der Nuwelendin* consulcanea camerariis, item ii. jugera *an der Luzze* consulcanea *Conrado zum abicle*, item dimidium juger *an dem Galbornen* consulcaneum camerariis, item iii. quartalia *off der weiden* consulcanea hospitali, item iii. jugera nidewendic der *Mentzer straissen* consulcanea domine *Ruppeln*.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XX, v. fer. prox. p. diem b. Viti et Modesti, presentibus *Theoderico* de *Rorbach* canonico *wormat.*, *Reinoldo* et *Heinrico*, notariis dicte curie, testibus ad premissa vocatis ac *Petro* capellano in *Kirszgarten*.

(Vidimus des Offizials des Wormser Hofes von 1441.)

Digitized by

№ 840.

1320 (25. Juni). Nos *Emercho* sculthetus, *Nycolaus, Salmannus, Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XX, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. decanus et capitulum ecclesie s. *Petri mogunt.* super viii. solidis den. col. redditibus super dimidio jugere, domo et horreo inter *Hannemannum* et *Willekinum* dictum *Roder vf er Bleiche Moguncie* sitis, eisdem dominis persoluendis, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmati extiterunt.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 841.

1320 (25. Juni). Nos *Emercho* sculletus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus* dictus *Scherpele*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XX, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. magister *Gerhardus*, rector ecclesie in *Wiszenkerchen* super domo dicta *zu Sumen* juxta fratres *augustinenses mogunt.* ex vna et orto curie dicte *zume steyne* contigue sita ex parte altera, prout quondam *Gotzo* dictus *Sume*, ecclesie *mogunt.* vicarius, possedisse dinoscitur ante et retro, tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus existit.

(Die Siegel der Ausſteller hängen wenig beſchädigt an.)
Orig.

№ 842.

1320 (25. Juni). Tenore presencium omnibus innotescat, quod *Cleman* dictus *ad pedem* et *Katherina* vxor sua, ciues *moguntini*, coram *Thulmanno Scherplone*,

Digitized by Google

seculari judice *moguntino*, constituti locauerunt d omum et exitum eius contigue domui dicte *ad pedem*, sub vno tecto in foro lignorum *Moguncie* sitis, *Wykero* carpentario, ciui *mogunt.* et suis heredibus pro vii. libris hallens. census nomine, idem tamen *Wykerus* sub tecto ipsius *Clamanni* edificare potest, prout sibi melius nouerit expedire, fenestris duntaxat exceptis, per quas videri, proici vel effundi potest, quas versus curiam predicti *Clamanni* facere minus potest, fenestras tamen obstructas, que *vor rementz* wlgariter dicuntur, faciet versus curiam *Clamanni* supradicti, presentibus *Thilmanno Pote, Eberhardo* filio *Lybe* et *Jacobo* dicto *ad pedem,* ciuibus *moguntinis.*

A. d. M.CCC.XX, fer. iv. p. f. nativ. b. Johannis bapt.

(Das Siegel iſt abgefallen.) Orig.

№ 843.

1320 (15. Juli). I. n. d. a. Nos *Gerhardus* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* Ne ea etc. hinc est, quod *Dylmannus* dictus *ad saccum* et *Gerdrudis*, coniuges, ciues *wormat.,* animarum suarum, parentum suorum et omnium benefactorum suorum saluti cupientes prouidere, instituit prebendale beneficium in parrochia s. *Ruperti,* que ecclesie nostre predicte annexa est ibidem, ad altare virginis Marie pro prima missa ibidem per presbyterum cottidie celebranda perpetuis temporibus duraturum, quod beneficium dotatum est per ipsos coniuges pensione x. librarum hallens. in festo s. Martini cedente super bonis sitis in terminis ville *Herlisheim*, necnon redditibus x. maldrorum siliginis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis pretacte annuatim cedentibus super bonis sitis in terminis ville *Almisheim,* quorum reddituum subpignora inferius sunt annotata. Contulerunt eciam prefati coniuges dictum beneficium *Nicolao* clerico, ipsorum coniugum

Digitized by

filio, post cuius obitum vna cum magistro *Gerlaco* cantrifusore, genero suo, et *Agneti* filia ipsorum, coniugibus, quousque vixerint dictum beneficium conferendi plenariam habeant potestatem. Situs vero bonorum et subpignorum talis existit et primo situs reddituum x. librarum predictarum talis est, in terminis ville *Herlisheim* census annuus xvi. vnc. hallens., qui cedit de vno duali sito in loco, qui dicitur *im sode,* consulc. domine dicte *Langen,* item i. juger situm *in den mitdilgaszin* consulc. dicto *Egilmar*, item de i. quartali in *nortwisin* consulc. *Heinrico* dicto *Blinde,* item census viii. vnc. hallens., qui cedit de iii. jugeribus sitis in loco, qui dicitur retro *breidinwuszer* consulc. *Fritzoni* dicto *Lidewol,* item de i. duali sito inter salices consulc. dicto *Egilmar*, item census annuus v. solidorum hallens., qui cedit de i. jugere sito super *nortwisin* consulc. *Baltzoni*, item census ii. cum dimidia vnc. hallens., qui cedit de vno jugere sito in loco, qui dicitur *zv Kamirdin* consulc. pueris dictis *Hornickel,* item census xiii. vnc. et vii. hallens., qui cedit de duobus jugeribus sitis *in der Espin* consulc. *Wernhero* lapicide, item census iii. libr. hallens., qui cedit de vi. jugeribus ortorum contiguis sitis *in obinheimer tal*, que quondam fuerunt *Petri* opilionis, consulc. *Heilmanno* dicto *Dytzo* ex vno latere et ex alio latere *Petro* dicto *Melwer*, item census iv. vnc. hallens., qui cedit de domo sita in vico, qui dicitur *Roemergasz*, item census i. libre hallens., qui cedit de i. duali ortorum sito in *nortwiszin* consulc. *Johanni* dicto *Hosthouer* ex vno latere et ex alio *Sigloni* dicto *Slafin.* Item situs subpignorum reddituum x. maldrorum siliginis prefatorum talis est in terminis ville *Almisheim*, et primo redditus iv. maldrorum siliginis cedentes de v. quartalibus vinearum sitis in via, que dicitur *Grindesteter veck*, consulc. dominabus in *Hertingeshusin*, item de i. jugere sito *in der Laumgrubin* consulc. *Heinrico* dicto *Smaltz* clerico *wormat.*,

item super i. vinea sita in via, que dicitur *kircheimer weck*, consulc. *Hugoni* armigero de *Almisheim*, item redditus annuos vi. maldrorum siliginis cedentes de iii. jugeribus, que in se includunt vnam curiam, vnum ortum siue vineatus in villa *Almisheim* predicta situatis, item super vno jugere agri campestris sito in via, que dicitur *asiluheimer weck*, consulc. *Hugoni* armigero predicto.

Act. a. d. M.CCC.XX, in festo diuisionis apost.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 844.

1320 (12. Aug.). Decanus, totumque capitulum ecclesie *s. Martini wormat.* constare volumus, quod constituta in nostra presencia *Methildis* dicta *Sterken* pro remedio animarum *Clare* sororis sue, necnon ipsius et parentum suorum xl. maldra siliginis perpetui redditus pro dotacione altaris b. Marie virginis in capella s. *Katherine* apud ecclesiam nostram predictam tradidit, volens, vt sacerdos missam ibidem celebret et chorum ecclesie nostre frequentet ac decano ecclesie nostre obedienciam faciet debitam, necnon presenciam chori recipiet, pro qua *Johannes* dictus *Fleder*, prebendarius ecclesie nostre, pro remedio anime sue necnon parentum suorum, ipsi ecclesie nostre de bonis suis propriis fecit recompensam.

Dat. fer. iii. p. d. b. Laurencii mart. a. d. M.CCC.XX.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.)

Orig.

№ 845.

1320 (2. Sept.). Judices curie *wormaciensis*. Recognoscimus, quod *Gerbodo* et *Jutta*, vxor sua, de *Osthouen* in nostra presencia constituti vendiderunt annuos

redditus i. maldri siliginis, wormat. mensure, super bonis suis immobilibus in terminis ville *Osthouen* situatis, uidelicet super altero dimidio iugere vinearum *an deme herleberge* consulcaneo *Geroldo* armigero ibidem, item super dimidio agro campestre *vffe der Osterlange* consulcanea domina dicta *Glesern wormat.*, *Heinrico* sacerdoti celebranti in capella dominorum de *Schonaigia*, in curia sua *Wormacie* sita, pro v. libris hallensium, promittentes, prescriptos redditus dare infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa ac *Wormaciam* presentare, ita sane, quod si dicti coniuges uel eorum heredes in solucione neglientes inuenti fuerint, ex tunc dictus *Heinricus* prescripta bona tamquam subpignus sibi obligata subleuet eo modo, quo dicitur wlgariter *ofholen*. Licebit eciam dictis coniugibus, eorumue heredibus quandocunque voluerint, ante festum purificationis b. Marie virginis dictos redditus cum summa v. librarum hallensium in simul offerenda reemere.

Act. a. d. M.CCC.XX, fer. iii. p. decoll. b. Johannis bapt.

(Das Siegel der Aussteller hängt wohl erhalten an.)

Orig.

№ 846.

1320 (18. Sept.). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Fritzo* de *Gugenheim* armiger in nostra constitutus presencia recognouit, se vendidisse capitulo ecclesie *moguntine* annuos redditus xii. maldrorum tritici, mensure moguntine, pro lxxxiv. libris hallensium, promisit pro se et suis heredibus predictos redditus prefatis dominis singulis annis infra assumpcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa soluere et ante granarium dictorum dominorum integre presentare, obligans pro se et suis heredibus sepedictis dominis bona infrascripta ad maiorem certitudinem

Digitized by Google

solutionis dictorum reddituum faciende titulo subpignoris, quorum bonorum specificacio talis est, videlicet ii. jugera terre arabilis *in dem mittelwege*, item ii. iugera *in der frechte*, item i. iuger *imme huserloche*, item i. iuger *bi der marke*, item ii. iugera cum dimidio *an dem wormberge*, item ii. iugera *in der awe*, item i. iuger cum dimidio vinearum *nydene anme dorf*, item i. iuger cum dimidio *an der Rytwisin*, item ii. iugera *anme kenelboyme*, item ii. iugera *vor dem wydehe*, item ii. iugera *an der helmex*, item ii. iugera *offwert anme Eselwege*, item i. iuger cum dimidio *vffme spannail*, item i. juger *zu netsnyden*, item i. iuger *gein Ratmansborn*, item i. iuger vinearum *vffer bleiche*, item i. juger cum dimidio *an der helmex*, item medietatem curie sue site in *Gugenheim* et ortum, qui dicitur *molborn*, ac pratum, quod dicitur *herchelwise*, item i. duale et dimidium iuger vinearum *zu bleichen*, item i. duale vinearum, quod olim fuit dicti *Strube*, item i. iuger vinearum *anme Isal*, item ii. iugera vinearum *in der mulden*, item duale vinearum *inme gerucke*, item i. quartale vinearum *offem Bohele*, item duale *nydewenig Strumpelsborn*, item iii. iugera *gein Ratmansborn*, item iii. iugera *geynme Clingenborn*, item i. iuger *gein sawelnheimer brucken*, item dimidium juger *vffme nussewege*, item dimidium iuger *vffe herchelwisen*, item i. iuger cum dimidio *zu hebelnborn*, item i. iuger *in der wanstafeln*, que quidem bona prefatus *Fritzo* recognouit, se in seculari judicio ville *Gugenheim* coram sculteto et scabinis ibidem resignasse, prout ibidem consuetudinis est et moris.*)

Act. a. d. M.CCC.XX, xiv. kalendas octobris.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

---

*) Am 30. Sept. deſſelben Jahres verkauft „*Henricus*, filius *Frizzonis* de *Guginheym* militis, decano et capitulo ecclesie

№ 847.

1320 (1. Okt.). Judices curie *wormaciensis*. Recognoscimus, quod in nostra constitutus presencia *Johannes Bunnonis*, scolasticus et canonicus ecclesie s. *Pauli wormat.*, vendidit annuos census iii. librarum et ix. vnciarum hallensium, quos habuit super curia dicta *zu dem Sande* et omnibus bonis immobilibus ad ipsam curiam spectantibus, quos *Henlinus Bunnonis*, filius sororis prefati *Johannis*, quondam super eisdem curia et bonis habuit et sibi *Johanni* vna cum quibusdam aliis bonis dedit, prout in litteris nostris desuper confectis vidimus contineri, *Hanemanno Elmanni* et *Hyppule* vxori sue, ciuibus *wormat.*, pro lx. libris hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XX, iv. fer. p. d. b. Michahelis archang., presentibus *Bertholdo* de *Rauesburg* thesaurio, *Johanne* de *Wiszenburg*, canonicis ecclesie *wormat.*, *Johanne* capellano quondam domine dicte *Bunnen*, *Wilhelmo Bunnonis* ciui *wormat.*, *Reinoldo* et *Heinrico*, notariis curie nostre.*)

(Die Siegel der Mainzer Richter und des vorg. Johannes Bunnen hängen gut erhalten an.) Orig.

---

moguntine iv. maldra tritici, et ista sunt pignora pro dicta pensione obligata, videlicet *zo klinhinburne* juger et dimidium, item *vf huserreche* juger et dimidium, item *in der freytin* juger et dimidium, item *an wolsheymer marche* ii. jugera et dimidium, item nederwert *an eselwege* ii. jugera, item *vf strumpelsburne* juger et dimidium. (Das Siegel der Mainzer Richter ist abgefallen.)

*) Am 11. Nov. desselben Jahres willigt „*Johannes*, natus quondam *Heinrici de fine*, ciuis *wormat.*, canonicus ecclesie s. *Pauli wormat.*“ in den Verkauf „reddituum iii. librarum et ix. vnciarum hallensium, quos habui de *Hippela*, auia mea, *zume Sande*. Dat. *Parisuis*.“ (Das Siegel des Ausstellers hängt gut erhalten an.)

Digitized by Google

№ 848.

1320 (8. Okt.). Nouerint vniuersi, nos gardianum et fratres ordinis fratrum *minorum* domus *wormat.*, *Johannem* dictum *Smaltz*, famulum nostrum, exhibitorem presencium, nostrum procuratorem constituisse, sibique specialem mandatum tradidisse, resignandi bona, que quondam fuerunt *Gerdrudi*, cellerarie quondam dicte *Spenin*, ciuis *wormat.*, super quibus habebamus redditus perpetuos ii. maldrorum tritici, in terminis ville *Westhouen* sita ac ipsos redditus necnon renunciandi omni juri, actioni et proprietati quibuscumque, que nobis in dictis bonis et redditibus contra decanum et capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.* et quoscumque alios competebant, ac huiusmodi redditus et ius in eosdem decanum et capitulum transferendi, ratum et gratum habituri, quicquid dictus procurator noster in premissis fecerit nostro nomine.

Act. a. d. M.CCC.XX, fer. iv. p. Francisci.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 849.

1320 (18. Dec.). *Golfridus* de *Eppinstein* dei gracia custos, *Ebirhardus* de *Lapide* cantor, totumque capitulum ecclesie *moguntine*, sede ac decanatu vacantibus, vniuersis salutem etc. Cum itaque sede *moguntina* vacante jurisdictio ac . . . . positio archiepiscopatus *mogunt.* aput nos residere noscatur, nos deuotis plebani parrochialis ecclesie s. *Ignacii mogunt.* suorumque parrochialium supplicationibus inclinati, omnes indulgencias archiepiscoporum et episcoporum, quorum sigilla presentibus, quibus hec nostra litera est affixa*), sunt appensa, prefate parrochiali ec-

*) Dieſe Urkunde iſt nicht mehr vorhanden.

Digitized by

clesie s. *Ignacii* concessas in nomine domini confirmamus.

Act. et dat. sub sigillo capituli nostri ad causas a. d. M.CCC.XX, xv. kalendas januarii.

(Das Siegel ist abgerissen.) Orig.

№ 850.

1321. Nos soror *Lysa* abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium *noui monasterii* in foro gentili *Moguncie* recognoscimus, quod *Nycolaus* dictus *Bylterpil* et *Lybiste*, textores, coniuges *moguntini*, donauerunt in animarum earum remedium abbatisse et conuentui monasterii in *Dalen* extra muros *moguntinos* domum earum anteriorem sitam in loco, qui dicitur *vf dem ackere* in *Moguncia*.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXI.

(Das Siegel der Aussteller hängt beschädigt an.) Orig.

№ 851.

1321 (14. Jan.). Nos *Heinricus* de *Rodenstein*, camerarius, *Emercho* sculthetus, judices videlicet *Nicolaus*, *Sulmannus*, *Volgmarus* et *Scerpelinus* seculares *moguntini* profitemur, quod a. d. M.CCC.XXI, fer. iv. prox. p. octav. Epiphanie dom. *Fridericus* canonicus s. *Marie ad gradus mogunt.* super redditibus vi. marcarum super curia dicta *zume seyngere* prope curiam dictam *zur sommerwunne* in *Selhouia Moguntie* sita, de cuius fundo iii. denarii hallens. ad curiam dictam *in den dirgartin* sunt soluende, et super curia dicta *zume frohen* sita in foro gentili *Moguntie*, quas quidam curias *Karulus* miles de *Ingilnheim* et sua vxor iure hereditario di-

Digitized by Google

cuntur possidere, necnon super curia dicta *zume Kesceler* sita ex opposito curie dicte *zu Lorlinberg Moguntie,* tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus extitit, presentibus aduocatis *Heilmanno* dicto *zume Cirle*, *Jacobo* dicto *Moronc*, *Dylone* dicto *Sunsewinkel*, *Petro* dicto *Mule,* budellis.

(Die Siegel der Aussteller hängen wohl erhalten an.)

Orig.

№ 852.

1321 (14. Jan.). Nos *Heinricus* de *Rodenstein* camerarius, *Emercho* sculletus, *Scherpelo*, *Nicolaus*, *Salmannus* et *Volgmarus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXI, fer iv. prox. p. octav. Epiphanie dom. decanus et capitulum ecclesie s. *Marie de gradibus moguntine* super i. marce den. colon. redditibus super domo *zum vlosze*, sita inter piscatores, tercium bannum suum rite conquisiuerunt et a nobis confirmati existunt.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 853.

1321 (9. März). Nouerint vniuersi, quod nos soror *Oysterlindis* abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium monasterii s. *Clare* in *Moguntia* ordinauimus *Fridericum* nostrum fratrem et conuersum, nostrum procuratorem specialem ad renunciandum bonis vniuersis, que in villa dicta *Selse* ab *Heinrico* dicto de *Selse* possedimns et suis congermanis, renunciantes omni iure, quod ad predicta bona habuimus, dantes ipsi *Friderico*, fratri nostro predicto, plenam et liberam potestatem renunciandi de bonis memoratis, quod wlgariter *verzien vnde vergiften* nun-

Digitized by

cupatur, prout sibi nostro nomine plenius videbitur expedire.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, vii. idus marcii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 854.

1321 (4. April). Tenore presencium pateat, quod constituti coram *Nycolao*, seculari judice *moguntino*, *Elyzabel* dicta *Lorchern*, ciuis *mogunt.*, *Heinricus* filius suus, ceterique liberi sui vtriusque sexus renunciauerunt omni iuri proprietatis ipsis in bonis seu agris et vineis situatis extra portam *Gauporte* nuncupatam, que agri et vinee de *bunde* wlgariter vocantur, ex quacunque causa conpetente, omnique liti et discordie, que inter ipsos matrem et liberos suos ex parte vna ac conuentum monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos* ex altera occasione dictorum bonorum vertebantur.

Actum presentibus *Salmanno* et *Scherpelone*, judicibus, *Th. Sunsewinkel*, *Th. Gallenhof* et *Petro Swalbach*, aduocatis, *Jacobo* sororio judicis *Nycolai*, *Johanne* eius famulo et dicto *Probist* famulo judicis *Scherpelonis* predicti, ciuibus *maguntinis.**)

Dat. a. d. M.CCC.XXI, ipsa die Ambrosii.

(Die Siegel hängen gut erhalten an.) Orig.

---

*) Am 24. Juli vergleichen ſich Burkhard, Prior und der Convent des Kloſters Jacobsberg mit Frilo dem Jungen zum Eſelwecke und Katherine ſeiner Hausfrau, „vmme die Bunde, die wir in halbe geluhen hayn, die da zvhit vor gauporten of den grabin, alſo, dayz wir birre vorg. conuent diſen vorg. Frilo vnd Katherina dayz ſelbe gut funf iayr geluhen vmme xx. maldir cornis vnd bekeynnen, daz wir des pathis der xx. maldir alzvmale gewerit ſin, auch iſt

№ 855.

1321 (29. April). Nos *Heinricus* de *Rodinstein* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus* dictus *Scherpele*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXI, fer. iv. prox. p. quasimodogeniti *Willekinus Roder an der Ambach*, ciuis *moguntinus*, super domo quondam *Zartonis*, nati *Wernheri* textoris super *ambach*, contigue domui lapidee ipsius *Willekini*, quam inhabitat, *Moguncie* sita, tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus existit.

Actum presentibus *Heilmanno zum Seczereden*, *Thilone* dicto *Suusewinkel*, *Heilmanno zum Salmanne* et *Th.* in curia s. *Galli*, aduocatis, *Petro* dicto *Mul*, *Thilmanno*, *Winthero*, *Syfrido*, budellis, ciuibus *moguntinis*.*)

(Die Siegel der Ausſteller hängen unbeſchädigt an.)

Orig.

---

me geredit zwiſchen vns, ſi iz, daz wir komin in diſe funf iarin vnde ir uollin den broſt an der halbin Bunden, des diſme vorg. Frilen broſt iſt, vnde antuorthin ſoliche morgene, der da broſt von der halbin bundin iſt, diſen ſelben vorg. Frilen vnd Katherinen obir irme aldiſtin herbin vnd werin ſie der ſelbin morgen genzliche alſo rechit vnde gewonheyt iſt, dun wir dayz in diſen vorg. funf iarin, ſo ſollint die ſelbin vns afthir den vonf iarin zwiſchen den zwein frowin bagin, alſo vnſir frowe zv himil wart gefurt vnde allſo ſi geborin wart, obir in demme neyſten maynde dar naych vn vorluſtic xxx. malder cornis antuortin offe eyn hus in Meynzin, wa wir ſie hinne beſcheydin ꝛc. Vbir dirre vorredin allirſamin warin diſe gezaug Herman von Sawelnheym der Ritter, Johan Eſelwecke eyn vicarius zv ſ. Petere, Anzo zvm Blaſehoſe eyn borgere zv Meynzen vnde Hennekin eyn ſculere, der da heyzit Knabe." (Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

*) 1323 (2. Juni) ſchenkt Johannes, Sänger der Johanniskirche in Mainz, dem Kloſter Dalen „pistrinum suum inter textores

№ 856.

1321 (13. Mai). I. n. d. a. etc. Nouerint, quod nos *Margareta* dicta *Beltzen,* filia quondam *Baltzonis,* ciuis *wormat.*, necnon *Baltzo* et *Hedewigis*, coniuges, ciues *wormat.*, ante portam dictam *Judenbortdore* ciuitatis *wormat.* commorantes, animarum nostrarum ac nostrorum progenitorum remedium bona nostra infrascripta, videlicet ego *Margareta* xii. iugera et dimidium quartale campestria ac iv. iugera vinearum minus quartali in terminis ville *Luszelheim* situata, prout situs eorundem et specificaciones sunt inferius annotate, item annuos census viii. vnciarum hallens. cedentes de quadam domo et vinea in villa *Pefselkeim* sitis, quas *Heinricus Molitor* dictus *Scheider* inhabitat et possidet, que quidam bona fuerunt quondam *Werntzemanni* militelli et *Isalde* vxoris sue, ciuium *wormat.*, item iv. et dimidium iugera vinearum mea in loco dicto *offe den pollen*, quorum iv. quondam fuerunt *Gernodi* dicti *an hanenbortdore,* clerici, et situs est subnotatus, item annuos census iv. librarum cere, dandos singulis annis in festo purificationis b. Marie uirginis de domo mea noua prope montem in fine iuxta alias meas domos sita pro luminibus ad missam dicti beneficii habendis. Nos uero *Baltzo* et *Hedewigis* predicti annuos redditus x. maldrorum siliginis de subnotatis nostris bonis, per nos et nostros heredes infra assumcionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa dandis ad altare s. Marie uirginis in monasterio sanctimonialium montis s. *Andree* extra muros *wormat.* constitutum pro beneficio seu missa perpetuo habenda donauimus et quod presentacio dicti beneficii ad me *Margaretam*

---

situm, vbi itur de loco, qui dicitur *ambach* ad forum gentile.“ (Das Siegel des Richters Nicolaus zum Jungen hängt wohl erhalten an.)

Digitized by Google

predictam quamdiu vixero pertinet, dictum beneficium hac vice *Balzoni* clerico, filio coniugum predictorum, confero, qui quidem *Baltzo* omnes fructus et vtilitates bonorum predictorum necnon redditus x. maldrorum siliginis percipiet, quousque idem ad debitam etatem perueniens se fecerit ad ordines sacerdotii promoueri, post mortem uero meam eiusdem beneficii collacio ad *Baltzonem* fratrem meum et post ipsius *Baltzonis* obitum ad *Johannem* eciam fratrem meum, et ipsis ambobus de hoc seculo sublatis, ex tunc ad priorissam et ad monialem vnam in introitu montis predicti seniorem perpetue pertinebit, ita sane, quod ipsum beneficium quocienscunque vacauerit vni de cognacione nostra clerico seniori, idem si nullus clericus in parentela nostra fuerit, tunc extra ipsam nostram cognacionem sacerdoti seculari conferri debebit. Tales sunt specificaciones in terminis ville *Luszelheim*, primo iii. quartalia vinearum in fundo consulc. ecclesia ibidem, item i. jornale vinearum prope villam, item ii. jornales vinearum consulc. monialibus in monte s. *Andree*, item i. juger campestre *in der hindergewanden* consulc. *Dirolfo* militi, item i. juger et dimidium quartale iuxtá viam gramineam consulc. domini ecclesie *wormat.*, item i. juger consulc. domini ecclesie s. *Pauli*, item iii. jugera iuxta viam gramineam *an deme russeprunge* consulc. *Dirolfo* militi, item i. iuger tendens ultra uiam *guntheimerwege* consulc. domini ecclesie *wormat.*, item i. juger et dimidium consulc. domini predicti *an hungaszesweg*, item i. iuger iuxta *graseweg*, item i. juger ibidem apud *Jacobum* de *Luszelheim*. Situs vero vinearum *offe den polen* talis est, primo i. juger consulc. *Cuno* gener dicti *Philippisen*, item dimidium iuger in via *Horgeheim* consulc. *Jacobus* gener *Ametmanni*, item i. juger ibidem consulc. *Philippesen Armbrusteren*, item ii. jugera consulc. *Emericho* dictus *Dude*. Situs vero coniugum nostrorum predictorum talis est, primo in terminis ville *Pes-*

felnkeim i. et dimidium iugera campestria in loco, qui dicitur *in der ahe*, consulc. hospitale nouum *wormat.*, item i. et dimidium iugera prope villam tendencia super ripam *Peldernsheim* consulc. domini de s. *Martino*, item iv. iugera in terminis ville *Hogheim* in loco dicto *in deme mersche* consulc. *Heil. Jude* de *Nuhusa*, item i. et dimidium iugera tendencia super viam gramineam versus *Libenaue* consulc. *Wer. Werich*, item ii. jugera in campo *wormat.* prope patibulum consulc. moniales montis s. *Andree.*

Dat. a. d. M.CCC.XXI, fer. ii. p. vocem iocunditatis prox.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

№ 857.

1321 (20. Mai). In godes namen amen. Ich Alheit Strechuſeln burgern zu Wormzen ſetzen vnd machen min ſelgerede vor mine ſele vnd mines mannes vnde vor aller miner altvordern ſele, zu dem erſten ſetzin ich ſehshundert phunt heller, daz man da bietde ſolle keifen ewiege korngulte, daz man da mitte mache zwo ewiege meſſen zwein prieſtern daz die anegen nach mime dode zu hant oder mir got die gnade git, daz ich ir eine ane lazin gen bi lebendeme libe vnd die andere nach mime dode zu hant. Ich wil auch, daz Jacob mins bruder Nycolaus ſyn der ſelben gulte eine verdienen ſinen lebetage vnd ſetzin auch zu der ſelbin meſſen ieme oder wer nach ieme dar vf komet, dieſelbe meſſe zu gedienen, daz hus zu der landeſcronen. Ich ſetzin auch zu der ſelbin meſſen min beſten nahp zu eime kelche vnd ein ſiden dvch zu einer kaſeln, ein ſtole vnd ein hant fanin vnd ein albe vnd ein vmmerale han ich ſelber, daz alliz auch gehöret zu derſelbin meſſin. Darnach wil ich, daz die ander gulde und meſſe gedyne Johan miner

swester Elzebetben syn sinen lebetage vnd setzin auch dar zu einen nahp zu eime kelche. Ich wil auch, daz diese vorg. satzunge sit beleget stete vnd sicher vf allis min gut zu Phef-felnkeim, daz ich han kauft vmbe Nyclaus Bilden, vnd vf mime houe amme stule, da ich inne sitzen vnd vf allis min gut liegende oder varnde. Anderwerbe geben ich an den stift zu s. Paule, da ich eischen mine begrebede, ii. malter korn-geltis an mime jargezite, anderwerbe setzin ich zu dem dvmme, zu s. Andris, zu s. Martin, zu vnser vrowen vnd zu Nuhusen iedem stifte i. malter korngeltes an mime jargezite, anderwarbe setzin ich zu den predegern, zu den Augnstinern, zu den Wilhelm-miten vnd zu den karmeliten iedem orden i. malter kornis ewig, anderwarbe allen beginen conuentin in der muren zu Worm-zen iegelicheme i. malter kornis, anderwarbe den guden luten vnd den siechen in dem spittale iedem i. malter kornis, ander-warbe setzin ich zu s. Ruperte an daz ewiege lieht, daz min husherre daran an sime dode mache, v. malter korn geltes, die ich han zu Pebernsheim, anderwarbe setzin ich an die selbe parre eim grabenmecher, daz er die armen begrabe ane lon i. malter kornis, anderwarbe setzin ich hern Emerchin von Bercheim mime phaffen x. phunt heller, anderwarbe setzin ich Elzen, Margareten dohter, x. phunt heller, anderwarbe setzin ich Jacobe, mines bruder Nicolaus syn dem vorg., xxx. phunt haller vnd zwei die besten Betde, die ich han, vnd vier lilachen vnd zwei kußen vnd ein hobtpulwen daz beste vnd ein koltere, die vber mir lieget, mit zu decken, anderwarbe setzin ich Kutzen miner swester vnd Elzen irre dochter l. punt haller, anderwarbe setzen ich den vier brudern, miner swester Elzen syn, Conrad, Emerchen, Wernzeman vnd Ebir-hard, iegelicheme vi. phunt heller ꝛc. Anderwarbe will ich, daz mine selen bewerer mime gesinde vnd miner weßern vnd minen zwein begin geben, daz ir ere si vnd des gesindez nutz. Dar nah so daz alliz volle braht wirt, so setzen ich daz vberige ob man es han mag auch dru hundert phunt haller zu einer ewi-

gen meſſin zu ſ. Paule oder zu ſ. Ruperte, ob man ſie da nit han in mag, als zu der andern meſſen iſt geſcreben Emerchin, Margareten ſon zum Roden kelre. Ich ſetzen auch zu der ſelben meſſen ein nahp zu eime kelche den beſten ane zwene vnd mag der kelch nit vollen gut da von werden, ſo ſol man grifen an mine ſilberen Bechere, daz er vollen braht werde. Ich wil auch ob vnſer herregot vber mich verhengete, daz es mir an deme gutde miſſe get, daz ich verſetzen and verkeifen moge daz mine, kieſen ich vnde welen Werntzeman Drutkint prundener zu Ruhuſen, Johan Ruperten prundener zu ſ. Paule, Emerchen amptman vnd Johan Dhmar zwene Rathherren zu Wormzen mine mage vnd bietten auch die ſelben mine ſele bewerer, daz ſie zu dieſen dingen als hie vorgeſcreben ſtet, dvn, als ich jn getruwe.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, an der mittewochen nach der Dominiken da man ſang Cantate.

(Vid. des Raths und der Sechszehner zu Worms von 1322.)

№ 858.

1321 (23. Mai). Nos *Hildebrandus* decanus, *Gotfridus* scolasticus, totumque capitulum ecclesie s. *Stephani mogunt.* recognoscimus, nos census et vniuersa bona nostra in *Bůdensheim* sita *Johanni* de *Blenchen* et *Heinrico* de *Selsen*, militibus, ad dies vite ipsorum amborum in hunc modum locasse, ita videlicet, quod ipsi vel alter ipsorum alio decedente de predictis bonis soluent nobis annis singulis in festo b. Johannis baptiste proximo venturo sub a. d. M.CCC.XXI currere incipientibus, ix. carratas vini hvnici et iii. carratas vini franci, mogunt. mensure, in festo b. Martini, quas ante cellarium nostrum presentabunt suis laboribus, periculis et expensis. Item cxxxii. maldra siliginis, quorum medietatem soluent in natiuitate domini et aliam

Digitized by Google

medietatem in festo pasche proximo subsequenti, quam annonam similiter super granarium nostrum presentabunt suis laboribus et expensis. Item xii. libras mogunt. denariorum, quas soluent in festo natiuitatis domini supradicto et xxx. maldra auene, pingwensis mensure, que soluent nobis in festo b. Gerdrudis, que eciam super granarium nostrum presentabunt suis laboribus et expensis. Alioquin elegerunt coram judicibus s. *moguntine* sedis, quod ipsos excommunicare debeant tamdiu, donec nobis satisfecerint de premissis. Promiserunt iidem milites, quod ipsi bona predicta non debeant nobis quamdiu vixerint resignare, et si ea resignauerint nobis contradicentibus, elegerunt similiter, quod judices predicti ipsos ad retinendum dicta bona compellere debeant per excommunicationis sentenciam omni judicorum strepitu quiescente. Et nos judices predicti recognoscimus, prefatos *Johannem* et *Heinricum* coram nobis constitutos promisisse, premissa omnia rata et firma suis temporibus obseruare.*)

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXI, x. kalendas junii.

(Das Siegel der Aussteller und der Mainzer Richter hängt wenig beschädigt an.) Orig.

---

*) 1354 (16. Oct.) stellt Johann von Bleinchen (Planig) Ritter, Herrn Johannes Sohn von Bleinchen Ritters, einen Revers aus über die von dem Stephansstifte um 12 Fuder Weins, 8 Mark Pfennige, 6 Pfund Wachs, 132 Malter Korns und 26 Säcke Hafers bestandenen Güter, Zinsen und Gerechtigkeiten zu Büdesheim bei Bingen. Gesiegelt haben Johann von Bleynche der Alte, Heinrich Fust von Stromburg Ritter und Salmann Kämmerer zu Mainz. (Transumt.)

1367 (19. Jan.) vergleicht sich Ritter Johann von Bleynchen, Johann von Bleinchen sel. Sohn, mit dem Stephansstifte 1) wegen der 12 Fuder Weins, welche er dem Stifte von seinen Gütern und dem Gerichte zu Budinsheim bei Bingen nach dem größeren Mainzer Maaße jährlich geben müsse, während er ihn von den ar-

Digitized by Google

№ 859.

1321 (1. Juli). Nos ***Heinricus*** de ***Rodinstein*** camerarius, ***Emercho*** sculletus, ***Nycolaus***, ***Salmannus***, ***Volgmarus*** et ***Thulmannus Scherpelo***, iudices seculares ***moguntini***, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXI, fer. iv. p. f. b. Johannis prox. ***Reymbertus*** de ***Colonia***, ciuis ***mogunt.***, super domo dicta ***Bitherpil*** iuxta ***Getzam*** in vico veteris monasterii ***Moguncie*** sita, post primum et secundum bannos suos coram nobis rite primitus conquisitos, tercium bannum suum conquisiuit et super eadem domo a nobis confirmatus existit, presentibus ***Heilmanno zum Setzereden***, ***Th. Gallenhof***, ***Heilmanno zum Salmanne*** et ***Th. Sunscuinkel*** ac ***Petro Swalbach***, aduocatis, ***Petro***

---

men Leuten zu Budensheim in dem kleineren Binger Maaße erhalte und daher das Mehrgelieferte zurückverlange; 2) wegen der 7 Malter Korngeldes, die das Stift von einer Mühle daselbst, die Brageiz-Mühle genannt, erkobert und ihm geliehen habe; 3) wegen der Vogtey zu Budensheim, die ihm auch zugehöre. Zeugen: Heinrich von Stroemburg Ritter, Johann des vorg. Johans Sohn von Bleynchen des Ritters und Heneckin sein Knecht. (Notariatsinstrument.)

1376 (10. Aug.) bekennen Johann und Heinrich von Bleinchen Gebrüder, Edelknechte, Söhne Johanns von Bleinchen Ritters, daß ihnen das Stephansstift zu Mainz alle seine Güter und Gerechtigkeiten zu Budinsheim bei Bingen, welches dermalen ihr Vater Johann von denselben noch besitzt, mit Ausnahme der Vogtey und der Mühle, die man die St. Stephansmühle nennt, auf den Todesfall ihres Vaters geliehen habe um 12 Fuder Weins, 132 Malter Korns, 8 Mark Pfennige, 7 Pfund Wachs und 26 Säcke Hafers. Gesiegelt haben die Aussteller, Rorich von Sterrenberg, Domherr und Kämmerer zu Mainz, Johann von Bleinchen ihr Vater, Friedrich Paffe Ritter ihr Vetter. (Die 3 ersten Siegel hängen unbeschädigt an, die beiden letzten fehlen.)

Digitized by Google

Mul, Sifrido Winthere, Ja., Theoderico, Sifrido et *Th.*, budellis, ciuibus *moguntinis.*

(Die Siegel der Ausſteller hängen unbeſchädigt an.)

Orig.

№ 860.

1321 (13. Aug.). I. n. d. a. Officialis prepositi ecclesie *wormat.* Nouerint vniuersi, quod *Johannes* dictus de *Altzeya* macellarius et *Werndrudis* dicta *Kolben*, coniuges, ciues *wormat.*, vendiderunt super tercia parte curie dicte *zu dem sperbrechen* in vico dicto *in der seymirgaszen* situate et vna parua domo sita in vico dicto *jchirgaszen*, contigua domui *Voltzonis* pellificis *wormat.*, annuum censum ii. librarum et v. solidorum hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro xxxvi. librarum et iv. vnciarum hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXI, fer. v. p. d. b. Laurencii mart., testibus *Johanne* dicto de *Danstat*, *Gernodo* dicto *Spierer*, *Bertholdo* dicto de *Sultzen*, sacerdotibus prebendariis ecclesie s. *Andree* predicte, *Hermanno* dicto *Kosele* sutore et *Katherina* eius vxore, ciuibus *wormat.* ac *Nycolao* notario curie nostre.

(Das Siegel hängt unverſehrt an.) Orig.

№ 861.

1321 (23. Aug.). Judices curie *wormat.* Recognoscimus, quod *Hermannus* dictus *Kelbertod* et *Katherina*, vxor eius, dederunt decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* annuos redditus x. vnciarum hallens., quos habere asseruerunt se super orto domine dicte *de Leyen* iuxta ortum dominarum in *Nonnmonstere* ante portam pauonis prope monasterium supradictum pro ablucione reddituum iv.

Digitized by Google

vnciarum den. wormat., quos decanus et capitulum ecclesie s. *Martini* predicte habuerunt super curia *zume grade* sita *Wormacie* in vico *Hagenonis*, et v. libris hallens. ipsis coniugibus ex parte dictorum dominorum numeratis.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in vig. b. Bartholomei apost., presentibus *Berengero* plebano ecclesie s. *Johannis wormat.*, *Heinrico* notario dicte curie, *Merclino* prebendario ecclesie s. *Martini* predicte et *Hermanno* famulo *Theoderici* scolastici ecclesie *wormatiensis.*

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 862.

1321 (4. Sept.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Katherina*, relicta quondam *Gernoldi* lignitoris, ciuis *wormat.*, pro se, item *Gernoldus* dicte *Katherine* natus et *Cunradus* eiusdem *Katherine* filiaster, ciues *wormat.*, curatores *Heinlini*, *Heinzelini*, *Dyne* ac *Methildis* minorum, necnon *Elyzabet*, vxor *Cunradi* prefati, liberorum quondam *Gernoldi* et nunc *Katherine*, coniugum predictorum, eisdem minoribus in curatores per nos asssignatos, vendiderunt annuum censum x. solidorum hallens. super bonis, videlicet quondam horreo, domo ac orto coniacentibus iuxta fontem in loco dicto *in der holtzgaszen* extra muros *wormat.* sitis, contiguis vineis quibusdam *maioris* ecclesie *wormat.* existentibus, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro viii. librarum hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXI, fer. vi. a. nativ. b. virg., testibus *Gernodo* dicto *Spirer*, *Johanne* dicto de *Hentzusheim* ac *Nycolao* notario curie nostre.

(Das Siegel hängt unversehrt an.) Orig.

Digitized by Google

№ 863.

1321 (15. Sept.). Judices curie *wormat.* Recognoscimus, quod *Hannemannus* dictus *bucging* sutor, *Katherina*, vxor sua et *Methildis*, soror eiusdem *Katherine*, ciues *wormat.*, vendiderunt super bonis suis, videlicet molendino dicto *quatmul* et pistrino eidem adiacenti in ciuitate *wormat.* sitis annuos census xv. solidorum hall. magistro *Heinrico* de *Erpach*, canonico ecclesie *wormat.*, pro xiv. libris et v. solidis hallens. *Johannes* dictus *Wiseman* et *Heinricus* dictus de *Isenburg*, sutores *wormat.*, se erga prefatum magistrum *Heinricum* coram nobis fideiussores obligarunt.

Act. a. d. M.CCC.XXI, crast. exalt. s. crucis.

(Das Siegel hängt zerbrochen an.) Orig.

№ 864.

1321 (23. Oct.). I. n. d. a. Ego *Hiltegardis* dicta *zu Paffineckelmanne* de bonis mihi a deo collatis et per me laboriose conquisitis ad honorem dei omnipotentis, eiusque b. matris b. Marie virginis ac b. Agnetis virginis ad altare b. Agnetis in dicta ecclesie s. *Andree* constitutum missam perpetuam siue beneficium sacerdotale institui et in recompensam presenciarum dandarum cappellano dicti altaris ac *Petro* dicto *Rische*, consanguineo meo, qui ipsum beneficium deseruire debebit, dictis decano et capitulo assignaui cxxx. libras hallens. Dotaui insuper dictum altare cum omnibus bonis meis immobilibus sitis in villa *Westouen*, primo videlicet in minori campo duali *amme holzwege* consulc. dominus de *Hohenvels*, item i. juger consulc. dominis de *Ottirburg*, item i. juger in eadem via consulc. *Gerlacus Coberer*, item i. juger consulc. domini

Digitized by Google

de *Flersheim*, item ii. jugeribus *an Bennenburnen* consulc. monialibus montis s. *Andree wormat.*, item i. juger apud fontem *Hermansburne* consulc. dominus de *Hohenuels*, item juger in via *Bertheimirwege* consulc. *Bene*, filie *Gunzin*, item i. juger cum dimidio in via *Bertheimirwec* consulc. *Dizo Cuz*, item ii. jugeribus in via *mettinheimer wec* consulc. monachis de *Ottirburg*, item in eadem villa in maiori campo i. juger agri campestris super pratum consulc. dominis ecclesie *wormat.*, item ii. iugeribus *an cellirwege* consulc. domine *Ponteizen*, item i. juger *an stollinwingart* consulc. abbati de *Hornbach*, item i. juger *an veltbruckere wege* consulc. relicte *Liben*, item iii. jugeribus, qui nominantur *di anwender offe der dunregruben*, item i. juger in via *osthouir wege*, que erant quondam dominorum de *Mulin*, item i. prato, quod nominatur *di Rorwise*, item in maiori campo i. iuger *amme wisin Reine* consulc. *Irsuto* comiti, item in minori campo i. juger *amme holzwege* consulc. monialibus in monte s. *Andree wormat.*, qui quondam fuerunt *Jacobi* de *Monzinheim*, item i. jornali tendenti *an lettinburnen erdin* consulc. *Cleselinus* dictus *Susinheimir* consulc. *Heilmanno an deme kirchdore*, item duali *an Kellerstein*, item dimidio duali *an mintzilsbaum* consulc. *Prume*, item jurnali *imme dale* consulc. *Emerico Bok*, item duali *an Ideburne pade*, item iii. jornalibus *an wormezir wege* consulc. filii *Susinheimeri*, item i. jornali *an willenreine* nebin den ses morgin domini *Cunonis* de *Laudinburg*, item i. jornali forne *an oberstedal* in via *Monzenheim* consulc. moniales de *Libenauwe*, item ii. iornalibus *hinden of oberstedal* consulc. monialibus de *himmilgarten*, de quibus vineis redditus x. solidorum hallens. cedent ecclesie in *Westouen* et plebano ibidem, in quorum recompensam redditus vii. vnciarum hallens., quos habeo super curiam dicti *Benen* in *Westouen*, ad dictum altare eciam

deputaui. Item simili modo sicut supra ad honorem dei omnipotentis et b. Thome apostoli perpetuam missam siue beneficium sacerdotale in dicta ecclesia ad altare b. Thome apostoli in ipsa ecclesia s. *Andree* constitutum instituo, dotans ipsum altare redditibus annuis, primo videlicet redditibus x. maldrorum siliginis, quos habeo in villa *Herlisheim*, quos dat *Cleselinus* dictus *Becherer* iunior, ciuis *wormat.*, de bonis suis ibidem sitis, item redditibus vii. maldrorum siliginis mihi cedentes de bonis meis in *Petdrinsheim* sitis et *Nycolao* dicto *Viltz* ibidem pro dictis redditibus per me locatis, item redditibus iii. maldrorum siliginis, quos dabit *Jacobus Brungesszere* de *Monsheim*, insuper do ad ipsum altare macellum meum per me emptum erga dictum *Heidilbergeren* pro lvi. libris hallens., item deputo decano et capitulo predictis in recompensam presenciarum perpetuo ministrandarum cappellano dicti altaris s. Thome redditus meos, videlicet redditus v. librarum, quos habeo super curia *ad templum*, item redditus ii. librarum hallens. super apotheca mea inter medias institas *wormat.* sita, item redditus ii. librarum hallens. super domo mea *zu paffeeckelmanne*, item redditus i. libre hallens. super domo mea *offe der lauwerbach* sita contigua domui dicti *Colhasin*, et volo, quod *Petrus* sacerdos, cappellanus in *Kirsegarten*, dictum beneficium habeat quoad uixerit, ipsoque *Petro* defuncto prefati domini ipsum beneficium vni tantum persone mihi in gradu seu linea consanguinitatis magis proximiori actu sacerdoti si inventus fuerit conferant vna vice etc. Preterea lego dictis decano et capitulo redditus i. libre hallens. in anniuersario meo super domo *offe der lauwerbach* predicta.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXI, in die b. Seuerini.

(Die Siegel der Wormser Richter und des Andreasstifts hängen wohl erhalten an.) Orig.

Digitized by Google

№ 865.

1321 (28. Oct.). Nouerint vniuersi, quod *Johannes* dictus *platinmaghere,* ecclesie s. *Johannis mogunt.* canonicus, et *Lypmodis*, mater eius, ob salutem animarum suarum commendatori et fratribus hospicii b. *Johannis jerosolimit.* in *Moguncia* domum et institam vnam, sitas inter inferiores apothecas iuxta *Bertradim* dictam *vynghelerin*, tradiderunt, quibus factis predicti *Johannes* et *Lypmodis* ab eisdem commendatori et fratribus domum et institam receperunt ad inhabitandum et utifruendum pro censu i. caponis in festo b. Martini predictis religiosis persoluendi, ad dies vite amborum duntaxat. Hec omnia facta sunt coram *Salmanno*, seculari judice ciuitatis *moguntine*, prefatis religiosis coram eodem judice mundiburdum constituentibus, scilicet *Ebirhardum* dictum *Cuvercinum,* ex parte ipsorum religiosorum borgantem.

Actum presentibus *Jacobo* sartore, *Thilmanno* budello ac aliis ciuibus *moguntinis* a. d. M.CCC.XXI, in die b. Symonis et Jude apost.

(Das Siegel ist abgeriffen.) Orig.

№ 866.

1321 (28. Oct.). Ich Nicolaus Paze ein Rithir von Sauwelnheim vnd Gerdrut Hildegeris dothir dez grozen vir jehin vns gen den herrin vnd dem Cappittel vomme Heylgen Cruze, daz vns keyne morge in ſauwelnheimer velde me zehent, wan die hie nach beſchreben ſint, zvm erſtenmale i. morgen hat vir Sophie vnd Johan Padenuzis eyden vnd Johan Kalhartis ſon vir zweytil, de do warin der Morin kinde vnd Heineman Zimmirman hat einen morge zv ende weſtirbergis vnd vir Milde einen halbin, Dylo Wolfin einen halbin, die do warin der Appenheimer kinde, vnd ii.

Digitized by Google

morgen, die do warin Hilbegeris dez Grozen vnd Dylo hern Gotzen son ii. morgen, die do warin des Sussekindis, vnd ii. zweyteil hern Herbort Ringis vnd i. zweyteil Berwelfis vnd iv. morgen, die warin hern Emerchin of der borch, vnd i. morgen Anzen von Heimersheim, i. halbin morgen Hvnen, Knobo i. halbin morgen, frauwen Hedewich von Flanbornin ii. morgen, die warin dez aldin Gotzmannis, vnd Hamman Gotzman ii. zweiteil acgeris, die warin Odeberin. Dirre vorg. morgen sal nit me noch minre sin wan zwenzich. Disen bescheyt hat gemath her Peter von Sauwelnheim. Hii by waz her Herman de schulmeister von dez vorg. cappitilswegen vnd her Arnolt von Lorchin, her Herman sin brvdir, her Wernher Stozel, Lebegenberch, Balze Schiltbergir, Zvnke, Herman Kepchin, Dylo Solzheimer vnd Hamman Gotzman. Zv einre bestedenunge dis bescheydis, so han wir gebeden einen fromen rithir hern Thomasen von Sauwelnheim disen brif besygelin, wan wir eygenis Ingesigelis nit in hattin.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXI, in die Symonis et Jude.

(Das Siegel ist an der Umschrift sehr beschädigt.)

Orig.

№ 867.

1321 (4. Nov.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* vniuersis cupimus fore notum, quod *Hedewigis* dicta *Margreuen* quondam begina *wormat.*, nata quondam *Werntzonis Margrauii*, ciuis *wormat.*, vendidit *Wernhero* de *Heppinheim*, prebendario ecclesie s. *Andree wormat.*, domum vnam in vico dicto *sterczirgaszen* in ciuitate *wormat.* sitam, quam nunc prefatus *Wernherus* inhabitat, vna cum censu fundi v. vnciarum hallens., qui singulis an-

Digitized by Google

nis de eadem domo prefate *Hedewigi* dabatur, pro vi. librarum hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXI, fer. iv. p. omnium sanctorum.

(Das Siegel hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 868.

1321 (6. Nov.). Uniuersis s. matris ecclesie filiis nos *Egidius* patriarcha *alexandrinus*, *Matthias* archiepiscopus *duracenus*, *Guilelmus* episcopus s. *Juste*, *Andreas* episcopus *terracinensis*, *Jordanus* episcopus *aceruensis*, *Stephanus* episcopus *lubucensis*, *Petrus* episcopus *narniensis*, *Guilelmus* episcopus ad partes tartarorum, *Egidius* episcopus *andrinopolensis*, *Guilelmus* episcopus *puteolanus*, *Franciscus* episcopus *ceuecensis* et *Zacharias* episcopus *suacinensis* salutem. Cupientes, vt capella b. Marie virginis constituta in ambitu ecclesie s. *Andree wormat.* congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam capellam in festiuitatibus infrascriptis, videlicet purificationis, annunciationis etc. causa deuocionis aut peregrinacionis accesserint, xl. dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus.

Dat. *Auinione* vi. die mensis nouembris a. d. M.CCC.XXI.*)

(Die Siegel der Aussteller hängen in rothem Wachse beschädigt an.) Orig.

№ 869.

1321 (13. Nov.). *Johannes* decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* recognoscimus, quod

---

*) 1322 (1. Juli) bestätigt Bischof Cuno von Worms sämmtliche der obg. Capelle verliehenen Ablaßbriefe. (Das Siegel fehlt.)

Digitized by Google

Wilhelmus de *Watlinheim* cantor, *Johannes* de *Dandestat* et *Johannes* de *Hentschushelm*, prebendarii, manufideles bone memorie quondam *Philippi* de *Flanburna*, decani ecclesie nostre predicte, eiusdem *Philippi* omnia bona in villis *Guntersblumen* et *Gymmesheim* sita, ad beneficium sacerdotale perpetue misse in altari s. Elizabet in ipsa nostra ecclesia constituto iure manufidelitatis per ipsos et dicti *Philippi* nomine institutum et eisdem bonis dotatum deputata, nobis et eidem nostre ecclesie assignauerunt, sic videlicet, quod dicti beneficii vicarius xxv. maldra siliginis de omnibus predictis bonis ante festum s. Galli singulis annis in recompensam presencie choralis, quam idem vicarius recipiet, nobis dabit et ante nostrum granarium presentabit.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in die b. Briccii epis.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 870.

1321 (18. Nov.). Tenore presencium innotescat, quod *Heilmannus zu Mumpasilir* clericus coram *Salmanno*, seculari judice *moguntino*, constitutus donauit et cum manu *Heinrici Lorcheri* sui mundiburdi resignauit omnia bona sua intra et extra *Mogunciam Elizabet*, matri predicti *Lorcheri*, ac suis pueris obtinenda, in hunc modum, quod eadem *E.* eundem *Heilmannum* tenere debet tamquam alios suos pueros in suis sumptibus propriis, sibique annis singulis iv. libras hallens. quamdiu vixerit dare debet, de quo censu idem *Heilmannus* respectum habebit ad x. maldrorum siliginis reditus, quos *Hannemannus ad pauonem* dabit, hoc prouiso, quod si ipsa *E.* hereditatem sibi per ipsum *Heilmannum* resignatam vendere decreuerit, quod extunc media pars curie *zum Lorchere* eiusdem *Heil-*

Digitized by

manni sit subpignus sic, quod si pueri ipsius *E.* post decessum eiusdem prefatum *Heilmannum* non tenuerint in expensis, quod extunc eiusdem curie medietatem loco hereditatis sue impetere, vendere aut obligare bene possit, pretacto quoque *Elizabet,* necnon *Hennekinus, Elsa, Greda* et *Katherina*, eius pueri, borgauerunt viceuersa similiter omnes condiciones predictas ratas et gratas obseruare, alioquin memoratus *Heilmannus* medietatem curie supradicte loco hereditatis sue impetere potest et debet.*)

Actum presentibus *Ingebrando* et *Emerchone uf er dydenporten*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XXI, fer. iv. a. d. b. Katherine virg.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 871.

1321 (27. Nov.). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Burchardus*, textor *wormat.* dictus *paffe* et *Elizabeth*, vxor eius, vendiderunt super domo sua, quam inhabitant, prout sita est *Wormacie* in loco dicto *in deme cratzewinckel* contigua curia episcopi *wormat.*, que dat annuatim x. vnciarum hallens. et ii. capponum *Getze*, filie *Gudelmanni* dicti *Elman*, ciuis *wormat.*, ementi annuos redditus v. solidorum hallens. pro iii. et dimidia libris hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXI, fer. vi. prox. p. d. b. Katherine virg., presentibus *Godelmanno* cultellifabro, vxore sua, et *Heinrico* de *Dirmestein* notario curie predicte.

(Das Siegel iſt beinahe ganz abgefallen.) Orig.

---

*) 1338 (14. Jan.) verkünden die Mainzer weltlichen Richter auf Anſuchen Weirichs, Kellermeiſters des Jakobsklоſters zu Mainz, den dritten Bann „super curia *zum Lorcher* prope curiam quondam *Gerlaci Krieger* iuxta portam *Dydonis* sita.“ (Die Siegel ſind abgeſchnitten.)

Digitized by Google

№ 872.

1322. Judices *wormat.* profitemur, quod constitutus coram nobis *Herbordus* de *Laudenburg*, prebendarius s. Laurencii in ecclesia *wormat.*, domum suam dictam *ad Rorhus* extra nouam portam, qua itur *Libenauwen*, suis pauperibus congratis et post ipsos aliis deputauit indigentibus ad inmorandum, forma tamen subnotata, videlicet ut inter omnes predicti altaris Laurentii prebendarius senior in introitu predictam domum in sua habeat potestate et in ea tres honestas matronas locet, ut eam inhabitantes pro se et suis benefactoribus dominum interpellent, volo eciam, ut quamdiu de mea parentela aliqua persona habilis inueniatur, aliis omnibus preferatur.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII.

(Das Siegel der Richter fehlt.) Orig.

№ 873.

1322 (9. Febr.). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Nicolaus*, filius quondam *Metze* dicte *Gudingen*, mulieris *wormat.*, recognouit, dictam *Metzam*, eius matrem, legasse parrochie ecclesie s. *Magni wormat.* ac plebano et sociis eiusdem parochie annuos redditus i. maldri siliginis super domo sua sita *Wormacie* ex opposito domus *dicte Isenburg* in vico lane prope domum dictam *zume horunc* pro anime sue remedio.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII, fer. iii. prox. p. d. b. Agathe, presentibus *Jacobo Bolender, Heilmanno* dicto *Mulnheimer, Henlino Ruckelman, Fritzone Richter*, ciuibus *wormat.*

(Das Siegel hängt zerbrochen an.) Orig.

Digitized by

№ 874.

1322 (5. April). Ich brudir Helfrich kummendur von Rudencheim, der des meiſterers ſtat heldet in der Michelen balye, dun kunt, daz ich den dutſchen herren von Flerſheim zu kauffe han gegeben ein halb maldir eweges korngeldes vmme v. ſchyllinge iii. punt hellere, daz iſt gelegen in der marke zu Weſthoven.

Geb. u. G. geb. m.ccc.xrii, an dem mandage nach deme palmedage.

(Das Siegel des Ausſtellers fehlt.) Orig.

№ 875.

1322 (21. April). Nos *Heinricus* de *Rodenstein* camerarius, *Emercho* sculthetus, *Nycolaus, Salmannus, Volgmarus* et *Thilmannus,* judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXII, fer. iv. prox. p. quasimodogeniti abbatissa et conuentus cenobii in *Dalen* super reditibus ix. solidorum den. col. super domo *Syplonis* textoris in vico textricum iuxta domum dictam *zur Rosen* sita, necnon super dimidie marce reditibus super domo magistri *Alexandri* textoris ex opposito parrochie s. *Heymerami,* item super redditibus dimidie marce den. colon. super duabus domunculis retro curiam dictam *zum wedegower* sitis, quarum vnam *Gotzo* de *Seilvort* et *Nycolaus* de *Ruzelnsheim* possident, in hunc modum, quod iidem reditus post obitum *Elizabet zur Somerwunnen* ad *Agnetem* filiam eius, monialem in *Dalen*, deuoluantur, item super i. marce den. colon. reditibus super domo *Willekini*, piscatoris in *Selhouia,* quam *Hannemannus* dictus *Rumpinheimer* inhabitat, soluendis, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmate extiterunt.

(Die Siegel der Ausſteller hängen gut erhalten an.)

Orig.

Digitized by Google

№ 876.

1322 (19. Mai). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod *Fridericus* dictus *Heuerer* de *Werstad* suo et omnium heredum et liberorum suorum nomine, videlicet *Johannis*, *Nicolai*, *Philippi*, *Petri* et *Wenzonis*, fratrum, filiorum suorum, necnon *Johannis*, generi sui, presencium et in infrascriptum contractum expresse consenciensium, necnon *Hennekinus*, filius *Arnoldi* dicti *an der Bach* de *Werstad* et *Jutta*, vxor eius, item *Arnoldus* predictus et *Jutta*, vxor eius, item *Petrus* dictus *Godebold* et *Margareta*, vxor eius, in presencia *Waltheri* de *Hersfeldis*, notarii nostri iurati ad hoc a nobis deputati specialiter, constituti recognouerunt dictus *Fridericus* nomine quo supra annuam pensionem iv. maldrorum tritici pro xxviii. libris hallensium, dictus *Hennekinus* et *Jutta*, coniuges, annuam pensionem ii. maldrorum tritici pro xiv. libris hallensium, item *Arnoldus* et *Jutta*, coniuges, annuam pensionem i. maldri tritici pro vii. libris hallensium, item *Petrus* et *Margareta*, coniuges, annuos redditus ii. maldrorum tritici pro xiv. libris hallensium se vendidisse dominis capituli ecclesie *moguntine* ad communes presencias chori ecclesie *moguntine* per manufideles quondam *Petri* dicti de *Lapide*, dicte *moguntine* ecclesie vicarii, in remedium sue anime conuertendos et promiserunt dictas pensiones pro parte quoslibet contingente singulis annis in festo b. Remigii prefatis dominis ad granarium ipsorum in *Moguntia* tradere, obligantes dictis dominis ad maiorem certitudinem solutionis pensionum predictorum *Fridericus Heuerere* pro se bona infrascripta, primo videlicet vffme niderfelde *ofme soltzheimere wege* i. juger terre arabilis et i. juger et dimidium contigua, item *ofem berge* i. juger cum dimidio terre arabilis tendencia super vineas, item in superiori campo *amme Ensenheimere wege* ii. jugera terre arabilis, item

Digitized by Google

ii. jugera et i. quartale terre arabilis *an wachmunder wege*, item *Hennekinus* et *Jutta* talia bona, videlicet in inferiori campo in *Michelndal an binger wege* iv. jugera terre arabilis, item *Arnoldus* et *Jutta* talia, videlicet in superiori campo ii. iugera tendencia *an den Odernheimer weg* ex alia parte crucis, item *Petrus* et *Margareta* talia, videlicet primo in superiori campo ix. quartalia terre arabilis *vffe der mulde*, item i. juger *zu Langenwande*, item i. juger *in dem wilre*, item in inferiori campo vii. quartalia terre arabilis *in der kymmeln*, quorum jugerum sic per ipsum *Petrum* obligatorum quodlibet soluit dominis predictis pro censu annuo i. colon. exceptis ii. octalibus supradictis titulo subpignoris, que quidem bona *Fridericus Heuerere*, *Hennekinus* et *Arnoldus* ac eorum vxores coram sculteto et scabinis ville *Werstad*, ipsi vero *Petrus* et *Margareta* coram sculteto et hubariis ville *Sultzheim* in iudicio publice resignarunt, prout ibidem consuetudinis est.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII, xiiii. kalendas junii.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.) Orig.

№ 877.

1322 (24. Mai). Jvdices s. *magunt̃ine* sedis recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Sophya*, relicta quondam *Cunradi* dicti de *Odirnheim* quondam sculteti in *Algensheim*, et *Paulus* ac *Herwicus*, fratres, filii eiusdem *Sophie*, pro se et suis heredibus sunt confessi, se vendidisse bona infrascripta sita in terminis ville *Algensheim Heilmanno*, vicario ecclesie *magunt.*, pro xix. libris hallensium, quorum bonorum situm dicebant hunc esse, videlicet in inferiori campo ville *Algensheim* predicte ii. jugera terre arabilis *in der snylzen* iuxta *Erfonem*, item v. quartalia *in deme Bynger wege* apud monachos in monte s. *Johannis*, item i. duale *bi der dych baich bi*

Digitized by Google

der wydenhuben, item i. duale iuxta ripam penes *Johannem* clericum, item i. juger cum dimidio penes v. quartalia sanctimonialium s. *Clare*, tendencia in superiori parte in xviii. jugera dominorum s. *Johannis* in monte, item i. juger cum dimidio tangens prescriptum juger, item iii. jugera penes *Karulum*, militem de *Ingelnheim*, tendencia *vber den Rytweg*, item in superiori campo ville *Algensheim* i. juger *an dem wynheimer wege* iuxta moniales s. *Clare* de *Maguncia,* item inferius parum i. duale penes *Karulum* militem predictum, que quidem bona prefati venditores coram sculteto et scabinis in iudicio seculari dicte ville *Algensheim* se resignasse et ipsi *Heilmanno* tradidisse dicebant. Iidem venditores bona eadem pro se et suis heredibus a predicto *Heilmanno* ipsis locante conduxerunt iure hereditario pro pensione annua i. marce denariorum colon. iii. hallens. pro denario quolibet computatis.

Act. a. d. M.CCC.XXII, ix. kalendas junii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt beſchädigt an.)

Orig.

№ 878.

1322 (11. Juni). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Heinricus* dictus *Rosa* et *Conradús* dictus *Jost,* vicarii ecclesie *wormat.*, vendiderunt census x. solidorum hallens. super domo eorum lignea seu curia dicta *zume Josthe* ex opposito *Wilhelmi zume rodencrutze*, contigua domui *Jacobi* dicti *faber*, prebendarii ecclesie *wormat.*, cappellanis altaris s. Laurencii in ecclesia *wormat.* constituti pro x. libris hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXII, in die b. Barnabe apost., presentibus *Theoderico* de *Hambach* et magistro *Wymnaro*, prebendariis ecclesie, ac magistro *Heinrico* de *Erphach*

Digitized by

canonico ecclesie *wormat.* et *Heinrico* de *Dirmestein* notario curie predicte.

(Das Siegel ist abgefallen.) Orig.

№ 879.

1322 (17. Juni). Judices s. *maguntine* sedis. Recognoscimus, quod in nostra constituti presencia *Jacobus* carnifex de *Werstad*, *Heinricus* dictus *Stumme* de *Werstad* et *Wernherus* dictus *of dem wasen* eciam de *Werstad* recognouerunt, se vendidisse *Wolframo* sacerdoti, capellano monasterii s. *Agnetis maguntini*, annuam pensionem, videlicet dictus *Petrus* ii. maldrorum siliginis, mensure maguntine, et *Heinricus* iii. maldrorum, *Wernherus* vero i. maldri, quam siliginem ipsi predicto *Wolframo* aut suis posteris presentabunt infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis in ciuitate *maguntina*, subpignorantes infrascripta jugera terre arabilis sita in terminis ville *Werstad* predicte, primo i. juger *vber stede burne*, item i. juger, que vadit vltra viam, que dicitur *Geispisheimer weg*, item i. juger *an dem Ennesheimer wege*, item i. juger *vber vndeborne* et ista jugera sunt subpignora *Jacobi* carnificis predicti pro pensione ii. maldrorum prescriptarum, item vi. jugera *an Eychentucher marke*, que fuerunt dicti *hasensprungis* et ista jugera sunt subpignora *Heinrici* dicti *Stumme*, item v. quartalia *zu winkel* et duale *of leingrube* et ista jugera sunt subpignora *Wernheri* dicti *of dem wasen*.

Act. a. d. M.CCC.XXII, xv. kalendas julii.

(Das Siegel der Aussteller ist beinahe abgefallen.)

Orig.

Digitized by Google

№ 880.

1322 (30. Juni). Nos *Heinricus* de *Rodinstein* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nycolaus, Salmannus, Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *mogun-tini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXII, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. abbas et conuentus monasterii *eberbacensis* super i. marce den. colon. redditibus super domo dicta *zume Clottere* eisdem soluendis, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmati extiterant.

(Die Siegel der Aussteller hängen unversehrt an.)

Orig.

№ 881.

1322 (11. Juli). Custos, totumque capitulum ecclesie s. *Pauli wormat.*, vacante decanatu, recognoscimus, quod *Emercho* dictus *Boc*, prebendarius ecclesie nostre, ordinauit ob sue et suorum parentum animarum salutem, quod nos de omnibus redditibus, fructibus et obuentionibus presencie ecclesie nostre ix. maldra tritici et i. dimidiam minam tenemur singulis annis assignare et dicte presencie expensas procurare, quod de dicto tritico cuilibet sacerdoti summam missam in summo altari nostre ecclesie celebranti quolibet die vnus panis albus prebendalis, qui wlgo *ein rochentze* appellatur, in perpetuum assignetur. In cuius tritici recompensam dictus *Emercho* nobis lx. libras hallens. tradidit, quas in comparacionem reddituum annuorum xii. maldrorum siliginis super bonis *Cunzelini* de *Randecke* militis, in *Northeim* villa sitis, nos conuertisse presentibus profitemur. Recognoscimus insuper, quod dictus *Emercho* redditus annuos x. maldrorum siliginis, quos super pistrino magistri *Cunradi* de *Hallis* habet, item vi. maldrorum redditus siliginis, quos super curia *Jacobi* dicti *zume hellecraphen*

Digitized by Google

habet, item x. vnc. et viii. hallens. censualium, quas in strata lapidea habet, quas relicta quondam *Ruthardi* de *Kircheim* dat, ecclesie nostre contulit.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, v. idus julii mensis.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.) Orig.

№ 882.

1322 (16. Aug.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* constare cupimus, quod in nostra sub a. d. M.CCC.XXII, crast. assumpt. b. Marie virg. constituti presencia *Lupoldus* et *Alheydis* dicta *Husa*, coniuges, ciues *wormat.*, vendiderunt annuum censum x. solidorum hallens. super duabus domibus coniugum eorundem wlgariter dictis *zu dem arn* ante portam s. Martini extra muros *wormat.* sitis, contiguis ex vna parte domui dicte *zu dem swertle*, ex alia vero parte domui dicte *strichusiln* mulieris *wormat.*, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro viii. librarum hallensium.

Actum presentibus *Johanne* de *Danstat*, *Gernodo* dicto *Spirer*, prebendariis ecclesie s. *Andree wormat.* et *Nycolao* tabellione curie nostre.

(Das Siegel hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 883.

1322 (14. Sept.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* constare cupimus, quod *Jacobus* dictus *herbist* macellarius et *Elyzabet* eius vxor, ciues *wormat.*, vendiderunt annuum censum ii. librarum hallens. super domo coniugum eorundem, quam nunc inhabitant, dicta *ad Sygelonem* textorem juxta ripam *dictam jchirbach* sita, contigua domui dicte *zu dem assilnheymer*, decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro xxvii. libris et v. solidis hallensium.

Digitized by Google

Act. a. d. M.CCC.XXII, ipso die exalt. s. crucis, testibus *Johanne* de *Danstat*, *Gernodo* dicto *Spirer*, sacerdotibus, prebendariis ecclesie s. *Andree* predicte ac *Nycolao* tabellione curie nostre.

(Das Siegel hängt unverſehrt an.) Orig.

№ 884.

1322 (31. Oct.). Nos decanus, totumque capitulum ecclesie s. *Andree wormat.* Statuimus et ordinamus, vt quiuis canonicus, qui deinceps consecutus fuerit canonicatum et prebendam in ecclesia nostra predicta, nullo modo sibi vendicet vocem in nostro capitulo, nisi prius steterit conplete in studio generali priuilegiato per sedem apostolicam per biennium continuum uel nisi conpleuerit annum etatis sue tricesimum tempore, quo consecutus fuerit canonicatum et prebendam predictos. Preterea statuimus, ut quicunque in posterum in ecclesia nostra consecutus fuerit preposituram, decanatum, thesauriam, scolastriam seu cantoriam a tempore, quo pacificam possessionem sue prelature seu personatus habuerit, infra mensem teneatur tradere ad cameram ecclésie nostre predicte viii. libras hallens., cum quibus ematur cappa serica sibi induenda in debitis festiuitatibus, si quis autem contra fecerit, voce careat capitulari nec sibi tamquam periuro quicquam ministretur de fructibus seu prelature uel personatus quousque suum reatum emendet et viii. libras hallens. camere ecclesie nostre predicte persoluat.*)

Act. a. d. M.CCC.XXII, in vigilia omn. sanct.

(Die Siegel der Ausſteller und des Biſchofs von Worms hängen wohl erhalten an.) Orig.

---

*) Am 20. Dez. deſſelben Jahres beſtätigt Biſchof Cuno von Worms vorſtehendes Statut.

Digitized by Google

№ 885.

1322 (1. Dec.). Nos frater *Wernherus* prior, ceterique fratres ordinis *predicatorum* domus *mogunt.* recognoscimus, nos a *Christiano* dicto *zu Boxberg*, ciue *moguntino*, recepisse annuos redditus viii. solidorum colon., qui dantur singulis annis super domo quadam prope curiam *im marschalke,* in loco, qui dicitur *in me capilhoue*, sita, ita, quod predicti redditus peragendis anniuersariis predicti *Christiani*, patris ac matris, omniumque progenitorum suorum deseruiant annuatim.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII, in crast. b. Andree apost.

Orig.

№ 886.

1322 (22. Dec.). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod in nostra constituta presencia *Elyzabet* dicta *Fvllerin* de *Woluişheim* vendidit decano et capitulo ecclesie s. *Stephani maguntine* redditus i. maldri siliginis ipsis dominis assignandam singulis annis infra duo festa assumpcionis et natiuitatis b. virginis in ciuitatem *maguntinam* ante domum, quam ipsi domini voluerint, obligans predictis dominis pro debita solucione dicte pensionis facienda titulo subpignoris infrascripta jugera terre arabilis, videlicet ii. jugera sita in terminis ville *Woluisheim* in loco dicto *hvttebule*, que appellantur jugera s. *Victoris*, item medium juger vinearum situm ibidem, eligendo pro se, *Elizabet* et *Demude,* filiabus suis ac heredibus vniuersis, quod si ipsa aut eius filie seu heredes in solucione vllo vmquam tempore in prefato termino remissa fuerit seu remissi fue-

Digitized by Google

rint, predicti domini prefata subpignora sibi assumere valeant et cum eis disponere pro sue libito voluntatis. *)

Act. a. d. M.CCC.XXII, xi. kalendas januarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 887.

1322 (23. Dec.). Judices curie *wormaliensis*. Recognoscimus, quod ***Franco***, armiger de ***Westhouen*** et ... vxor eius in nostra presencia constituti vendiderunt annuos redditus ii. maldrorum siliginis, wormat. mensure, super ii. jornalibus vinearum *an wideme hube*, consulcanea relicta quondam ***Henrici Freuel*** uersus villam et ***Irsuti*** comites uersus campum, item i. jornali *amme holczwege*, consulcanea relicta quondam ***Heinrici Gotzheln*** de ***Wormacia*** uersus villam et ***Merkelinus Lannsbuch***, ciuis *wormat.*, versus campum, item i. iugere terre arabilis *am wellinreine*, consulcaneus ***Franco*** predictus uersus ***Renum*** et ***Gudelmannus Nuszbuszeln*** uersus uillam, item dimidio iugere *ame crutzdale* consulcaneus ***Hermannus*** de ***Hohenvels***, decano et capitulo ecclesie s. ***Martini wormat.*** pro xii. libris hallensium, ita sane, quod si dicti coniuges uel eorum heredes ullo vncquam tempore in solucione dic-

---

*) An demſelben Tage verkaufen in gleicher Weiſe Orto, der Sohn Ortos von Waldertheim und ſeine Gattin Eliſabeth dem Stephansſtifte in Mainz 2 Malter Korngülte auf Gütern zu Wolfsheim „primo videlicet ii. jugera sita ex alia parte s. *Antonii*, item medium juger iuxta crucem apud *Wentzonem* dictum *Prudenere*, item iv. quartalia cum dimidio, que tendunt ad vineam *Wentzonis* dicti *Albrant*, item i. quartale cum dimidio *zu wilre*, que soluet pueris *Albrandi* ii. denarios *maguntinos*.“ (Das Siegel der Mainzer Richter iſt fallen.)

Digitized by Google

torum reddituum negligentes inuenti fuerint, ex tunc dicti domini prescripta bona in iudicio seculari uille *Westhouen* coram sculteto et scabinis ibidem tamquam subpignus subleuent eo modo, quo dicitur wlgariter *ofholen.**)

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXII, fer. v. prox. p. d. b. Thome apost.

(Das Siegel der Ausſteller iſt abgefallen.) Orig.

№ 888.

1323 (23. Jan.). Judices s. *moguntine* sedis recognoscimus, quod *Elyzabeth*, collateralis *Philippi*, filii *Anzonis* dicti *zume Blashofe*, ciuis *mogunt.*, in nostra presencia constituta promisit fratres ordinis *carthusiensis* in quibusdam bonis sitis supra *Filzbach* in littore *Reni* extra muros *maguntinos*, videlicet in vna domo et redditibus iii. librarum hallens. per dictum *Philippum* predictis fratribus pro lx. marcis den. colon. venditis, non impedire nec molestare quouismodo.

Act. a. d. M.CCC.XXIII, x. kalendas februarii.

(Das Siegel der Ausſteller hängt unverſehrt an.)

Orig.

---

*) 1323 (28. März). Gleicher Verkauf von 4 Malter Korns durch Jacob gen. von Mundenheim Wäppner und Irmengard ſeine Gattin, wohnhaft in Weſthofen und verunterpfändet auf Güter in Weſthofen „iv. jugeribus in vno sulco sitis *an Stollen wingartden* consulcaneus *Heinricus Holtzappel*, ciuis *wormat.*, uersus *Renum* et domine de *Libenawe* versus *dorresperg*, item iii. jornalibus vinearum sitis *ame hauge* consulcanei heredes *Emerchonis zum Hauge* uersus *dorresperg* et *Germanus zum Hauge* uersus *Renum.*“

Digitized by Google

№ 889.

1323 (28. Jan.). Officialis prepositi s. *Johannis mogunt.* recognoscimus, quod cum *Wernherus*, abbas monasterii s. *Jacobi* extra muros *moguntinos*, ad quem ius patronatus seu presentandi rectorem ad ecclesiam parrochialem in *Eyche* infra terminos prepositure s. *Johannis* pretacte consistentem quando vacat dinoscitur pertinere, vacantem ex libera resignacione *Nycolai* dicti de *Munczche*, olim ipsius ecclesie rectoris, *Petrum* clericum suum prefato preposito seu nobis eius nomine presentauerint et de ipsa ecclesia petiuerint inuestiri, nos presentibus decernimus, eundem *Petrum* tamquam habilem et ydoneum ac a vero pastore canonice presentatum de dicta ecclesia fore inuestiendum et super hoc ad prefatum prepositum ipsum remittimus, vt ipsum inuestiat de eadem.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, v. kalendas februarii.

(Das Siegel des Ausstellers ist sehr beschädigt.)

Orig.

№ 890.

1323 (20. Febr.). Vniuersis etc. frater *Johannes* prior, totusque conuentus fratrum ordinis b. *Marie de monte carmeli* domus *Moguncie* recognoscimus, quod nos vendidimus *Henrico*, custodi ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos*, omne jus et dominium, quod habuimus aut habemus supra duas domos quondam *Petri* barbitonsoris dictas *zu dem engen durlyn* in *Moguncia*.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, dominica reminiscere.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.)

Orig.

Digitized by

№ 891.

1323 (11. März). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Jacobus* dictus *baumhauwer* et *Margareta* vxor sua confessi sunt, se annuos census vii. solidorum hallens., quos habere se asseruant super domo *Bertholdi Meszersmit* sita *Wormacie* in vico *spurer gaszen* contigua domui quondam *Orthonis Berminder* ex parte superiori vendidisse decano et capitulo ecclesie s. *Martini wormat.* pro vi. libris hallensium.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, fer. vi. prox. p. letare.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 892.

1323 (6. April). Nos *Heinricus* de *Rodinstein* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXIII, fer. iv. prox. p. quasimodogeniti abbatissa et conuentus cenobii sanctimonialium in *Dalen* super redditibus i. marce den. colon. super hereditate dicta *zum Hunger* prope curiam *zum holdirbaume* contigua ex opposito domus *Arnoldi* diuitis iuxta hereditatem *Rudigeri* dicti *Kelbichen* sita tercium bannum conquisiuerunt et a nobis confirmate extiterant.

(Von den 6 Siegeln hängt nur das erste und vorletzte noch unversehrt an.) Orig.

№ 893.

1323 (22. Juni). Tenore presencium innotescat, quod *Demudis zv Filzbach* commorans coram *Salmanno*, seculari judice *moguntino*, constituta donauit domum vnam, que fuit quondam *Begtolfi* lapicide, sitam prope *Ditzonem*

Digitized by Google

de *Hexheim Moguncie* in fossato, *Thilmanno* de *Miln*, custodi ecclesie s. *Marie ad gradus mogunt.*, non sibi, sed ecclesie sue predicte.

Actum presentibus *Petro* de *Speculo*, magistro *Heinrico* operario ad gradus predictos, *Heilmanno Ditzemanno* et *Henneckino* lapicidis, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XXIII, fer. iv. a. f. nativ. b. Johannis bapt.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 894.

1323 (22. Juni). Nos *Heinricus* de *Rodinstein* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXIII, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. abbas et conuentus monasterii de *Eberbach* super hereditate ac bonis vniuersis, per quondam *Petrissam ad auream libram* relictis, duobus bannis suis rite conquisitis, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmati extiterant. Hereditas autem inferius apparebit, primo videlicet curia et domus dicta *zur guldenin wagen*, cum quadam domo parua adiacente, quam *Hannemannus* de *Gunse* sutor inhabitat, item domus dicta *zum Glockingizere* soluit pro censu i. marcam den. colon. *Thome* de *Sawilnheim* militi et v. solidos col. den. *Thine zume Walderthemer*, item domus contigua predicte domui *zum Glockingizere*, quam *Heilmannus* dictus *Cleynsule* inhabitat et domus contigua eidem domui, quam *Conradus* sutor possidet, necnon domus contigua monialibus in *Dyfindail*, item domus eciam contigua predictis domibus, in cono, in loco, qui dicitur *uf me Lychoue*, item due domus site in foro gentili iuxta curiam dictam *ad ari-*

Digitized by

dem arborem ex opposito fabrice, quam quondam magister *Heinricus* de *Zabirn* dinoscitur possedisse.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 895.

1323 (29. Juni). Nos *Emercho* scultetus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXIII, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. *Jacobus*, nepos *Meistermanni*, super domo sita prope domum dictam *zum Sluzzele* superius contigue inter *salzkasten*, tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus extitit.*)

(Von den Siegeln der vorg. Richter hängt nur das zweite und dritte noch an.) Orig.

№ 896.

1323 (29. Juni). Nos *Emercho* scultetus, *Nycolaus*, *Salmannus*, *Volgmarus* et *Thulmannus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXIII, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. *Gernodus*, modiator dominorum *eberbacensium*, super domo dicta *zum Beumenhuz* inferius *an Homberg* in loco, qui dicitur *in me capilhove*, sita tercium bannum suum conquisiuit et a nobis confirmatus extitit.

(Das dritte und vierte Siegel fehlt.) Orig.

---

*) 1333 (30. Juni) verkündigen die Mainzer weltlichen Richter auf Nachsuchen des Jacobsklosters in Mainz den dritten Baun „super curia dicta *ad antiquam altam domum* in *Selhouia Moguncie* sita, item super curia *ad clauem* predicte domui contigua.“ (Die Siegel hängen unversehrt an.)

Digitized by Google

№ 897.

1323 (4. Aug.). Nos frater *Engelboldus* abbas, totusque conuentus monasterii *schonaugensis*, *wormat.* diocesis, profitemur, quod de consensu abbatis *eberbacensis*, nostri visitatoris, propter nostram necessitatem vendidimus annuos census iii. librarum hall., quos super curia quondam *Werntzonis Dirolfi* sita *Wormatie* in vico *walegasse* ex opposito dicti *petzefaden* cedentes habuimus, decano et capitulo ecclesie *wormat.* pro lvii. librarum hallensium.

Dat et act. a. d. M.CCC.XXIII, fer. v. p. d. b. Nazzarii et soc. eius.

(Das Siegel iſt abgeſchnitten.) Orig.

№ 898.

1323 (30. Aug.). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* profitemur, quod *Fritzmannus* dictus *Birsleder* nauta et *Yrmengardis* eius vxor, coniuges *wormat.*, in vado commorantes recognouerunt, se vendidisse redditus annuos iv. vnciarum hallens. decano et capitulo ecclesie s. *Andree wormat.* pro iv. libris cum v. solidis hallens., quos quidem iv. vnc. redditus *Rudegerus* dictus *Auman* et *Hewigis* dicta *Hunremengern*, fratria *Rudegeri* prenotati, de domo sua ibidem in vado sita dabunt ipsis decano et capitulo. Insuper vendiderunt dicti coniuges redditus annuos ii. maldrorum siliginis decano et capitulo ecclesie s. *Andree* pro xii. libris hall., confitentes, se domum suam, quam ipsi coniuges inhabitant, situatam in loco, qui wlgariter *offe deme Reyne* nuncupatur, domino *Heinrico* dicto *Crvtsag* seniori in xx. hallens. censualem, vna cum horreo contiguo domui *Henelini* dicti *Decker*, cuius census pro certitudine maiori solucionis reddituum ii. maldrorum siliginis ipsis decano et capitulo facienda pro subpignore obligasse coram nobis.

Digitized by

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXIII, crast. decoll. b. Johannis bapt., presentibus *Johanni* de *Danstat*, *Gernodo* dicto *Spirer*, prebendariis ecclesie s. *Andree* predicte, *Symoni* rectori scolarum eiusdem ecclesie, *Cunrado* dicto *Smaltz* clerico et *Arnoldo* tabellione nostre curie.

(Das Siegel hängt unbeschädigt an.) Orig.

№ 899.

1323 (1. Sept.). I. n. d. a. Sentiant vniuersi, quod *Reynoldus* dictus *Hune* et *Katherina* vxor sua, ciues *moguntini*, coram *Scherpelone*, seculari judice *moguntino*, constituti de bonis eorum vniuersis ordinacionem, que *Truwenhant* wlgariter dicitur, talem fecerunt, quod quicunque eorum alteri superuixerit predicta bona, quamdiu in viduitate permanserit, pacifice debeat possidere et de ipsis ordinare iuxta sue libitum voluntatis. Predicti quoque coniuges legant reditus dimidie marce den. colon., quos super domo dicta *zur gruben* sita iuxta curiam *ad aridam arborem* habere dinoscitur, monialibus cenobii in *Dalen* pro anniuersario ipsorum iugiter peragendo.

Actum presentibus *Jacobo zum Bicke* sententiam proferente, *Eber.* domicello de *Gudinberg*, *Petro* dicto *Lutterere*, *Craftone* lapicida, *Petro* de *Hattinberg*, *Johanne zum Rabenolde*, *Hannemanno* potone, *Hannemanno* dicto *Slich*, *Arnoldo* de *Sarmisheim*, *Gysilberto zum Lugiln* et *Conrado* genero suo, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XXIII, fer. v. p. decoll. s. Johannis.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 900.

1323 (22. Sept.). *Mathias* dei gracia s. *moguntine* sedis electus et consecratus. Dilectis in Christo abbatisse et

Digitized by Google

conuentui monasterii sanctimonialium in foro gentili *moguntino* salutem. Diuinum nostris cultum temporibus cupientes augeri, dotationem altaris omnium sanctorum in vestra ecclesia pio mentis affectu discreti viri *Wernheri* dicti *Rorhemer* pro sustentacione duorum sacerdotum ibidem factam, ratam et gratam habere volentes ipsam auctoritate nostra ordinaria presentibus confirmamus.

Dat. in villa *Wallaffen* x. kalendas octobris, a. d. M.CCC.XXIII.

(Das Siegel hängt sehr beschädigt an.) Orig.

№ 901.

1323 (10. Oct.). Nouerint vniuersi, quod *Emmelmannus zum Flecke*, ecclesie *moguntine* vicarius, coram *Volgmaro*, seculari judice *moguntino*, constitutus donauit et per manum *Volzonis*, filii *Metze ad lombardum*, resignauit reditus vii. solidorum den. colon. super vna domo contigua domui dicte *zum Buntenmantele*, necnon reditus vi. solidorum den. colon. super domo vna in orto cerusorum sita ex opposito curie dicte *zum hasinscharte* decano et capitulo ecclesie s. *Victoris* extra muros *moguntinos*, quod iidem domini ecclesie s. *Victoris* memorate pretactos reditus pro presenciis inter se distribuant ac anniuersarium quondam bone memorie *Johannis* dicti *Ruscolbe*, ecclesie *moguntine* vicarii, peragant annuatim.

Actum presentibus *Lodewico* de *Rota*, *Thilone* de *Modo* et *Th. ad Rotam*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XXIII, fer. ii. a. d. b. Galli.

(Die Siegel fehlen.)

Orig.

Digitized by

№. 902.

1324. Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod cum *Wernherus* dictus *Rorheimere,* ciuis *mogunt.*, de bonis suis in parochiali ecclesia *inferioris* ville *Olmene* altare s. Katherine ibidem de consensu custodis, cantoris et capituli ecclesie *mogunt.*, necnon altare omnium sanctorum monasterii s. *Marie Magdalene* in foro gentili *Moguncie*, accedente ad hoc consensu abbatisse et conuentus monasterii eiusdem, dotare decreuisset in sue ac omnium progenitorum suorum animarum remedium, prefatus *Wern.* in nostra presencia recognouit, se coram sculteto et scabinis *superioris* et *inferioris* villarum *Olmene* publice resignasse omnia bona sua, videlicet curias, domos, possessiones, jugera vinearum et terre arabilis, prata, pascua, census, redditus, obuenciones sitos in terminis villarum *superioris* et *inferioris Olmene* predictarum cum vniuersis suis pertinenciis in hunc modum etc. Item bona prescripta censum dabunt singulis annis in festo b. Martini vi. solidos hallens., item in festo pasche vi. solidos hallens. domino *moguntino*, item preposito ecclesie *moguntine* solidum hallens. in festo b. Martini, item *Volzoni* armigero iii. hallens. in festo b. Martini et iii. hallens. in festo pasche. Insuper sepedictus *Wern.* ordinauit, cappellanos ante omnia debere perpetuum lumen, quod in ecclesia parochiali *inferioris Olmene* die noctuque incessanter ardebit de bono et recenti oleo de dictis bonis equaliter procurare. Porro abbatissa et conuentus ac plebanus in *inferiori Olmena* eisdem cappellanis libros, calices ac alia ad diuinum ornatum spectancia ministrabunt. In quorum omnium testimonium nos judices prefati sigillum nostrum vna cum sigillis *Wilh.* abbatis monasterii *eberbacensis* ac *Got.* custodis, *Ebirh.* cantoris ecclesie *moguntine*, necnon *Lyse* abbatisse et conuentus

Digitized by Google

monasterii s. *Marie Magdalene* predictorum duximus appendendum.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXIII.

(Die Siegel hängen unbeschädigt an.) Orig.

№ 903.

1324 (14. Febr.). Judices curie *wormaciensis* recognoscimus, quod *Johannes* dictus *Lange* et *Katherina* uxor eius, ciues *wormat.*, in nostra presencia constituti recognouerunt, quod licet abbatissa et conuentus sanctimonialium monasterii in *Nonnenmonster* prope muros *wormatienses* x. iugera agrorum campestrium et i. quartale ac ii. iugera vinearum sita in terminis uille *Peffelnkeim* et *Peldernsheim*, que dicti coniuges ab ipsis religiosis iure hereditario possiderunt, pro certa ipsis abbatisse et conuentui per dictos coniuges pensione neglecta sustulisset.

Acta sunt hec presentibus *Theoderico* de *Meckenheim* decano ecclesie *wormat.*, *Johanne* prouisore monasterii in *Nonnenmonster* predicti et *Heilone* de *Abinheim*, presbiteris *wormat.*, *Gozzmaro* prouisore *hospitalis noui wormat.* et *Hanemanno* dicto *Elman* ciue *wormat.*

A. d. M.CCC.XXIIII, in die b. Valentini mart.

(Das Siegel der Aussteller hängt unverfehrt an, das des vorg. Johannes Lang fehlt.) Orig.

№ 904.

1324 (24. Febr.). Jvdices curie *wormat.* vniuersis cupimus fore notum, quod *Johannes* dictus *Bonne* clericus, yconomus seu sindicus monasterii in *Nunnenmunstir* extra muros *wormacienses* recognouit, quod abbatissa et vniuersis monialibus monasterii predicti sepius congregatis

in loco capitulari ipsius monasterii, dicta abbatissa proposuerit coram eis, quod cum occasione magni debiti et necessitatis maximeque vtilitatis monasterio suo expediret, vt haberetur pecunia numerata vsque ad summam clxxi. cum dimidia librarum hallens. prouiderent ipse et deliberarent, vnde dicta pecunie quantitas et ex vendicione quarum rerum commodius posset haberi, igitur monialibus vniuersis propter hoc sepius diligentissime deliberantibus, maximo temporis interuallo post interueniente cum suis superioribus et yconomo suo predicto, tandem de communi consensu confirmarunt, quod pensiones earum infrascripte alienarentur et precium earum in solucionem dicti debiti conuertetur, idcirco licencia obtenta a magistro *Syfrido* de *Hildinheim*, canonico *wormat.*, vicario generali in spiritualibus domini *Cvnonis wormat.* episcopi, de infrascripta alienacione facienda, ipsa abbatissa et vniuerse moniales vendiderunt decano et canonicis ac prebendariis ecclesie s. *Andree wormat.*, primo de pistrino *Cunradi* de *Hallis* situato prope curiam dictam *zu dem Rysin* ii. libras et viii. solidos hallens., item de domo dicta *zu der wagin* viii. solidos et ii. capones, item de domo contigua *Wernheri* sacerdotis xl. hallens., item de horreo *Johannis Engilmanni* situato in superiori foro xl. hallens., item de domo *Gernodi* dicti *anesorge* vi. sol. hall. situata in *zippirgassen*, item de domibus contiguis *Johannis* dicti *Kisteler* situatis ibidem versus portam piscatorum xiv. sol. hallens., item de domo *Elyzabet Ruthardi* situata in ripa superiori iv. sol. hall., item de domo *Heinrici* sacciferi situata ibidem v. sol. hall., item de domo *Agnetis Margrauii* situata ibidem vi. sol. hall., item de domo dicti *Stump* cerdonis situata ibidem viii. vncias hall., item de domo *Sygelonis* cerdonis situata ibidem iii. sol. hall., item de domo *Herburdi* textoris v. vnc. hall., item de domo *Petri* dicti *Wyhe* textoris v. sol. hall., item apud s. *Michahelem* de domo *Golzonis Glockener* situata

Digitized by Google

prope cymiterium libram hall., item de domo *Heinrici* dicti *hubescherer* y. vnc. hall., item v. maldra siliginis et i. maldrum tritici perpetue pensionis, que soluebant eisdem canonici prebendati ecclesie s. *Andree* de prebendis suis, ipsi canonici prebendati reemerunt, quod in summa capit clxxi. libras cum dimidia libra hall., item xv. vncias super domo *ad Rosegarten* pro xxiii. libris hallensium.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXIV, in vig. b. Mathie apost.

(Die Siegel der Ausſteller und des vorg. Kloſters Nonnenmünſter hängen beſchädigt an.) Orig.

№ 905.

1324 (3. März). Judices curie *wormat.* ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod *Theodericus* dictus *zu dem dutzenhus*, ciuis *wormat.*, sue et *Katherine*, quondam vxoris sue, considerans salutem anime, bona sua inferius annotata monialibus in monte s. *Andree* extra muros *wormat.* post mortem suam possidenda pro remedio animarum suarum donauit in hunc modum, videlicet quod post mortem suam dicte moniales de subscriptis bonis suis *Clare* dicte *Eckelmennin*, sorori sue, v. maldra siliginis et *Katherine*, filie sue, moniali ibidem, x. maldra siliginis et iii. libras hall. singulis annis infra duo festa assumptionis et nativitatis Marie virginis presentant prout ciuitatis *wormat.* consuetudinis est atque juris. Situs vero et specificatio bonorum hec est, primo in campo *Nonnenmonstri* iii. iugera campestria cum dimidio consulc. relicta *Bonnonis*, item in campo dicto *an dem manschin* i. juger consulc. moniales in *Kirsegarten*, item in campo *Peffelnkeim* i. juger consulc. *Rycherus Bonnonis*, item in campo ciuium *in dem hanendal* alterum dimidium consulc. domini de *Schonauwe*, item iii. jugera in campo *Peffelnkeim* infra *summerbaume* consulc. *Johannes Rosebeimer*, item vszewendig *den summerbaumen* iii. jugera consulc. *Emercho*

Digitized by Google

ammelman, item iuxta *summerbaume* dimidium iuger consulc. moniales in *Libenaue*, item in campo *Peffelnkeim an dem grasewege* alterum dimidium, item *in dem hanendale* iii. jugera consulc. *hospitale nouum*, item iii. jugera consulc. *Wernherus Gottin* de *Luzilheim*, item iii. jugera *zu holder* consulc. domini de *Schonaue*, item in campo *Hogheim an der allden beche* alterum dimidium consulc. relicta *Baltzonis* ante portam *Judeorum*, item dimidium juger ultra ripam consulc. *Petrus Ruppelu*, item ii. jugera in fosso, item ii. *an der rade gruben* consulc. *ameimannus* ex vna parte et *vetus hospitale* ex altera, item ii. jugera retro dominam nostram, item xx. mannesmat wysen sita in ponte illorum de *Lampertheim*, item iii. domos sitos in ciuitate *wormat.* in vico dominorum *theutonicorum.*

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXIIII, subb. a. domin. q. cant. inuocauit.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 906.

1324 (1 April). Nos *Johannes* scultetus, *Heil. Magerus*, *Ruckerus* aduocatus, *Paulus*, *Conradus* dictus *Gipishorn*, *Volmarus*, *Nicolaus* et *Conradus*, scabini *pingwenses*, recognoscimus, quod coram nobis constitutus in figura judicii *Ditmarus* in vico leporum, noster conciuis, omnia bona sua, quocunque nomine censeantur, cum censibus et oneribus debitorum, vtensilibus suis ac redditibus ii. solidorum denariorum, qui ad s. *Nicolaum* sunt legati, necnon redditibus iii. solidorum hallensium ac i. jugere sito in loco, qui dicitur *amme hirzesborne* et dimidio jugere in loco, qui dicitur *an dem mittelpade*, vinearum in terminis opidi *pingwensis*, *Manilie*, sue filie, in solucionem debitorum, in quibus ipse *Ditmarus* dicte *Manilie* tene-

Digitized by Google

batur, traditis, duntaxat exceptis, pueris suis *Volzoni* et *Elizabeth,* coniugibus ac *Manilie,* filie sue predicte ac eius liberis coram nobis contulit, inter ipsum *Volzonem* ex vna et *Maniliam* ex parte altera equaliter diuidenda, sub hiis condicionibus, quod predicti *Volzo* et *Elizabeth,* coniuges ac *Manilia* et eius pueri prefato *Ditmaro* quamdiu vixerit dabunt xiv. libras hallensium et i. tunicam omni anno, videlicet in festo purificationis b. Marie virginis vii. libras hallensium ac reliquas vii. libras ac tunicam infra assumptionem et natiuitatem eiusdem b. Marie virginis duo festa, et condicionaliter est adiectum, si prefati *Volzo* et *Elizabeth,* eius coniux, uel *Manilia* et eius pueri quilibet pro parte sua in dando vii. libras hallensium et tunicam sepedicto *Ditmaro* negligentes inuenti fuerint, quod extunc bona huiusmodi, que negligens tenet, ad manus prenotati *Ditmari* libera et ab omni debitorum oneribus soluta reuoluantur. In cuius rei testimonium nos *Johannes* scultetus, *Heil. Mugerus* et *Paulus* memorati sigilla nostra dedimus presentibus appendenda.

Dat. a. d. M.CCC.XXIIII, kalendas aprilis.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

M. 907.

1324 (10. April). Jvdices curie *wormat.* profitemur, quod *Johannes* dictus *Raub* et *Margareta,* eius vxor, vendiderunt super domo sua sita ex opposito parrochie s. *Johannis wormat.* annuos census v. solidorum hallens. decano et capitulo ecclesie *wormat.* pro v. libris hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXIIII, fer. iii. p. d. palmarum.

(Das Siegel iſt abgeriſſen.) Orig.

Digitized by Google

№ 908.

1324 (25. April). Nouerint vniuersi, quod ***Heilmannus***, pincerna ecclesie ***moguntine***, coram ***Nicolao***, seculari judice ***moguntino***, cum manu ***Hennekini*** ad ***Walpodonem***, sui mundiburdi, constitutus, redditus i. marce den. col. super domo dicta ***zur Roden schiben***, ex opposito curie ***zum Nordecker*** sita, donauit ecclesie s. ***Marie ad gradus moguntine***, ***Philippo*** de ***Landecke***, eorum concanonico, premissam donacionem suscipiente, presentibus ***Wentzone zum Sumen*** et ***Johanne***, famulo judicis predicti, ciuibus ***moguntinis***.*)

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, fer. iv. p. quasimodogeniti.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 909.

1324 (2. Mai). Nouerint vniuersi, quod abbas et conuentus monasterii in ***Erbach*** manu ***Heilmanni zume Setzereden***, ipsorum mundiburdi, in presencia mei ***Volgmari***, judicis secularis ***moguntini***, constituti, dederunt domum dictam ***zu Scherrenberg***, sitam iuxta domum ***zu Bornestabe***, ***Jacobo zume Sluzzele*** et ***Agneti***, vxori sue, ipsisque heredibus iure hereditario possidendam.

---

*) 1328 (10. Nov.) gibt „*Alheydis* de *Pingwia* institrix in paradyso coram *Willekino*, seculari judice *moguntino*, domum suam dictam *zur Roden schiben*, ex opposito caminate *Emerchonis* scultheti *mogunt.* in cono sitam, magistro *Heinrico* de *Frankinfort*, notario sedis *mogunt.* jurato, iure hereditario, presentibus *Thilmanno* et *Syfrido*, bedellis, ciuibus *moguntinis*." (Die Siegel fehlen.)

Digitized by Google

Acta sunt hec presentibus *Jacobo* dicto *Munich*, *Herbordo* eius fratre, *Th. zume Kuninge* et *Petro* dicto *Wenige*, ciuibus *moguntinis*, a. d. M.CCC.XXIIII, in crast. b. Philippi et Jacobi apost.

(Die Siegel fehlen.) Orig.

№ 910.

1324 (4. Mai). Judices curie *wormat.* recognoscimus, quod *Gela*, filia quondam dicti *Kirkeler* de *Flanburna*, quondam begina *wormat.*, vendidit annuum censum x. solidorum hallens. super domo sua sita in ciuitate *wormat.* in foro superiori equorum, contigua domui *Wernheri* cornatoris a parte superiori, et a parte inferiori contigua domui *Hermanni*, carpentarii *wormat.*, decano et capitulo ecclesie *wormat.* pro ix. libris et x. solidis hallensium.

Act a. d. M.CCC.XXIV, crast. inuent. s. crucis.

(Das Siegel hängt beschädigt an.) Orig.

№ 911.

1324 (29. Mai). I. n. d. a. Judices s. *moguntine* sedis vniuersis salutem. Noueritis, quod cum *Bertoldus* de *Wizzenborg*, vicarius altaris s. Quirini in ecclesia s. *Marie ad gradus mogunt.*, sindicus decani et capituli eiusdem ecclesie, procuratorio nomine, *Henricum* dictum *zum Rebestocke* coram nobis traxisset in causam, libellum edidit in hec verba: Coram vobis judicibus s. *moguntine* sedis dicit *Bertoldus* de *Wizzenburg*, vicarius altaris s. Quirini etc. contra *Henricum zume Rebestocke*, ciuem *mogunt.*, quod licet idem reus teneatur et soluere debeat de duabus aquis molendinorum super *Reno* in ea linea, que wlgariter *Rachede* dicitur, nomine annue pensionis xii.

Digitized by Google

maldra siliginis, licet eciam idem actor esset in possessione iuris uel quasi percipiendi ab eodem pensionem prenotatam, ita eciam, quod quandocunque idem reus negliens extiterit et dictam pensionem non soluerit, prefati religiosi possint ab ipso dictas aquas auocare et nichilominus post quamlibet solucionis negligenciam ipsam pensionem sicut bona possint exigere, memoratus cum reus xxxiii. maldra pensionis eiusdem subtraxerit ac indebite predictis actoribus nec statutis terminis persoluit, immo et adhuc ea soluere contradicit, quare dictus sindicus petit, quatinus vos eundem reum ad soluendum dicta maldra subtracta eque bona habita racione estimacionis quantiplurimi fuit a tempore delicti et ad resignandum et dimittendum libere extra manus suas predictas aquas, quas exnunc ab ipso auocant decanus et capitulum predicti et ipse sindicus sibi sentencialiter condempnetis et censura qua conuenit compellatis, nos, visis actis cause huiusmodi diligenter perspectis, pronunciamus dictum reum, ut xxxiii. maldra siliginis racione neglecte pensionis soluat et dimittat libere extra manus suas eisdem decano et capitulo et sindico prenarratis duas aquas molendinorum super *Reno* in ea linea, que wlgariter *Rachede* dicitur.

Lata est hec sentencia a. d. M.CCC.XXIIII, iv. kalendas junii.

(Das Siegel der Aussteller hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 912.

1324 (27. Juni). Nos *Rudolfus* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nicolaus, Salmannus, Volgmarus* et *Scherplinus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXIV, fer. iv. prox. p. f. nativ. b. Johannis bapt. honesta matrona *Lutza ad sporcam*, ciuis *mogunt.*, super domo vna inter portam piscium et truncum sita et super

Digitized by Google

duabus domibus apud nouam stupam inter superiora macella sitis ac in se duo macella continentibus, item super redditibus v. librarum et iv. solidorum hallens. super hereditate infrascripta, videlicet xiv. solidi den. col. super domo *Culmanni* dicti *Rynwade* et *Metze*, vxoris sue, ex opposito domus quondam *Nybelungi* alleciatoris inter *heringkasten*, item i. marca super domo vna sita inter ligatores prope hereditatem *Heinrici*, filii quondam *Craftonis* scultheti *moguntini*, item xxvi. solidi hallens. super duabus domibus sub vno tecto sitis et super duabus extentoriis, que *Rame* dicuntur, *Nicolao* dicto *Atzele* attinentibus, in orto cerusorum sitis, item super domo vna sita in vico *Kuensilgazze* iuxta domum *Heilmanni Dunnehoibit*, tercium bannum conquisiuit et a nobis confirmata extitit.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 913.

1324 (7. Juli). Decanus s. *Marie ad gradus* ecclesie *moguntine*, judex ab judicibus s. *mogunt.* sedis constitutus, recognoscimus, quod *Nycolaum* et *Friczonem* filium suum de *Egilsheym*, quondam colonos decani et capituli s. *Mauricii* ecclesie *mogunt.*, excommunicatos dudum a nobis pro contumacia ad instanciam predicti decani et capituli s. *Mauricii*, multis aggrauacionibus subsecutis in tantum, quod in locis, in quibus domicilium de facto vel de jure habebant, mandatum erat seruari districte ecclesiasticum interdictum, tandem per arbitros inter partes reformata concordia ob preces predictorum dominorum, ipsos reos absoluimus sentenciis nostris in eos latis omnibus relaxatis, promittentibus predicto *Nicolao* et *Fritzone*, filio suo, coram nobis pro se et omnibus amicis suis supradictos dominos vel colonos eorum nunquam molestare in curia et in bonis suis in villa *Eglensheym* predicta et in territorio eius vel

vbicunque sitis per se nec per alios, verbo nec opere, publice vel priuatim. Insuper *Friczo* predictus promisit, reportare infra quinque septimanas a data presencium supputandas literas *Syfridi* armigeri de *Wintherawe* sigillatas, consensum suum super premissis composicionibus exprimentes,*) alioquin ipsum in pristinas excommunicacionum sentencias retrudemus.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXIIII, nonas julii.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.) Orig.

№ 914.

1324 (13. Juli). Judices curie *wormat.* profitemur, quod *Heilmannus* dictus *Kragehals* lapicida et *Katherina* vxor sua, ciues *wormat.*, recognouerunt se erga priorissam et conuentum sanctimonialium montis s. *Andree* extra muros *wormat.* de consensu *Alheidis* de *Nittensheim* et *Margarete* de s. *Michahele,* monialium montis predicti, et erga easdem moniales domum vnam earundem monialium sitam ante portam s. *Andree*, ciuitatis *wormat.*, ex opposito domui dicte *Beltzen* prope domum dicti *Hohenecker* sitam, conduxisse jure hereditario habendam pro annuo censu xix. vnciarum hallensium.

Act. a. d. M.CCC.XXIIII, in die s. Margarete.

(Das Siegel ist abgeriffen.) Orig.

№ 915.

1324 (23. Juli). Nos *Theodericus* de *Randecken* miles, *magunt.* diocesis, notum facimus, quod ab abbate et

*) Diese Bestätigung Siegfrieds, Sohn weil. Wernhers von Winterau, Ritters, geschah noch an demselben Tage. (Das Siegel ist abgeriffen.)

Digitized by Google

conuentu monasterii s. *Maximini* extra muros *treuerenses* et suo monasterio ex causa donacionis, collacionis et tradicionis in feodum et jure feodi nostris predecessoribus, nobis, suis et nostris heredibus factarum ab eisdem et eorum monasterio ab antiquo mediam partem decime vltra jus patronatus parrochialis ecclesie ville *Albichen,* ipsius *magunt-tine* diocesis, ac jus patronatus ecclesie ville de *Wyenheim* et decimas ibidem, eiusdem diocesis, quas in retro feodum nostri vasalli et fideles a nobis tenemus et nostri tenent, nostrique progenitores tenuerunt huiusmodi bonorum ab antiquo infeodatorum, ad fidelitatem atque seruicium eisdem sumus obligati, tamquam vasalli homines et feodotarii eorundem, promittentes pro nobis et nostris successoribus, eisdem religiosis sollempniter stipulantibus fidelitatem vt hactenus a nostris progenitoribus extitit consuetum seruare seruicium predictum de eis prestare ac homines ecclesie et vasallos, et hec firma et rata habere et non contrauenire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis *Eberhardi* de *Randecken*, consanguinei nostri, militis predicti, presentibus litteris duximus apponenda.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in crast. b. Marie Magdalene.

(Die Siegel hängen unverfehrt an.) Orig.

№ 916.

1324 (7. Dec.). *Emercho* schulthetus et *Salamannus*, judex secularis ciuitatis *mogunt-tine*, vniuersis etc. noueritis, quod *Bertholdo* de *Hennenberg*, priore domus hospitalis b. *Johannis jerosol.* per Bohemiam, Poloniam etc., commendatore domus dicti ordinis in *Moguncia,* manufideles quondam *Cristiani* de *Dromersheym*, ad se vocante et eo contextu ob hoc scilicet quarundam questionum mocionem, *Heynrico* de *Bacheraco* milite *Confluente* in nostra presencia constitutis, idem *Henricus* miles super omni

questione sibi vel heredibus quondam dicti *Cristiani* ex quacunque causa competentibus in bonis mobilibus uel immobilibus contra commendatorem et fratres domus *mogunt.* predicte et magistram et conuentum sanctimonialium montis s. *Ruperti* prope *Pinguiam* et specialiter super curte earundem in *Gyntsingen*, extunc renunciauit coram nobis impeticione dicti militis, quam asseruit se habere in redditibus dictarum religiosarum, villarum *Dromersheim* et *Horwilre* duntaxat excepta, promittens *Henricus* miles predictus, quod si contra premissa vel eorum aliqua in antea arte vel ingenio quocunque venerit in toto vel in parte eoque adiecto, quod idem miles extunc commendatorem, fratres, magistram et conuentum dictarum religiosarum ab omni querimonia releuare debebit, quod si in premissis defecerit, extunc intrabit *Mogunciam*, eam non exiturus, donec premissa adinpleuerit, sigillis nostris propter hoc presentibus appensis.

Dat. a. d. M.CCC.XXIIII, in crastino b. Nycolai.

(Nur das Siegel des Schultheißen Emercho hängt noch an, das andere ist abgefallen.) Orig.

№ 917.

1325 (5. Jan.). *Mathyas* s. *moguntine* sedis archiepiscopus recognoscimus, quod sub a. d. M.CCC.XXV, in vig. Epiphanie dom. constitutis coram nobis *Pinguie* in curia nostra *Cunrado Ermetrici*, sacerdote, ex vna et *Nycolao Monegrin*, opidano *pinguensi*, suo et *Gelze* vxoris sue, sororis predicti *Cunradi* nomine, parte ex altera, nos partes ipsas super omnibus causis et controuersiis, quas prefatus *Cunradus* predicto *Nycolao* quo supra nomine coram sedis nostre *moguntine* vel aliis ecclesiasticis judicibus quibuscunque delegatis vel ordinariis, super bonis mobilibus et immobilibus per eiusdem *Cunradi* parentes vel

Digitized by Google

alios eius coheredes premorientes relictis, hucusque mouebat, concordauimus in hunc modum, videlicet quod omnia bona mobilia et immobilia per predictos parentes vel coheredes relicta prope *Pinguiam* constituta diuidantur in partes equales et vtraque pars partem sibi deputandam possidere debet pro tempore vite sue. Et si prefatum *Cunradum* premori contigerit, prefata *Getza* vel eius heredes in parte bonorum predictorum sibi deputata succedere debent eidem, vsufructu eiusdem partis prefati *Nicolaus*, si forte vxori predicte superuixerit, iuxta consuetudinem patrie semper saluo. Item si predicta *Getza* decesserit sine liberis, pars sibi et *Nycolao* predicto ipsius nomine deputata ad prefatum *Conradum* vel eius heredes reuertatur, predicto tamen *Nycolao* vsufructu eiusdem partis iuxta consuetudinem patrie semper saluo, nec licebit alicui partium predictarum sine consensu alterius de parte bonorum sibi deputata quidquam detrahere vel alias donando vel vendendo vel quomodolibet distrahendo quidquam alienare, sed partem sibi deputatam illesam et indissipatam sine cuiuslibet noui oneris impositione fideliter conseruare. Ceterum super bonis prope *Moguntiam* constitutis, que prefatus *Cunradus* possidet tamquam sibi prelegata siue in vita parentum donata, taliter duximus ordinandum, quod si *Cunradus Rudo* miles et *Heinricus* de *Olmena* armiger, fideles nostri, informacione parcium predictarum coram secularibus nostris judicibus *maguntinis* recepta, decreuerint diuidenda in jure, extunc eadem diuidantur secundum modum et formam, sicut de bonis prope *Pinguiam* diuidendis superius est expressum. Si uero predicti fideles nostri predicta bona prope *Moguntiam* duxerint diuidi non debere, extunc predictus *Cunradus* eadem bona pacifice tenere debebit et de ipsis libere in vita et in morte disponere, sicut sibi viderit expedire. Has itaque compositionem seu concordiam predicte partes

acceptantes emologarunt et ex certa sentencia approbarunt easdem. Datum anno, die et loco predictis.

(Das Siegel des Erzbischofs hängt sehr beschädigt an.)

Orig.

№ 918.

1325 (17. Jan.). Judices s. *moguntine* sedis. Recognoscimus, quod cum *Libradis* dicta *zume Alhur*, ciuis *mogunt.*, sue ac quondam *Conradi*, mariti sui ac omnium progenitorum suorum animarum remedium prospiciens, perpetuam vicariam in altari constructo et dotato per *Wernherum* dictum *Rorheimere* in honore omnium sanctorum in monasterio sanctimonialium s. *Marie Magdalene* in foro gentili *Moguntie*, de rebus propriis instituere decreuisset, prefata *Libradis* in nostra propter hoc constituta presencia donauit inter viuos curiam suam sitam in villa *Gugenheim*, necnon omnia bona sua immobilia in terminis dicte ville consistencia in hunc modum, quod post mortem ipsius *Libradis* eadem bona cum omnibus suis vtilitatibus sacerdoti ad dictam vicariam presentando deseruiant pro ipsius sustentacione, que quidem bona prefata *Libradis* in manus *Wernheri* predicti coram sculteto et scabinis dicte ville *Gugenheim* resignauit, vsufructu tamen eorundem bonorum sibi ad sue vite tempora reseruato. Preterea eadem *Libradis* donat abbatisse et conuentui monasterii s. *Magdalene* predicti annuos redditus i. libre hallens. cedentes singulis annis in festo natiuitatis b. Johannis baptiste de domo dicta *zum fusze* in foro lignorum *Moguntie*, quam *Wolfinus* et *Dina* vxor eius, ciues *mogunt.*, nunc inhabitant in hunc modum, quod post mortem sepedicte *Libradis* media pars eorundem reddituum in refectionem eiusdem monasterii erogentur, ipseque moniales obinde dicte *Libradis* ac quondam

Digitized by Google

Conradi, mariti sui predicti, anniuersarium peragere teneantur, quodque abbatissa predicti monasterii de residuis x. solidis hallens. dicto altari in candelis cereis prouideat etc. Nos judices predicti sigillum nostrum vna, cum sigillis *Wilhelmi*, abbatis monasterii *ebirbacensis*, ac *Lise*, abbatisse monasterii s. *Marie Magdalene* predicti, duximus presentibus litteris appendendum.

Dat. et act. a. d. M.CCC.XXV, xvi. kalendas februarii.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 919.

1325 (16. März). Nos *Bertoldus* decanus, *Jacobus* scolasticus, *Johannes* cantor, totumque capitulum ecclesie s. *Petri mogunt.* recognoscimus, quod nos de consensu *Volzonis*, necnon *Petri* dicti *Dorbaym*, vicariorum nostrorum, *Katherine*, relicte quondam *Johannis* dicti *an der bach*, et suis liberis nunc genitis bona infrascripta locauimus, quamdiu vixerint possidenda, ii. videlicet iugera retro scolam sita *nebin deme sluzele*, item i. iuger *an dem Raprechtis wege* situm, item i. juger retro capellam s. *Laurencii*, item i. juger *an dem borgrabin* sita.

Actum et concessum in domo capituli nostri a. d. M.CCC.XXV, xvii. kalendas aprilis.

(Das Siegel der Aussteller ist abgerissen.) Orig.

№ 920.

1325 (17. April). Nos *Rudolfus zv Silbirburg* camerarius, *Emercho* scultetus, *Nicolaus*, *Sulmannus*, *Volgmarus* et *Scherplinus*, judices seculares *moguntini*, profitemur, quod a. d. M.CCC.XXV, fer. iv. prox. p. oct. pasche abbatissa et conuentus cenobii in *Dalen* super pis-

trino ex opposito domus *Arnoldi* diuitis sito et super domo lapidea a prope sita, item super domo, quam *Alheydis* institrix inhabitat, sita prope domum zv *Boxberg* in curia *Borggrauii*, tercium bannum suum conquisiuerunt et a nobis confirmate extiterant.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

№ 921.

1325 (21. April). Wir Rugreue Henrich der alde, Katherinen vnſer eliche frauwe vnd Philips von Spainheim viriehen vns, daz wir dem Rittere vnſerme ſunderlichen frunde Johanne von Bechtoldesheim virkauft han al vnſer gut, daz wir han in den dorfen zu Gugenheim vnd zu Partenheim vnd han yme daz gerechte vnd den kirchenſazt zu rechtme lehene gelegen zu Gugenheim alſo recht was vnd hat vns drumme der vorg. Johan gegeben x. punt vnd druzehen hundert punt heller, doch hat er vns ſunderliche fruntſchaf gedan, ſwan wir oder vnſer erben kumen vor deme erſten ſundage in der vaſten zu deme vorg. Johanne oder zu ſinen erben vnd biden ſi, daz ſi vns daz vorg. gut wider geben zu kauſe vmb daz ſelbe gelt, daz der vorg. Johan vns drumme gegeben hat, daz ſal er obir ſine erben nemen vnd ſal vns vnd vnſen erben daz vorg. gut ledig vnd los wider geben. Auch han wir me gelobet, ſwan wir obir vnſer erben daz vorg. gut wider gekeufen, dannach ſal er und ſine rechten lehens erben von vns vnd vnſen erben vii. marg colſcher penninge, iii. heller vor den penning, han zu lehene uf deme vorg. gude, alle iar zu ſ. Mertines dage zu gebene alſo lange, biz daz wir oder vnſer erben yme oder ſinen lehens erben gegeben lxx. marg colſcher peninge, vnd ſwan wir daz gebun, ſo ſal daz vorg. gut ledig vnd los wider vallen an vns vnd an vnſer erben.*)

*) 1336 (5. April) verpfändet Raugraf Ruprecht (II.) ſeinem Schwager Philipp von Spanheim und dem Ritter Druſcheln von Wa-

Digitized by Google

Geb. n. G. geb. m.ccc.xxv, an deme ſundage vor ſ. Georgen dage alre neſt.

(Die Siegel der Ausſteller hängen, mit Ausnahme das der vorg. Raugräfin Katharine, ſehr beſchädigt an.)

Orig.

№ 922.

1325 (18. Mai). I. n. d. a. Per hoc presens publicum instrumentum pateat vniuersis, quod a. d. M.CCC.XXV, ind. viii., xv. kalendas junii, post prandium, in caminata estiuali curie abbatis et conuentus monasterii *eberbacensis* in *Oppenheim* sita, in mei *Alberti* de *Ryle*, publici notarii infrascripti et testium subscriptorum presencia, constituti *Bertholdus*, decanus ecclesie s. *Petri maguntine*, *Emercho* de *Erbach* miles, *Hertwicus* dictus *Biz*, canonicus ecclesie s. *Petri* prefate ac *Helfricus* miles de *Ingilnheim*, arbitri a partibus infrascriptis electi, predicti arbitri coram milite *Herbordo* de *Olmen* dicto *Ring*, vicesculteto in *Oppenheim*, pronunciauerunt huius tenoris

---

chenheim, mit Vorbehalt der Wiederlöſung, alles Eigenthum, das er zu Jugenheim beſitzt, ausgenommen 1/6 davon, um 1250 Pfund Heller. (Das Siegel des Raugrafen Ruprecht hängt ſehr beſchädigt an.)

1338 (31. Mai) reverſiren ſich die Grafen Johann und Walram von Spanheim, als Montbar der Wittwe und Kinder des verſtorbenen Grafen Philipp von Spanheim, daß ſie gegen Erlegung des Pfandſchillings die um 1250 Pfund Heller verſetzten Güter und Gerichte zu Jugenheim an Raugraf Ruprecht wieder geben wollen. (Die Siegel der Ausſteller hängen ſehr beſchädigt an.)

1356 (1. April) beſcheinigt Graf Heinrich von Spanheim dem Raugrafen Ruprecht II., Herrn zu der Altenbeimburg, und Heinrich deſſen Sohn, daß ſie mittelſt 2100 Pfund Heller das Dorf Jugenheim unter angegebenen Bedingungen löſen mögen. (Das Siegel des Ausſtellers hängt gut erhalten an.)

Digitized by

formulam taliter resonantis. I. n. d. a. Quoniam etc. hinc est, quod cum inter abbatem et conuentum monasterii *eberbacensis* ex una et *Bertholdum* dictum *Cleynaugelu de Nersthein* nunc plebanum ecclesie s. *Sebastiani* in *Oppenheim*, *Bertholdum*, eius patrem, *Gerlacum*, fratrem quondam *Fritzonis* de *Astrasszen* et ceteros eorum participes, qui sua super infrascriptis crediderunt interesse racione cuiusdam testamenti per *Fritzonem* de *Astrasszen* armigerum facti seu successionis hereditarie, in qua sibi ius competere asserebant, ex altera parte, quedam rancoris materia emersisset, que dissensionis causa per partes vtraque predictas tandem in viros discretos sopienda, videlicet *Bertholdum*, decanum ecclesie s. *Petri magunt.* et *Emerchonen* de *Erbach* militem per dictum abbatem et conuentum, et *Hertwicum* dictum *Biz*, canonicum ecclesie s. *Petri* prefate, ac *Helfricum* militem de *Ingelnheim* ex parte *Bertholdi Cleyneaugeln* predicti et ceterorum prescriptorum sibi adherencium tanquam in arbitros est vtrolibet compromissa, qui vnanimiter ordinarunt, quod predictus *Bertholdus* plebanus deberet prebendam altaris vnius instaurare, que sacerdoti idem altare officiaturo redderet xxviiii. maldrorum siliginis redditus et dimidiam carratam vini, quod cedere debet de vinea quadam sita apud *Nersthein* dicta *zu stalle*, annona uero prescripta dari debet similiter ipsi sacerdoti de bonis immobilibus apud *Nersthein* sitis, que fuerunt quondam ipsius *Fritzonis*, inter duo festa assumpcionis et natiuitatis b. Marie uirginis. Hoc quidem altare instituendum est per ipsum *Bertholdum* in ecclesia s. *Katherine* in *Oppenheim*, si fieri potest, aut in ecclesia s. *Sebastiani* ibidem, alioquin in ecclesia s. *Martini* in *Nersthein* uel ecclesia s. *Kyliani* ibidem, sicut *Bertholdus* plebanus maluerit antedictus, et huiusmodi prebende collacionem idem *Bertholdus* habebit ad omnia tempora vite sue, post obitum uero suum cedet seniori suo consang-

Digitized by Google

uineo collacio prenotata, sicque successiue de herede ad heredem. Pronunciauerunt eciam prescripti arbitri, illas duas domos in *Oppenheim* sitas, quarum vna dicitur *schonecke*, et altera sita est ex opposito hospitalis, in qua memoratus *Fritzo* decessit, debent attinere proprietarie premissis abbati et conuentui pleno iure, quas eciam domos prefati heredes resignauerunt ipsis dominis in *Oppenheim* coram sculteto et scabinis ibidem, de annona uero, que cedit de domo dicta *schonecke*, scilicet viii. maldris siliginis, taliter est ordinatum, quod ipsius annona redditus et onera *Wernherus* dictus *Kenzil* de *Nersthein* tollere debet de domicilio memorato, ita, quod idem domicilium nequaquam per hoc decetero sit onustum. Ceterum *Bertholdus* plebanus, *Bertholdus* eius pater, *Gerlacus*, frater quondam *Fritzonis*, et ceteri eorum participes inducent *Lysam*, vxorem prefati *Bertholdi*, ratum atque gratum omnia, que prefati arbitri pronunciauerunt, esse tenenda. Insuper ediderunt ipsi arbitri, quod dictus *Bertholdus* plebanus recipiet omnes res mobiles, quas prefatus *Fritzo* moriens reliquit.

Acta sunt hec presentibus *Emerchone* decano ecclesie s. *Katherine* in *Oppenheim*, *Herbordo* de *Olmena* vicesculteto *oppenheim.*, *Johanne* et *Petro* dictis de *Bertholzheim*, *Wigando* de *Dynenheim*, *Heinrico* dicto *Ring* et *Johanne* de *Flanburna*, militibus, necnon *Voltzone* dicto *amme kyrchdor*, *Johanne Amelle* magistro ciuium *oppenheim.*, *Rudegero* de *veteri moneta*, magistro *Volperto* notario ciuitatis *oppenheim.*

(Das Siegel der Stadt Oppenheim hängt sehr beschädigt an.)

(Notariatsinstrument.)

№ 923.

1325 (23. Mai). Officialis prepositi ecclesie *wormat.* Recognoscimus, quod *Petrus* dictus *Verwer* et *Elizabeth*

Digitized by Google

eius vxor, coniuges et ciues *wormat.*, vendiderunt censum annuum iii. librarum hallens. super ipsorum bonis, videlicet super domibus, viridariis seu ortis extentoriis, dictis wlgariter *Ramen*, prope cymiterium noui hospitalis extra muros *wormat.* ex altera parte ripe sitis, item super domo et eius pertinenciis in opposito dicti hospitalis ex ista parte ripe sito, item super domo et mansione, quam nunc inhabitant, contiguo hospitali iam prescripto, item super vii. quartalibus agri campestris ultra ripam inter molendinum dictum *walcmule* et claustrum monialium in *Kyrsegarten* sitis, ecclesie s. *Andree* ementibus pro xlviii. libris hallensium.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXV, fer. v. a. f. penthecostes prox., presentibus *Johanne* dicto de *Danstat* et *Wolfelino* prebendario ecclesie s. *Andree* predicte et *Arnoldo* tabellione nostre curie.

(Das Siegel hängt beſchädigt an.) Orig.

№ 924.

1325 (30. Oct.). *Clemens* episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio scolastico ecclesie s. *Stephani moguntine* salutem. Ad audientiam nostram peruenit, quod tam abbatissa et conuentus monasterii in *Dalen* prope muros *maguntinos*, quam ille, que in ipso monasterio predecesserunt, easdem decimas, terras, domos, vineas, redditus, nemora, prata, molendina, iurisdictiones, manetia, possessiones et quedam alia bona ipsius monasterii, datis super hoc litteris confectis, exinde publicis instrumentis factis renunciationibus, iuramentis interpositis et penis adiectis, in grauem ipsius monasterii lesionem nonullis clericis et laicis aliquibus eorum ad uitam, quibusdam uero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam uel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi dicuntur a sede apostolica impetrasse. Quia uero

Digitized by Google

nostra interest super hoc lesis monasteriis subuenire, discretioni tue mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius monasterii per concessiones huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime reuocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili compellas ueritati testimonium perhibere.

Dat. *Pittauis* iii. kalendas nouembris, pontif. nostri anno ii.

(Das Blei fehlt.) Orig.

№ 925.

1325 (6. Nov.). Consules et ciues *wormat.* vniuersi profitemur, quod *Gyselbertus,* custos ecclesie s. *Martini wormat.,* census infrascriptos, quos persone infrascripte de domibus, areis et locis dent, decano et capitulo dicte ecclesie pro xc. libris hallens. vendidit, primo videlicet apud nouum pontem *Bernoldus* de domo sua ii. sol. den., item *Johannes* dictus *Wirth* lapicida de domo contigua domui *Bernoldi* v. sol. hallens., item *Nycolaus Holtzmenger* de domo *zu dem Reyfe*, quam inhabitat, v. sol. hallens., item idem *Nycolaus* xviii. den. de domo *Beyger* contigua domui sue versus pontem, item idem *Nycolaus* de curia *holtzhove* v. sol. den., item idem *Nycolaus* de domo in alio vico contigua domui dicte *Goszen* xx. den., item *Fugerus* de duabus domibus in paruo vico sitis contiguis curie sue ii. vncias den., item relicta *Johannis* dicti *Steinmetze* in fine superiori parui vici ii. vncias den., item ante portam s. *Martini* in vico versus *huntgasze* de area *Henrici Gleser,* quam habet *Eberhardus Hellecoph* retro domum *zu der Kannen* ii. sol. den., item *Nycolaus Greve* de curia sua xliiii. den., item idem *Nycolaus*

Digitized by

xx. den. de domo retro curiam suam, item *Nycolaus*, filius *Fryderici* dicti *Morlin*, de domibus et horreo in viculo ex opposito curie dominorum s. *Martini* xx. den., item ante portam s. *Andree Johannes Golthane* x. den., item in *Hocheym* relicta *Reynbodonis* solidum den. et capponem in carnispriuio.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, fer. iv. p. f. omnium sanctorum.

(Das Siegel der Stadt Worms hängt zerbrochen an.)

Orig.

№ 926.

1325 (11. Dec.). I. n. d. a. Per hoc presens instrumentum publicum pateat, quod a. d. M.CCC.XXV, ind. ix., pontif. Johannis pape xxii. anno x., die xi. mensis decembris, hora circa terciam, in villa *Ebernsheim* sub arboribus in publica platea seu via ibidem, loco judicii secularis ibidem consueto, in presencia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, coram *Arnoldo* dicto *Spedel*, famulo nobilis matrone *Lorette* domine de *Bolandia*, sculteto ibidem dicto seculari judicio presidente, *Ottone* dicto de *Ebernsheim*, *Arnoldo* dicto *Greue*, *Hertwico*, *Cunemanno* dicto *Heyse* et *Wentzone* dicto *Lange*, scabinis, maiorem partem scabinorum ibidem facientibus ac regentibus iusticiam secularem dicte ville *Ebernsheim*, constitutus *Herbordus* dictus *Sûzeman* de *Ebernsheim* armiger recognouit, se vendidisse dominis *maioris* et s. *Mauricii*, *Maguncie* ecclesiarum decanis et capitulis, annuam pensionem xxii. maldrorum, maguntine mensure, siliginis singulis annis ad ipsarum ecclesiarum granaria, videlicet vnicuique ecclesie pro parte media presentandos *Maguncie*, ipsius *Herbordi* venditoris, suorumque coheredum et heredum laboribus, vehiculis, periculis et expensis de bo-

Digitized by Google

nis suis subscriptis in terminis dicte ville *Ebernsheim* sitis infra assumptionis et natiuitatis b. Marie virginis duo festa, in hunc modum, quod si ipse *Herbordus* vel eius coheredes, heredes aut successores negligentes fuerint in premissis, ipsi domini et capitula dictarum ecclesiarum ipsa bona mox possint et debeant leuare, quod wlgariter dicitur *Ofholin*, ac eadem sibi libere applicare.*) Post quorum bonorum nominationem, peticione magistri *Cunradi* de *Leymbeche*, canonici ecclesie s. *Mauricii* predicte, nomine ecclesiarum predictarum, proposita, dicti scabini, vocatis ad se hubariis dicte ville *Ebernsheim*, sentencialiter pronunciarunt, dicta bona ad solucionem dictorum reddituum sufficere, dummodo conseruarentur in sua cultura, ipsaque nulli alteri vendita vel obligata, sed omnino libera, nisi quatenus essent censualia et pertinencia in curiam *Sybelmanni* de *Flambornen* dicti *Monxhorn*, militis, in dicta villa *Ebernsheim* sitam, necnon in curiam *Thilmanni* de *Sawilnheim* sitam in *Sauwlinheim* ac dominio et jurisdictioni temporali dominorum dicte ville *Ebernsheim* subiecta, quod . . . ipse *Herbordus* vna cum suorum congermanorum omnium manibus de consensu *Agnetis*, sue matris carnalis agonizantis, vna tantum sua sorore, videlicet *Katherina*, que vbi esset nesciretur, excepta, que alias coram eis in ipso judicio dicto *Herbordo* partem suam, eam in omnibus bonis suis, sueque matris et suorum congermanorum in terminis dicte ville *Eberinsheim* sitis contingentem, resignasset et tradidisset, taliter, quod eius consensu minime indigeret, quas sentencias dictus *Hertwicus* scabinus suo et aliorum suorum conscabinorum predictorum ratumhabentium nomine protulit oretenus in ipso judicio, vt est moris. Quo facto dictus *Herbordus* et *Bertoldus* dictus *Spiz*, frater ejusdem, ac *Culmannus*, sororius eorundem fratrum, et *Agnes*, vxor

*) Folgt die in Nr. 927 aufgeführte Güterbeschreibung.

eiusdem et soror fratrum predictorum, ac eciam *Getza*, soror eorundem fratrum, ipsa bona simul communicatis manibus per calamum, quem manibus suis tenebant, in manus dicti sculteti resignarunt, prout in ipso seculari judicio consuetudinis est et juris. Postea vero in continenti *Wernherus* de *Indugine*, canonicus *maioris*, suo et ecclesie sue predicte, dictusque magister *Cunradus* de *Leymbeche*, canonicus s. *Mauricii*, eciam suo et ecclesie sue predicte nomine dicta bona prefato *Herbordo* et eius heredibus locauerunt in hunc modum, vt ipse *Her.* et eius heredes de eisdem bonis singulis annis dicto tempore ipsos redditus dictis ecclesiis ad eorum granaria soluant *Maguncie*. Postea vero nobilis vir domicellus *Philippus* de *Bolandia*, filius et heres *Ottonis* domini in *Bolandia*, pro se et pro domina *Loretta*, dicti quondam domini *Ottonis* relicta matre, ac *Ottone*, fratre et omnibus aliis fratribus et coheredibus et heredibus sui *Philippi* absentibus, dominis dicte ville *Eberinsheim* ob grata seruicia sibi et dictis *Loretta* matre, *Ottone* fratre et reliquis suis fratribus et heredibus per ipsum *Herbordum* impensa et impendenda, necnon eius respectu, quod ipsi redditus pro media parte cedent ad chori presencias ecclesie *maguntine* in anniuersario quondam domini *Wernheri* de *Bolandia*, canonici *maioris* et prepositi s. *Victoris*, ecclesiarum *magunt.*, sui consanguinei, pro eius anime remedio et ob id, quod ecclesia s. *Mauricii* predicta, cui reliqua cedet medietas, est paupertatis onere pregrauata, dicta bona liberauit in dicto judicio et exemit ab omni onere seruitutis ac precariis et exactionibus sibi et suis heredibus debitis de eisdem, promittens dictis dominis emptoribus suas, necnon matris et fratris sui predictorum patentes exempcionis litteras super eo, super quibus omnibus premissis in dicto judicio peractis dicti emptores dederunt sculteto et scabinis predictis jura sua, que *Bodewine* seu *Orkunde* wlgariter nuncupantur.

Digitized by Google

Acta sunt hec anno domini, indictione, mense, die, hora, loco et pontificatu prenotatis, presentibus fratre *Autzone*, monacho monasterii s. *Jacobi* prope muros *maguntinos*, *Sygelone*, *Johanne* dicto *Pistor* et *Heinrico* dicto de *Mersevelt*, canonicis dicte ecclesie s. *Mauricii maguntinensis*, presbyteris, *Arnoldo* dicto *ad Ranam* ciue *maguntino*, *Hennekino* dicto de *Werstad* et *Philippo* precone, *Fritschone*, *Hertwico* dicto *Hug*, *Heynemanno* dicto *Clettenfinke*, *Hanemanno* dicto *Stellewan*, *Octelino* et *Johanne* dicto *Dorrebaumer*, incolis dicte ville *Eberinsheim*, pro testibus. Postea vero mox dictus *Herbordus* et sui coheredes, pergentes ad curiam *Sybelmanni* dicti *Monxhorn*, militis de *Flainbornen*, ibidem sitam, que wlgariter dicitur *der dinghof*, in qua dicta bona annis singulis in festo b. Martini episcopi hyemali v. solidos et v. cum dimidio denarios, ix. kumpos siliginis et iv. pullos, necnon i. optimale pede bypertito, quod wlgariter dicitur *Eyngespalden vuz*, nomine census soluunt, prout scabini seu hubarii dicte curie pronunciabant, coram *Baltzone Hertwici*, sculteto ibidem judicio, quod wlgariter dicitur *gebodending*, presidente, *Emerchone* de *Badinheim* pistore, scabino et hubario dicte curie, suo et aliorum suorum conscabinorum seu hubariorum ibidem presencium nomine sentenciam huiusmodi recitante ad requisicionem sculteti supradicti, qui quidem scabini seu hubarii pronunciabant, ipsa bona eciam pertinere in quandam aliam curiam in villa *Sauwilnheim* sitam, que in wlgari diceretur *Hen Thilmans dinghof*, ac eciam in eandem in dicto festo b. Martini episcopi soluere debere nomine census xx. denarios maguntinos. Quibus sic peractis ibidem coram ipsis sculteto et scabinis dicta bona resignarunt et donauerunt emptoribus ipsis et eorum ecclesiis supradictis et postea ipse *Herbordus* solus pro se, suisque heredibus ab ipsis dominis *Wernhero* et *Cunrado*, canonicis, nomine quo supra sibi

Digitized by

locantibus recipiens in locato promisit, dictos redditus soluere et *Maguncium* presentare et occasione dictorum bonorum ibidem in dicta curia scabinus manere et omnibus diebus judicialibus eadem bona defendere et expedire omnes census et jura debita de eisdem. Actum vt supra. Ceterum domina *Agnes*, mater ipsius *Herbordi*, posita in lecto sue egritudinis in stupa domus, quam inhabitat ibidem, coram dictis scultetis et scabinis ac me notario publico consensum suum adhibuit. *)

(Notariatsinstrument. Notar: *Wernherus* dictus de *Esinheim*, clericus *maguntinus*.)

---

*) 1337 (16. Juli) petiuerunt *Hermannus* de *Battinburg*, magister presenciarum ecclesie *maioris magunt.*, et *Johannes* dictus *Pistor*, canonicus ecclesie s. *Mauricii mogunt.*, coram *Heilone* sculteto ex parte *Wernheri* dicti *Kop* de *Sauwilnheym superioris*, justiciarii ville *Ebirnsheym* et scabinis judicio presidentibus ibidem ab eisdem sibi sentencialiter pronunciari, numque constaret ipsis *Hennekynum* dictum *Klettichen* et *Margaretam* sororem *Herbordi* dicti *Suszeman*, coniuges, curiam dictam *der Suszemenen* in eadem villa sitam taliter possedisse, quod eam vendere, alienare et dare possent, et numque iidem *Hermannus* et *Johannes* predicti super dictam curiam tam et tot firmas querimonias pro certis debitis, videlicet lx. libris hallens. recognitis sibi publice per dictos *Hennekinum* et *Margaretam*, coniuges, in judicio coram eisdem sculteto et scabinis fecerint, quod merito mitti debeant in possessionem eiusdem curie corporalem per eosdem, iidem sculthetus et scabini hoc omnia pronunciauerunt sentencialiter, dicentes, quia cum ipsis constaret, quod *Herbordus* dictus *Suszeman* de *Ebernsheym* eandem curiam suam *Johanni* dicto *vor dem bilde* s. *Marie ad gradus* in *Maguncia* pro xxix. libris hallens., in qua summa pecunie idem *Herbordus* dicto domino *Johanni* tenebatur, vendidit, hac conditione, si ipse *Herbordus* dictam pecuniam eidem domino *Johanni* infra certum terminum non persolueret, vt non persoluit, et quod

Digitized by Google

№ 927.

1325 (13. Dec.). Nos *Loretta* relicta, *Phylippus* et *Otto*, filii et heredes quondam *Ottonis* domini in *Bolandia* pie memorie, recognoscimus, quod ob grata seruicia nobis et nostris impensa et impendenda per *Herbordum* dictum *Sůzman* de *Ebernsheim*, armigerum, omnia et sin-

---

tunc *Margareta*, soror ipsius *Herbordi*, et *Hennekinus*, coniuges predicti, videntes ipsum dominum *Johannem* sepefatam curiam emisse, quam pociori jure emere deberent et possent secundum consuetudinem dicte ville, eo, quod proximiores essent heredes, et ex hoc ipsi coniuges concordabant cum dicto domino *Johanne vor dem bilde* soluta sibi pecunia sua memorata, ita, quod de consensu eiusdem domini *Johannis* coniuges prefati huiusmodi empcionem dicte curie eo jure ingrediebant, quod potuerunt eam tenere, vendere, obligare et alienare pro eorum libito voluntatis, eciam postea iidem coniuges recognouerunt, se teneri prefatis dominis *Hermanno* et *Johanni* in lx. libris hallens. cum dampnis et interesse, insuper memorati domini querimonias suas tribus quindenis continuis iuxta morem sui judicii secularis ibidem fecerint firmas, ita, quod merito et jure induci debeant per eosdem sculthetum et scabinos in possessionem corporalem ac eciam inducti confessati, has sentencias diffinitiuas iidem pronunciauerunt, eosdemque dominos *Hermannum* et *Johannem* pro dexteras fimbrias tunicarum suarum secundum consuetudinem sui judicii secularis in corporalem possessionem prelibate curie duxerunt. Acta sunt hec anno etc. prenotatis, coram *Heilone* dicto *Hudewal* sculteto, *Petro* dicto *Nersteymer*, *Ottone* de *Ebernsheim*, armigeris, *Attelino* dicto *dvmprobist*, *Wentzone* dicto *trvdelere*, scabinis ville *Ebernsheym*, presentibus *Fritzone* dicto *Schutze*, *Kulmanno* dicto *Fugere*, *Hennekino dicto Klettichen*, *Margareta* vxore sua, magistro *Dilmanno* de *Rodde* plebano ibidem, testibus. (Notariatsinstrument. Notar: *Walthelmus* de *Cassle*, clericus *magunt.*)

Digitized by Google

gula bona eiusdem *Herbordi* immobilia infrascripta in terminis ville *Ebernsheim* sub nostra jurisdictione et districtu sita, que ibidem possedit, videlicet i. duale agri situm iuxta curiam *Heinrici* dicti *Vrseler*, item vii. quartalia agri sita iuxta x. iugera monachorum de *Ebernsheim* in loco dicto *kirchacker*, item i. quartale et iv. jugera sita iuxta viam dictam *wynterheimerweg*, ita, quod caput eorundem attingit viam, et iuxta agros *Johannis* dicti *Helfrich* ex vno latere et ex altero latere iuxta agros dominorum s. *Marie ad gradus magunt.*, vt credimus, item i. juger situm iuxta locum dictum *vnder dem virreyne*, item ii. jugera sita in loco dicto *Hanrich vnder dem munichackere*, item i. juger situm in loco dicto *an dem drappenspronge*, item xiii. jugera preter i. quartale sita iuxta viam et in via dicta *wynterheymer weg* predicta super xvii. jugera monachorum de *Ebernsheim*, item iii. jugera dicta *dy spitzemorgene* sita in loco dicto *in dem Beretale*, item vi. jugera sita iuxta viam dictam *wynterheymerweg* predictam attingencia campum dictum *Hechisheimer vell*, item i. iuger et dimidium attingencia jugera dicta *Dylenmorgen*, item vi. jugera sita in loco dicto *pulacker* iuxta c. jugera monachorum, item in alio campo dicte ville *Ebernsheim* versus villam *Zornheim* iii. jugera cum dimidio sita super ix. jugera *Johannis* generi *Ottonis*, item iii. jugera cum dimidio sita iuxta xviii. jugera dicti *Reyseman vffe dem Olmerberge*, item vii. quartalia sita in via dicta *zornheimerweg*, item ii. jugera sita super viam dictam *wyseweg*, item ix. quartalia sita super eadem via, item ii. iugera sita in loco dicto *in der Langengewanden* iuxta agros *Herlwini*, item i. juger et iterum i. juger sita *an der zornheimer marken*, item vi. jugera cum dimidio sita supra montem dictum *dechichenberg* iuxta agros *Petri* dicti *Wedersterre*, item i. iuger et dimidium sita iuxta agros *Johannis* generi *Ottonis*, item i. duale situm in loco dicto *zu holder* cum

arboribus nucum, item i. duale situm in loco dicto *dy Rûnder steyge* iuxta vineas, item i. juger situm iuxta vineam dicti *Reyseman* in *Medendale*, item ii. jugera sita *in dem Neneistendale*, item i. duale attingens eadem ii. jugera, item ii. iugera sita retro curiam monachorum *an der mentzer strazen*, item vii. quartalia sita iuxta agros monachorum in loco dicto *in Erskelre*, item iv. jugera cum dimidio vinearum sita *an dem dechinberge*, item i. iuger et dimidium sita in loco dicto *an dem Mettensberge*, necnon ipsum *Herbordum* et quemcunque alium eorundem bonorum possessorem in perpetuum ab omni onere seruitutis seu exactionum, que wlgariter dicuntur *sture* et hospitalitatis seu albergarie, que in wlgari *herborge* seu *Ler* appellantur, et specialiter frumenti, quod *Bedekorn* nuncupatur ibidem et denariorum ad hoc pertinencium nobis et nostris heredibus, coheredibus et successoribus quibuscunque exemimus et eximimus, accedente ad predicta abbatis et conuentus monasterii montis s. *Albani* prope muros *maguntinos*, a quo abbate dominium et jurisdictionem ville *Ebernsheim* predicte tenemus in feodum, consensu expresso. In quorum omnium premissorum robur sigilla nostra *Lorette*, *Philippi* et *Ottonis* vna cum sigillis abbatis et conuentus predictorum recognoscimus nos presentibus appendisse.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXV, in die b. Lucie virg.

(Die Siegel hängen wohl erhalten an.) Orig.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

Digitized by

Ortsverzeichniß.

(Die Zahlen bedeuten die Nummern der Urkunden, die mit einem * bezeichneten weisen auf die Anmerkung hin.)

Abenheim 488. 576. 696. 741.
Adtisbach 231.
Albich 423. 915.
Albisheim 6. 745.
Algesheim 3. 83. 294. 554. 573. 639. 724. 776. 877.
Almisheim 843.
Alsfeld 2.
Alsheim 194. 227. 481. 747. 785.
Alzey 307. 313. 314. 375. 387. 388. 410. 423. 424. 471. 486. 535.
Angelachen 251.
Appenheim 3.
Armsheim 143. 197. 379. 428. 432. 438. 463. 637.
Arnsburg 739.
Arnstein (Abbi) 24.
Aschaffenburg 12. 33. 39*. 40.
Astheim 244. 695.
Aßmannshausen 547.
Athesheim 123.
Atterderne 739.
Auenheim 580.

Badenheim (Bodenheim) 178. 197. 206. 329. 420. 435. 450. 472. 553. 574. 622. 634. 670. 836.
Bechtheim 629. 744. 747. 794.
Bechtolsheim 197. 650. 658.
Beckelnheim 209. 657. 750.
Bentersheim 676.
Bermersheim 134. 464.
Biebelnheim 77. 197. 438.
Biebesheim 369*.
Bingen 32. 35. 82. 89. 105. 121. 124. 129. 148. 168. 181. 211. 213. 216. 224. 225. 287. 294. 306. 313. 319. 321. 465. 468. 474. 479. 573. 657. 672. 674. 753. 906. 917.
Birgestadt 759.
Bischofsheim in Franken 35.
Bischofsheim 6. 197. 511. 558.
Blödesheim 175. 642. 777.
Bobstadt 369*.
Born (Maria-) 197. 203. 361. 376. 540. 682.
Boppart 91. 713.
Bosenheim 33. 338. 636. 818.
Breidenwas 713.
Bretzenheim 7. 136. 218. 290. 496. 534. 727. 731. 749. 759.
Bubenheim 453.
Budenbach 6. 561.
Budenheim 47. 49. 56. 118. 119. 449. 858.
Bürgel 536.
Buggenheim 6.
Byrchen 138.

Kackelhof 90. 102. 104.
Kalstadt 787.
Karlebach 417.
Castell 2. 4. 197.
Celle 280. 490. 589. 658. 745.
Kesselstadt 291.
Kestenburg 77.
Kiderich 824.
Kirrweiler 344.
Clairvaux 611. 623.
Coblenz 338. 396. 622. 761. 830*. 916.
Köngernheim 262. 722.
Constanz 183. 731.
Kostheim 35. 301.
Kreutznach 319. 517. 625. 771.
Kriegsheim 282. 576. 665. 679.
Kumede 705.
Kurenbach 255.

Dalheim (Dalen) Kl. 309. 323. 341. 368. 391. 415. 437. 493. 496. 534. 553. 589. 603. 654*. 666. 670. 727. 729*. 757. 771. 789*. 803. 826. 835. 850. 855*. 875. 891. 899. 924.
Dalsheim 346. 576.
Deinbach (Kl.) 815.
Derheim 695.
Dienheim 24. 54. 204. 210. 439. 481. 655. 755. 809.
Dirmstein 6. 275. 318. 646. 660.
Disibodenberg 15. 222. 260.
Dittelsheim 576. 666.
Dolgesheim 6. 576. 806.
Dossenheim 268. 627.
Dotzheim 495.
Draiß 261. 536. 771.
Drechtingshausen 547.
Drommersheim 790. 916.
Dürkheim (Dorn- und Rhein-) 2. 240. 318. 344. 498. 576.

Eberbach (Kl.) 7. 24. 32. 34. 37. 39*. 40. 43. 54. 58. 92. 99. 119. 129. 131. 148. 168. 181. 204. 210. 224. 270. 287. 295. 296. 321. 372. 391. 427. 439. 478. 479. 487. 547. 589. 591. 595. 597. 598. 612. 623. 642. 654. 655. 672. 677*. 690. 702. 704. 713. 725. 731. 737. 765. 773. 777. 782. 804. 809. 815. 880. 894. 902. 909. 918. 922.
Ebersheim 2. 191. 197. 214. 269. 322. 324. 419. 476. 547. 564. 689. 771. 926. 927.
Ebestheim (bei Worms) 626.
Eckelsheim 521. 913.
Ehrenbreitstein 338.
Ehrenfels 287.
Eich 2. 85. 646. 664. 714. 742. 747. 761. 791. 889.
Eimsheim 6. 739.
Eldingen 439.
Ellwangen 70. 370. 371.
Eltville 547.
Engelstadt 518.
Engelthal 452.
Engisthal 521. 607.
Eppelsheim 22. 23. 150. 346. 383.
Erfurt 52. 720.
Essenheim 545. 548. 748. 765.
Euserthal 676.

Finthen 261. 419. 814. 835.
Fischershausen 6.
Flamersheim 234.
Flörsheim (bei Worms) 6. 109. 123. 229. 243. 291. 346. 347. 414. 482. 547. 567. 629. 639. 658. 691. 711. 829. 874.
Flörsheim am Main 655.
Flomborn 18. 347. 375. 668.
Flonheim 175. 790.
Frankenthal 6. 416. 501.
Frankfurt 338. 731.
Freimersheim 6. 347.
Friesenheim 313.
Fritzlar 33.
Fulda 439.

Geinheim 321.
Geisenheim 547.
Gensingen (Gensen) 4. 6. 146. 674. 790. 916.
Gernsheim 369*. 805.
Gimbsheim 481. 869.
Glesesweiler 6.
Gommersheim 24. 240. 547. 589.
Gonsenheim 135. 536. 577.
Gottesthal 632.
Grolsheim 352. 622.
Gülle 2.
Gundersheim 253. 255. 279. 353. 360. 384. 486. 698.
Gundheim 373. 576. 646. 673. 683. 721.
Guntersblum 74. 75. 250. 304. 430. 587. 747. 869.

Hagen (Hene, indago) 11. 419. 461. 472. 473. 622. 787. 806.
Halberstadt 33.
Hallgarten 547.
Hamm 42.
Hanheim 58. 158. 720. 737. 782.
Harxheim 197. 267. 653.
Hausen 67. 310. 311.
Hechtsheim 178. 193. 207. 450. 837.
Heidelbach 2.
Heidelberg 268.
Heiligenstadt 22.
Heimbach 547. 787.
Heimersheim 2.
Hemminrod 21. 28. 676.
Heppenheim a. d. W. 6. 30. 170. 312. 582.

Digitized by Google

Heremo 338.
Hernsheim 66. 147. 283. 359. 377. 483. 488. 581. 622. 696. 701. 839. 905. 925.
Herrichswiesen 91.
Hertingshausen 787.
Hesele 44.
Heuchelheim 281.
Hilbersheim 492. 528. 607. 632. 648.
Hillesheim 142. 490. 513. 691.
Himmelsgarten 785.
Hirschau 70.
Hiulinhofen 2.
Hochheim (mit Kl. Himmelskron) 5. 6. 87. 108. 192. 369. 373. 407. 418. 422. 448. 488. 543. 576. 582. 652. 691. 696. 839. 905. 925.
Hochheim am Main 558. 702.
Hofheim 369*. 504.
Horchheim 6. 108. 176. 227.
Hornbach 8. 65. 141. 238. 239. 258. 330. 498. 633. 864.
Horsulzen 331.
Horweiler 916.

Ibernsheim 11. 251. 334. 396. 426. 714. 761. 791.
Igelnsheim 39. 40. 67.
Ilbenstadt 28.
Ilbesheim 342.
Ilmünster 313. 424.
Ingelheim (Ober- u. Nieder-) 403. 405. 547. 607. 642. 648. 716. 743. 789. 790. 838.
Johannisberg am Rhein 7. 573. 659.
Johannisberg bei Fulda 755.
Isenheim 37. 39. 40. 44. 114. 138. 244. 296. 299. 354. 421. 434. 534. 542. 748.
Jugenheim 402. 569. 571. 690. 731. 773. 846. 918. 921.

K. siehe C.

Ladenburg 6. 268.
Lammsheim 147. 582.
Lampertheim 6.
Langenseifen 244.
Lanstein 121.
Laubenheim 193. 197. 538. 591. 597. 732. 800. 837.
Lautern 78. 326. 563. 745. 787.
Leiselsheim 19. 101. 108. 443. 856.
Liebenau 864. 887*. 905.
Liebenberg 137.
Lidrichesheim 6. 27. 325. 332. 799.
Limburg 787.
Lörzweiler 2. 520.
Lorch 2. 83. 201.
Lorsch 42. 288.

Mainz (Stadt) 2. 7. 12. 39. 43. 49. 50. 51. 97. 98. 100. 104. 106. 114. 119. 120. 127. 173. 193. 203. 206. 208. 212. 217. 218. 219. 220. 221. 223. 228. 233. 247. 257. 262. 263. 264. 270. 289. 290. 293. 301. 304. 316. 328. 345. 348. 362. 372. 378. 391. 427. 432. 434. 436. 437. 442. 445. 446. 456. 457. 465. 466. 471. 485. 491. 492. 511. 519. 531. 532. 547. 551. 560. 588. 593. 598. 601. 605. 615. 620. 623. 631. 644. 647. 649. 651. 654. 656. 663. 677. 680. 685. 688. 693. 702. 703. 706. 707. 723. 728. 729. 730. 735. 736. 741. 746. 748. 755. 762. 766. 769. 778. 788. 796. 803. 811. 834. 840. 841. 842. 851. 855. 856. 857. 859. 861. 862. 863. 865. 870. 880. 885. 888. 890. 894. 895. 896. 908. 909. 911. 912. 916. 919. 920. — (Stifter): a) **Dom und Diöcese im Allgemeinen** 4. 7. 9. 13. 14. 16. 19. 21. 27. 32. 34. 35. 39. 44. 47. 52. 55. 60. 67. 77. 85. 93. 105. 106. 112. 156. 166. 172. 179. 197. 206. 211. 212. 213. 215. 216. 225. 264. 267. 304. 306. 316. 319. 320. 340. 348. 361. 385. 392. 393. 409. 436. 455. 456. 465. 469. 492. 508. 529. 548. 588. 616. 674. 703. 704. 722. 728. 740. 846. 849. 876. 877. 901. 902. 926. — b) **Altenmünster** 1. 14. 51. 62. 368. 398. 500. 577. 762. 789*. 804. — c) **St. Jacob** 2. 3. 4. 7. 9. 17. 32. 33. 52. 83. 136. 172. 197. 202. 269. 289. 298. 309. 356. 367. 379. 428. 432. 438. 463. 506. 507. 530. 534. 586. 594. 637. 820. 831. 854. 889. 926. — d) **St. Peter**

4. 12. 13. 14. 21. 33. 35. 39. 43. 48. 50. 51. 52. 58. 62. 67. 86. 120. 127. 135. 144. 172. 197. 261. 262. 325. 358. 378. 398. 419. 460. 466. 489. 495. 527. 529. 536. 585. 599. 653. 663. 712. 762. 786. 793. 831. 833. 834. 840. 919. 922. — e) **St. Victor** 4. 12. 15. 17. 33. 35. 39. 52. 59. 107. 113. 144. 161. 162. 163. 165. 172. 178. 197. 201. 206. 207. 285. 286. 289. 291. 343. 361. 364. 365. 376. 393*. 394. 398. 399. 400. 406. 413. 447. 468. 477. 494. 510. 520. 540. 577. 597. 617. 628. 634. 642. 650. 682. 708. 732. 738. 739. 776. 777. 831. 890. 901. 926. — f) **St. Maria ad gradus** 4. 14. 34. 35. 50. 60. 71. 86. 90. 93. 98. 102. 104. 113. 133. 146. 151. 159. 172. 173. 186. 197. 207. 209. 217. 220. 226. 230. 235. 238. 239. 243. 244. 247. 257. 258. 263. 271. 277*. 290. 330. 336. 357. 381. 395. 409. 412. 445. 452. 468. 476. 485. 491. 495. 536. 538. 547. 554. 558. 564. 566. 574. 591. 597. 607. 610. 616. 632. 644. 651. 680. 685. 688. 695. 703*. 705. 720. 724. 746. 758. 769. 773. 827. 831. 851. 852. 908. 911. 913. — g) **St. Maria in campis** 13. 14. 34. 90. 172. 178. 193. 215. 228. 241. 342. 357. 450. 453. 465. 469. 474. 492. 524. 553. 642. 648. 710. 831. 836. 837. — h) **St. Alban** 7. 12. 21. 166. 172. 193. 197. 237. 271*. 329. 348. 415. 468. 507. 553. 597. 634. 642. 702. 718. 766. 831. 927. — i) **St. Stephan** 14. 35. 39. 47. 49. 52. 54. 55. 56. 90. 152. 154. 159. 172. 178. 197. 203. 221. 254. 289. 301. 304. 323. 351. 374. 403. 404. 427. 436. 439. 449. 450. 453. 462. 466. 472. 480. 518. 519. 528. 548. 593. 601. 631. 641. 682. 703. 715. 716. 728. 759. 797. 817. 831. 833. 838. 868. 886. 924. — k) **Augustiner** 202. 217. 223. 271. 328. 362. 372. 381. 391. 531. 547. 589. 643. 811. 841. — — l) **St. Gingolf** 13. 34. 35. 50. 172. 489. 536. 831. — m) **St. Moritz** 29. 35. 67. 86. 112. 172. 466. 512. 521. 547. 695. 769. 796. 831. 913. 926. — n) **Maria Magdalena** (Neumünster) 218. 391. 474. 547. 548. 578. 589. 654*. 729*. 757. 786. 789*. 850. 900. 902. 918. — o) **St. Johann** 35. 97. 100. 149. 153. 172. 191. 197. 208. 214. 221. 235. 237. 261. 267. 272. 274. 317. 322. 402. 405. 419. 435. 466. 472. 475. 493. 495. 496. 497. 500. 509. 519. 520. 528. 546. 556. 557. 560. 568. 569. 571. 584. 592. 601. 604. 614. 615. 616. 620. 634. 656. 667. 759. 809. 831. 855*. 865. 877. 889. — p) **St. Agnes** 169. 223. 233. 293. 316. 391. 427. 446. 457. 547. 588. 589. 594. 610. 643. 647. 649. 654*. 705. 706. 707. 743. 748. 757. 789. 879. — q) **Prediger** 162. 332. 345. 362. 368. 391. 547. 589. 693*. 885. — r) **Minoriten** 162. 362. 391. 427. 547. 589. — s) **Carmeliter** 589. 890. — — t) **Clarakloster** 589. 853. 877. — u) **Johanniter in Mainz** 865. 916. — v) **Heilig Kreuz** 866.

Marburg 338. 639.
Marienberg bei Boppard 705.
Marpisheim 536.
St. Maximin bei Trier 816. 915.
Mehgirsheim 68.
Mentenhausen 710.
Mergestadt 103.
Mettenheim 6. 747.
Metz 22. 23. 28. 156. 166. 179.
St. Michael 57. 73.
Milvisheim 482.
Mittelhauch 22.
Mombach 144.
Mommernheim 2. 29. 197. 228. 272. 300. 324. 557. 653.
Monsheim 6. 576. 622. 679. 691. 864.
Mühlheim (Mühlen) 238. 239. 280. 330. 369. 864.
Münster 89.
Muggestadt 12.
Musbach 6. 759.

Digitized by Google

Nackenheim 2. 197. 472. 480. 509. 593.
Neresheim 25.
Neuhausen (mit St. Cyriaxstift) 5. 6. 10. 20. 22. 53. 61. 63. 87. 88. 109. 147. 174. 310. 325. 334. 352. 355. 369. 414. 462. 533. 539. 576. 596. 599. 622. 660. 668. 686. 698*. 801. 813.
Neukirchen 561.
Niede 244.
Nierstein 68. 264. 593. 671*. 922.
Nieseneckerau 288.
Nittinsheim 582. 914
Niveren 396.
Nordenstadt 197.
Nordheim 881.
Nordolfesheim 650. 738.
Nothorne 2.
Nubenheim 2.

Oberfulzen 281. 326.
Odernheim 28. 156. 166. 179. 340. 691.
Oestrich 285. 413.
Olm (Nieder-) 7. 16. 154. 206. 305. 385. 455. 546. 584. 702. 740. 902.
Olm (Ober-) 7. 44. 99. 149. 206. 398. 651. 718. 828. 902.
Olyrsheim 251.
Onsheim 486. 698. 745.
Oppenheim an der Wiese 6. 425.
Oppenheim am Rhein 92. 123. 204. 282. 318. 432. 434. 438. 439. 481. 503. 593. 658. 666. 722. 742. 797. 856. 922.
Osthofen 8. 65. 137. 141. 238. 239. 244. 258. 280. 330. 369. 498. 502. 622. 633. 845.
Otterburg 11. 85. 200. 321. 355. 366. 439. 481. 482. 488. 664. 696. 698*. 714. 742. 745. 752. 787. 805. 864.
Ozenheim 4.

Partenheim 402. 560. 604. 663. 690. 712. 921.
Pfeddersheim 103. 250. 467. 488. 580. 692. 779. 792. 856. 857. 864. 903.
Pfiffligheim 5. 6. 53. 61. 87. 164. 177. 196. 268. 422. 537. 582. 754. 760. 856. 857. 903.
Planich 2. 506.
Poitou 924
Ramusen 482. 671.
Raunheim 534.
Rile 126.
Rinderfeld 244.
Rockenhausen 2. 486. 488.
Rode 536. 705.
Rodebach 593.
Roggesheim 6. 227. 576.
Rohrheim 369*.
Rosenthal 142. 490. 513. 691.
Rothenkirchen 352.
Ruchelnheim 455.
Rüdesheim 6. 35. 197.
Rupertsberg 478. 719. 790. 806. 916.

Salzich 91.
Sanden 85. 117. 118. 713. 714. 791.
Sarmsheim 89.
Sassenheim 745.
Saulheim 247. 295. 305. 317. 465. 469. 487. 823. 826. 866.
Schafhausen 486.
Schaumburg 640.
Schönau 41. 131. 137. 196. 268. 288. 369*. 787. 845. 897. 905.
Schönborn 2.
Schönfeld 787.
Schornsheim 2. 206. 298. 641.
Schwabenheim 158. 574. 625. 705. 710.
Schweinheim 2.
Seebach 787.
Seilfurt 218.
Seligenstadt 598. 605.
Selz (Kl.) 167.
Selzen 349. 393. 419. 484. 499. 708. 824. 853.
Sobernheim 215.
Sorgenloch 702.
Spanheim 102. 104. 674. 800.
Speier (Stadt und Stifter) 22. 25. 41. 47. 112. 123. 190. 194. 255. 266. 268. 279. 313. 360. 412. 630.
Spießheim 282.
Sprendlingen 126. 160.
Stadecken 823.

Staudernheim 234.
Sulzen 6. 26. 31. 70. 78. 541. 560.
Sulzheim 15. 399. 400. 657. 876.
Sunnensheim 253. 255.
Suzinheim 2. 6. 60.
Syon 143.

Tiefenthal 551. 759. 825. 894.
Tolnsheim 7. 55.
Trier (D. O. Comthurey) 338.

Udenheim 509.
Ulenhausen 33. 478. 547. 657. 705.
Ulvesheim 215. 302. 439. 486.
Umstadt 755.
Undenheim 688.
Urtenheim 199.
Utrecht (Probstei) 37. 39. 40.
Uzelensheim 576. 582.

Wachenheim 6. 344.
Wackernheim 15. 247. 316.
Walheim 92. 642. 702. 704. 720. 737.
Wallertheim 657. 725.
Walluf 547.
Wattenheim 87. 227. 369*.
Weidas 714. 806.
Weilbach 2.
Weilburg 88. 337.
Weinheim 3. 244. 246. 522. 745. 915.
Weinolsheim 150.
Weisenau 17. 193. 219. 468. 597. 732.
Weissenburg 549. 552.
Weissenkirchen 840.
Wesel 305.
Westhofen 84. 355. 369. 383. 397. 549. 550. 552. 565. 576. 848. 864. 874. 887.
Wickert 759.
Wimpfen 5. 10. 53*. 251. 627.
Winkel 7.
Winternheim 44. 285. 336. 342. 548. 758.
Wisgartesbrucke 55.
Wissenheim 370. 371. 386.
Wörrstadt 1. 264. 320. 348. 399. 400. 504. 508. 517. 810. 815. 876. 879.
Wolfsheim 486. 885.
Worms (Stadt) 8. 25. 53. 78. 87. 94. 110. 128. 130. 131. 205. 222. 229. 238. 239. 265. 268. 281. 308. 315. 350. 366. 373. 390. 407. 416. 431. 440. 441. 471. 515. 523. 532. 533. 559. 562. 583. 600. 602. 608. 609. 618. 621. 624. 630. 638. 640. 645. 661. 662. 666. 668. 671. 672. 275. 678. 681. 684. 686. 687. 692. 694. 696*. 697. 699. 700. 709. 717. 726. 733. 734. 751. 752. 753. 756. 761. 763. 770. 772. 774. 781. 783. 784. 798. 799. 801. 802. 806. 807. 808. 812. 813. 827. 856. 868. 871. 872. 873. 878. 882. 883. 891. 897. 907. 910. 913. 923. 925. — (Stifter): a) Dom und Diöcese im Allgmeinen 5. 6. 11. 20. 28. 30. 31. 53*. 57. 61. 64. 69. 70. 74. 75. 78. 88. 108. 109. 112. 115. 116. 117. 122. 125. 128. 131. 145. 150. 164. 167. 174. 175. 184. 187. 192. 199. 229*. 231. 248. 249. 268. 275. 278. 284. 288. 304. 312. 325. 334. 339. 349. 350. 352. 370. 380. 393. 401. 411. 414. 417. 424. 454. 461. 473. 484. 499. 504. 523. 537. 549. 550. 552. 600. 608. 618. 624. 627. 692. 699. 700. 709. 754. 767. 829. 863. 903. — b) Andreas 5. 6. 10. 11. 19. 20. 26. 27. 28. 31. 36. 38. 41. 46. 53. 57. 61. 70. 73. 76. 78. 81. 88. 108. 128. 131. 147. 157. 174. 182. 184. 185. 188. 189. 192. 245. 246. 253. 281. 283. 325. 326. 331. 332. 333. 334. 339. 344. 352. 359. 369. 384. 417. 425. 440. 443. 448. 459. 461. 473. 488. 505. 516. 541. 543. 561. 565. 581. 583. 606. 622. 660. 665. 675. 676. 696. 697. 698. 753. 754. 763. 780. 785. 787. 792. 795. 799. 819. 856. 860. 862. 864. 867. 868. 869. 882. 883. 884. 898. 904. 905. 914. 923. — c) Paul 5. 6. 10. 18. 19. 20. 31. 42. 53*. 57. 61. 72. 85. 103. 115. 117. 132. 139. 141. 147. 150. 164. 171. 174. 176. 177. 180. 183. 231. 240. 251.

Digitized by Google

252. 256. 266. 278. 279. 297. 308. 318. 325. 334. 352. 355. 360. 382. 396. 411. 416. 426. 431. 433. 439. 451. 462. 482. 501. 525. 537. 539. 555. 596. 613. 619. 621. 622. 626. 629. 635. 638. 646. 662. 669. 671. 678. 684. 686. 687. 714. 739. 744. 749. 761. 772. 781. 791. 794. 798. 801. 806. 829. 830. 843. 847. 848. 856. 857. 881. — d) **Martin** 5. 6. 10. 18. 19. 20. 31. 44. 53*. 61. 69. 79. 84. 87. 91. 94. 101. 108. 109. 110. 111. 115. 134. 147. 155. 174. 189. 190. 195. 222. 227. 232. 234. 242. 246. 248. 250. 252. 255. 256. 259. 260. 279. 280. 292. 325*. 334. 346. 347. 352. 355. 360. 363. 369. 380. 390. 397. 408. 429. 433. 454. 458. 464. 498. 502. 515. 523. 544. 570. 575. 579. 580. 582. 590. 599. 622. 633. 636. 661. 668. 672. 691. 694. 701. 713. 733. 745. 754*. 756. 760. 764. 770. 774. 775. 784. 799*. 806. 844. 856. 861. 887. 891. 924. — e) **St. Peter** 25. 27. 246. 369. — f) **Maria in campis** (Kirschgarten) 53. 180. 265. 275. 288. 310. 369. 425. 458. 467. 576. 745. 799. 905. 923. — g) **Predigerkloſter** 234. 355. 622. 818. 829. — h) **St. Maria** (Altmünſter) 10. 18. 57. 696*. — i) **St. Maria** (Nonnen- oder Neumünſter) in suburbio 85. 87. 95. 96. 111. 115. 125. 128. 130. 131. 180. 165. 325. 327. 332. 335. 470. 539. 576. 611. 635. 676. 699. 861. 903. 904. 905. — k) **Maria Magdalena** (Bergkloſter) 80. 140. 155. 182. 185. 188. 245. 250. 280. 355. 369. 418. 467. 526. 537. 576. — l) **Minoriten** 591. 622. 694. 697. 848. — m) **Auguſtiner** 622.

Xanten 74. 75. 286.

Zahlbach 309. 534. 727. 748.
Zornheim 14. 311. 564. 769. 927.

Digitized by Google

Namensverzeichniß.

(Weltliche Fürsten, Bischöfe, hoher und niederer Adel, Stadtgeschlechter.)

Agirsheim 787.
de agno (zum Lamm oder Schaaf) 589. 595. 654. 680. 759.
Albich 34. 423. 424. 432. 438. 642.
de s. Albino 549. 626. 806.
Aldendorf 348.
Alexandrinus (ep) 868.
Algesheim 659.
Alheri 235. 277. 350. 355. 668.
Almirsheim 843.
Alsentzen 201. 549.
Alsheim 206. 740. 782.
Alzey (Truchsesse und Winter v.) 123. 175. 197. 204. 241. 297*. 305. 313. 314. 337. 383. 410. 423. 424. 432. 434. 438. 471. 484. 486.
an der Ambach 511. 623. 731.
Amella 27. 61. 73. 236. 312. 325*. 369. 433. 458. 498. 555. 559. 576. 596. 622. 624. 687. 922.
Amerin 53*.
Anagninus (ep) 586. 587.
Andrinopolitanus (ep) 868.
Appenheim 528. 574. 589. 612. 625. 637. 695. 719. 806.
Armsheim 594.
Arnsberg 387. 388.
Astheim 186.
Astrazzen 922.
Aumann 922.

Bachheim 337.
Bacherach 916.
Baden (Markgraf v.) 314.
Badenheim 197. 670*.
Baleiz 20. 482.
Barfuß 390.
Basinheim 711*. 731.
Baswiler 761. 830*.
Baumburg (Beimelburg) 337. 549.
Beckelnheim 399*. 499. 641. 815.
Beichlingen (Graf) 12.
Benzo 739. 826.
Berg (Graf) 387.
Bergen 518.
Bergheim 78.
Bertholdesheim (Bechtolsheim) 197. 275. 318. 455. 481. 642. 666. 679. 755. 761. 921. 922.
Berwolf 151. 197.
Bettenheim 713.
Bibelnheim 228. 300.
Bickenbach 424. 805. 830*.
Bilenstein 337.
Bingen (de Pinguia) 29. 32. 33. 47. 49. 56. 148. 181. 361. 455. 521. 735. 736. 788. 800.
Binthammer 832.
Bintherime 337. 433. 646.
Binthersheim 109.
Bischofsheim 347.
Biz 376. 922.
Blankenburg 394.
Blasehof 589. 707. 736. 831. 854*. 888.
Blazze 58.
Blitersheim 574.
Bock 602*. 669. 678. 684. 686. 687. 714. 881.
Bockenheim 111. 227.
Bolanden 28. 32. 44. 49. 66. 138. 150. 179. 213. 216. 240. 264. 273. 282. 283. 296. 318. 340. 354. 363. 371. 375. 377. 387. 388. 434. 453. 653. 708. 711. 732. 739. 777. 926. 927.
Boppart 20. 27. 31. 73. 325*. 334. 338. 695. 705. 791. 831.
Bretzenheim 290. 731.
Brussela 174. 589.

Büdesheim 56. 143. 449.
Büdingen 28.
Bukkelin 110.
Bunno 315. 366. 458. 525. 537. 559. 560. 565. 583. 785. 839. 847. 904. 905.
Bunninheim 420. 625.
Burgthor 375. 423.
Buwinsheim 329. 362. 511. 574.

ad cacubam 146. 427. 437. 511. 531. 558. 568. 589. 593. 598. 605. 614. 643. 649. 654.
calaritanus (archiep.) 586. 587.
calcedonensis (ep.) 587.
Kalder 39*. 40.
Kalsmunt 37. 831.
Kalstatt 787.
Karlbach 73. 745.
Carpe 368. 427. 603.
Kastel 787.
Katzenelnbogen (Graf) 22. 324. 348. 375. 432. 438. 471. 822.
Cazertanus (ep.) 586.
Kelberau 39*. 40.
Keppechen 826.
Kesselring 113.
Cerdo 184. 315. 369. 661.
Kertzenheim 549.
Ceuecensis (ep.) 868.
Chamerstein 503.
Chenadiensis (ep.) 586.
de cigno (Schwan) 589. 595.
Cippo 147. 498.
de Cippura 53. 61. 72. 87. 131. 147. 180. 184. 236. 488. 696.
Kirchberg 92.
Kirchheim 881.
Kirschbaum 340.
Kirweiler 22.
Clebiz 785.
Cleemann 511. 588. 595. 681.
Cleinaugeln 742. 922.
de clipeo (Schild) 654. 659.
Clebeloch 691.
Cloc 593.
Clur 197. 215.
Knappe 674.
Knebel 211.
Knoden 826.
Köln (archiep.) 66.
Köngernheim 655.
Consanus (archiep.) 586. 587.
de coquina 131. 155. 256. 555.
Korb 348.
Kranich 673. 787.
Kranichstein 625.
Kragenberger 598. 603. 605.
Krieg v. Osthofen 544.
Kriegsheim 150. 507. 679.
Kronberg 68. 211. 364. 365. 367.
Kroppesberg 22.
de cruce (Coritz) 660. 688. 805.
Kruchere 658. 806.
Crumbach 417.
Crummenau 759.
Crutsak 236. 355. 369. 488. 668. 696. 775.
Küchenmeister 218.
Kugelnberg 39*. 40. 44.
Curonensis (ep.) 140. 715.

de daemone 297*. 451. 660.
zu Dannen (de pinu) 588. 589. 612.
Dann (Dan) 120. 549. 642. 691. 721. 745. 761.
David (m.) 696.
Deutschmeister 338.
Dexheim 204.
Didensheim 742.
Dierne 455.
Dinheim 204. 439. 481. 809. 922.
Dirmstein 88. 227. 232. 248. 738.
Dirolf 70. 87. 101. 131. 132. 150. 184. 260. 280. 326. 355. 369. 418. 498. 559. 572. 576. 621. 668. 813. 856. 897.
Drechtingshausen 520.
Drommersheim 916.
Drutkind 596. 686. 801. 857.
Düring 120.
Dürkheim 53. 87. 787.
Dulcis 92. 197. 300.
Durecensis (ep.) 868.
Dusburg 39.
Dyledop 43.

Ebersheim 191. 197. 237.
Eberstein (Graf) 490.
Egelmar 70.
Eglingen 471.
Eisenhaupt 746.
Engelmann 655. 668. 677.
Engelstadt 564.
Ensiltheim 28. 787.
Eppelsheim 232. 281. 283. 312. 738.

Eppenſtein 21. 90*. 203. 369. 529. 578. 759. 793. 832. 848.
Erbach (m.) 863. 878. 922.
Erenburg 238. 239. 288. 310.
Eſchborn 113.
Eſel 385. 818.
Eſelweck 558. 589. 649. 757. 854*.

Falkenſtein 109. 150. 210. 213. 375. 387.
Federwiſch 39. 215. 714. 742. 791.
Veldenz (Graf) 637. 683. 782.
Vellewagen 589. 598. 603.
Vetzer 660.
Fink 682*.
Vironensis (ep.) 200.
ad vitem (zum Rebſtock) 362. 391. 766.
Flamersheim 189.
Flanborn 28. 87. 137. 150. 297*. 324. 347. 426. 525. 572. 636. 832. 869.
Flegel 184. 488. 696.
Fleming 643. 649. 654. 656. 693.
Flersheim 109. 228. 346. 801.
Flügel 593.
Vornefeld 420.
Frankenſtein 689.
Freimersheim 830*.
Freitag 20. 22.
Frieſenheim 229. 236. 499. 544. 576. 638. 671. 726. 761. 787. 830.
Froſch 511. 589. 654. 809. 926.
Fulda 755.
Vulpes 33. 53. 61. 70. 132. 134. 295. 369. 775.
Fulkeſe 673. 738.
Fülleſchüſſel 593.
Vunresheim 56.
Fuſt 574. 858*.
Futterſack 657.
Vyrmynne 830*.

Geisbodesheim 92. 642. 658. 737. 777.
Graf (Helle- und Schwarz-) 61. 70. 488. 559. 570. 638. 696. 770.
Grindlach 424. 503. 535.
Grünſtadt 109. 665.
zum Gudenberg 899.
Gulfer 270. 553.
Gunnheim 134. 459. 543. 673.
Gypshorn 129. 148. 287.

Habenheim 68. 188.
Hagen 39*. 40. 926.
Hambach 878.
Hanau 211. 598.
Handſchuhsheim 869.
Hanheim 282. 499. 782.
Harwisheim 24.
Haſelach 25.
Haſenfell 375. 544.
Heckesheim 631.
Heimberg 830*. 916.
Heinzenberg 637.
Heldenbergen 536.
Helfenſtein 28.
Heldrungen 338.
Hemmrode 595. 612. 647.
Hependip 77. 321. 720.
Heppenheim 20. 281. 580. 867.
Hernsheim 295. 355.
Heyden 806.
Hildenheim 904.
Hirzberg 19. 20. 27. 668.
Hochheim 27. 61. 87. 384. 437. 600.
Hohenburg 320. 353.
Hohenfels (Dyn.) 56. 68. 109. 197. 219. 237. 250. 262. 299. 300. 302. 313. 335. 379. 398. 421. 428. 432. 438. 449. 520. 545. 567. 652. 673. 725. 737. 747. 791. 864. 887.
Hohenfels (m.) 542. 549. 664.
Hohenlohe 424. 528.
Hohenſtraßen 593.
Holderbaumer 396. 503. 576. 624. 640. 668.
Holtmunth 61. 147. 369. 589. 602. 606. 621. 661. 668. 709. 761. 830.
Horgheim 134. 176. 281. 335.
Huchelheim 73. 313.
Humel 197. 226. 528. 576.
Huno 261. 262. 419. 472. 495. 899.
Huſen 11. 12. 14. 313.

Jazzaha 39*.
Jerosolimitanus (archiep.) 586. 587.
Imber 638.
Imensheim 668.
Ingelheim 163. 197. 228. 301. 381. 492. 607. 642. 648. 710*. 838. 851. 877. 922.

Digitized by Google

irsutus miles 282.
Isenburg (Dyn.) 109. 211.
Isenburg (m.) 313. 344. 775.
Judeus 20. 70. 134. 137. 353. 384. 385. 433. 558. 562. 572. 596.
Jugenheim 846.
zum Jungen (juvenis) 70. 295. 368. 427. 442. 511. 528. 589. 603. 612. 656. 680. 854*.
St. Juste (ep.) 868.

Kamsheim 134. 147. 313.
zum Landeck 512. 558. 669. 680. 703. 707. 831.
de lapide (zum Stein) 14. 131. 267. 281. 312. 439. 483. 488. 497. 519. 674. 696. 704. 849. 876.
zum Lateran 831. 837.
Laudenburg 608. 618. 621. 624. 668. 681. 684. 714. 751. 752. 754. 872.
de s. Laurentio 608. 681.
Lebersheim 56.
Leimbach 926.
Leimersheim 281. 676.
Leiningen (Graf) 11. 28. 238. 313. 330. 344. 375. 387. 389. 396. 471. 484. 499. 673. 683.
Leim 399*. 861.
Lenysen 709.
Lericoph 87.
Lethe 424. 572. 634. 726.
Liebesberg 589. 598. 605. 656.
zum Lichtenstein 312. 334. 337. 391. 431. 433. 595. 647. 654. 680.
Limburg (Schenk v.) 118.
Lindelbol 312.
Linden 348.
Lindenberg 610.
de lippia 29. 48. 51. 62. 67.
de lobio 208. 298. 325*. 501.
Lörtzweiler 215. 282. 452. 472. 518. 639. 670*. 742. 761.
Löwenstein (Graf) 387. 388. 434.
Löwenstein (m.) 123. 399*. 420. 461. 471. 473. 484. 504. 508. 549. 815.
longus (oder magnus) Lange 70. 78. 134. 137. 232. 234. 236. 242. 252. 330. 399*. 512. 598. 605. 614. 643. 649. 654. 656. 668. 669. 678. 791. 843. 903. 926.
Lorch 114. 282. 564. 666. 670. 688. 826. 866.
Lubucensis (ep.) 868.
Lussaha 40.
Lugelin 120. 270. 437.
Lutersheim 344. 629.

Macrehensis (ep.) 767.
de macula (Haft) 427. 437. 511. 531. 548. 568. 589. 598. 614.
de Maguntia (m.) 290. 295. 305. 342. 398. 481. 742. 826.
Mainz (städtische Würden, als: Kämmerer, Waltbote, Richter ꝛc.) 3. 4. 7. 13. 14. 29. 39. 44. 90. 186. 197. 204. 212. 271*. 274. 276. 342. 348. 362. 368. 372. 379. 381. 427. 437. 442. 511. 512. 520. 528. 531. 589. 598. 605. 612. 620. 642. 654*. 655. 833. 840. 841. 851. 852. 854. 855. 859. 865. 875. 880. 891. 894. 895. 908. 912. 920. — (Erzbischöfe) 1. 2. 3. 4. 12. 14. 26. 30. 32. 33. 35. 38. 44. 49. 59. 71. 79. 83. 89. 90. 92. 96. 105. 106. 121. 124. 149. 154. 168. 182. 206. 218. 254. 303. 306. 311. 319. 348*. 351. 356. 376. 453. 457. 460. 462. 469. 506. 507. 522. 529. 574. 592. 617. 628. 632. 723. 804. 831. 836. 838. 900. 917.
Mamathal 731.
Markrode 348.
Mauchenheim 147. 2[illegible]3.
Meckenheim 344. 396. 665. 673. 683. 721. 903.
Meiger 129. 287. 294. 361.
Meillen 705.
Meinkemmere 199. 325*. 337. 627.
Mengoz 738.
Merenberg 348.
Merfefeld 926.
de Meti (Metz) 53. 109. 123. 664.
Mezingen 639.
militellus (Ritterchen) 53. 108. 147. 236. 312. 373. 488. 532. 668. 696. 856.
Milvisheim 347.
Milwere 687. 696. 839. 843.
Minzenberg 27. 210.
Moche 197.
Mommernheim 197. 228. 272. 274. 653. 670*. 689.

de moneta 19. 20. 50. 61. 147. 196. 236. 246.
Monsheim 281. 313. 331. 337. 344. 349. 552. 627. 636. 646. 665. 679. 733. 739. 775.
Montfort 313. 739.
Monxhorn 498. 580. 832. 922. 926.
Morlin 134. 211. 250.
de moro (zum Maulbeerbaum) 53. 73. 117. 131. 134. 136. 217. 236. 281. 337. 568. 576. 589. 626.
Moyde 204. 282. 593.
Muldiz 283. 598. 605. 730.
Mule 826.
zur alten Münze 922.
Mulinbach 639.
Mume 710.
Mundenheim 887*.
Mus 150.
Murbach 25.

Nackenheim 197. 593. 703.
Narheim 625.
Naruiensis (ep.) 868.
Neumburg 225.
Nierstein 204.
Nikastel 123.
Niphe 25. 66.
Nithe 20.
Nivella 37.
de nodo 427. 437. 589. 595.
Nolanus (ep.) 586. 587.
Nürnberg (Burggraf) 424.

Oberstein 721*.
Ockenheim 49. 218. 316.
Odenbach 549. 637.
Odernheim 877.
Oestrich 642.
Olm 108. 455. 520. 528. 564. 666. 740. 917. 922.
Olmacensis (ep.) 152. 345.
Ome 674.
Orichsak 101.

Paderborn (ep.) 715.
Päpste 18. 21. 33. 35*. 41. 46. 59. 81*. 95. 96. 107. 112. 169. 327. 341. 446. 524. 804. 817. 820. 924.
Panudensis (ep.) 715.
Partenheim 712.
Pauline 39*. 40. 555.
de pavone 588. 814. 870.
de s. Petro 70. 117. 400. 406. 477.
Pfaffe 399*. 420. 858*.
Pfalzgrafen bei Rhein 2. 307. 313. 314. 375. 387. 410. 423. 424. 471. 486. 503. 535. 640. 660.
Pfeddersheim 87. 134. 177. 236. 250. 692. 821.
Pfiffligheim 61. 70.
Pistor 626.
de piro 511. 531. 751. 807.
de pomerio 558. 589. 603. 736. 757.
Poto 427. 437.
Presto 68.
Prisingen 313.
Prumen 826.
Prumheim 789*.
Puellaer (pullus) 375. 384. 388.
Puteolanus (ep.) 868.

de Quercu (zu Eichen) 29. 32. 39. 44.

Rabenold (zum) 899.
Randeck 238. 239. 330. 471. 549. 664. 722. 742. 881. 915.
Rappe 300. 478. 479. 613.
Raugrafen 143. 348. 360. 399. 424. 549. 550. 552. 637. 825. 864. 887. 921.
Ravensburg 642. 847.
Reifferscheid 109.
Reimberg 707.
Reipoltskirchen 549. 552. 567. 652.
Reiz 603.
ad Renum 129.
Rex 184.
Rheingrafen 32. 119. 210. 719. 810. 815.
Richelmann 129. 326. 396. 458. 541. 661.
Richenbach 337. 370. 371. 414.
Richeri 53. 131. 134. 147. 155. 236. 280. 297*. 526.
Richezo 53.
Rineck (m.) 37. 39. 709.
Rineck und Lon (Grafen) 37. 39*. 40. 92.
Ring 564. 593. 666. 688. 722. 826. 917. 922.
de ripa 185. 417.

Digitized by Google

Rockenberg 560. 569. 604. 616. 759.
Rode (de rota) 433. 677. 703*. 704*. 709. 746. 763. 830. 901.
Rodenstein 492. 729*. 796. 803. 811. 851.
Römische Kaiser 1. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 28. 229. 307. 375. 388. 410. 434. 645. 721. 779.
ad romanum (zu dem Römer) 599. 680. 685. 706. 723. 761.
Ronzhart 361.
Rorbach 313. 424. 839.
Rosen 669.
Rosenbaum 131. 583. 744. 798.
Rosenberg 56.
Rosengarten 738.
Rosenthal 589. 603.
Rucheim 624.
Ruchelingen 108.
Rudensheim 33. 56. 487. 612. 713. 725. 788.
Rudo 917.
Rufus 13. 14. 19. 20. 49. 56. 70. 131. 137. 248. 277. 391. 541. 595. 605. 612. 614. 696. 757.
Ruhe 434. 651.
Runkel 535.
Rupertsburg 570. 622. 636.
Rutelingen 88.
Ryse 348.

Sachsenhausen 388. 423. 471.
Saulheim 300. 324. 434. 439. 564. 670*. 689. 702. 782. 826. 854*. 866. 894. 926.
Saxo 70. 491.
Schade 39. 90.
Scharfenberg 22.
Scharfenstein 285.
Schelle 344.
Schelm 833.
Schenk des mainz. Erzstifts 908.
Schetzel 690. 731.
Schierstein 197. 704.*
Schlüssel 434. 736. 761. 826.
Schmidefeld 53.
Schmidtberg 690. 731.
Scholre 216.
Schoneck 286. 729. 730.
Schonenburg 229*. 331. 541.
Schornsheim 206. 273. 295. 296. 340. 354. 379. 434. 806.
Schwab 11. 12. 61. 495. 605*. 693. 729. 730. 736.
zum alten Schwaben 595. 654.
Schwabenheim 404.
Schweigere 53.
Seeheim 385.
Seligkeit 19. 312. 325*.
Selhofen 29. 34.
Seligenstadt 629.
Selzen 52. 499. 642. 838.
Silberberg 603. 920.
Sleedorn 220.
Slich 498.
Sloter 670*.
Slump 399*.
Smuzil 123. 544. 580. 676.
Sommerwonne 595.
Sonnenberg 44.
Span 155. 283. 326. 369. 526. 559. 596. 744.
Spanheim (Graf) 126. 158. 160. 306. 319. 387. 388. 434. 486. 535. 625. 674. 719. 921*.
Spanheim (m.) 420. 657. 674. 782. 803*. 825*.
Sparwenzagel 277.
Speier (Bischof) 22. 27. 77. 116. 123. 139. 279.
Speier (Vogt) 22.
Spiegel 114. 291. 325*. 437. 680. 766. 893.
Spiegelberg 603. 920.
Sporo 11. 19. 20.
zum Stahleck 33. 34. 62.
Starke (Starthe) 199. 449. 545.
Starkenberg (Wisel v.) 88. 678.
Steinach 194.
Sternberg 858*.
Stettin 49. 129.
Stockheim 88. 192. 229*. 281. 325. 334. 337. 473.
Stockstadt 759.
Straßburg (ep.) 667.
Streiff 61.
Strube 593.
Strumpel 831.
Suacinensis (ep.) 868.
Sulzbach 663.
Sulzen 232. 236. 331. 541.
Suntheim 593.
Sussemann 926. 927.

Terracinensis (ep.) 868.
Tortibulensis (ep.) 586. 587.
Trier (archiep.) 126.
Tübingen 77.
de turri (Thurn) 348. 520.

Digitized by Google

Udenheim 810.
Ulmer 674. 825.
Ulversheim 215. 300. 472.
Umbscheiden 439. 521. 785.
Umesheim 544.
Ummaze 164.
Unglaube 146.

V. siehe F.

Wachenheim 266. 679. 721*.
Wacherpil 19. 87. 236. 638.
Wackernheim 247. 528. 576.
Walbrun 120. 576.
Wald 742.
Waldeck 379. 387. 707.
Waldertheim 114. 368. 558.
Walheim 636.
Wartenberg 19. 20.
Wattenheim 117. 229*. 236. 242. 369. 422. 440. 499. 544. 552. 576. 799*. 869.
Weihrauch 129. 148. 224. 287.
Weiler 294.
Weisenau 39. 219.
Westhofen 464.
Widder 282. 427. 434. 437. 472.
Wiesant 782.
Wiesenfeld 39*. 40.
Wildgrafen 313. 424.
Willerstein 676.
Winkelpost 27. 70.
Winolsheim 204. 210. 528.
Winterau 549. 713. 765. 913.
Winterbach 408.
Winzo 13. 14. 295.
Wip 738. 769.
Wirzburger 20. 714. 742.
Wissen 150. 636. 722.
Wissenburg 337. 600. 608. 627. 847. 911.
Wolfskehlen 88. 92.
Wolfin 826.
Wolkenburg 427. 757. 759. 761.
Worms (städtische Würden, insbes. Kämmerer) 5. 6. 10. 27. 45. 53*. 78. 236. 248. 325*. 350. 369. 407. 417. 422. 440. 461. 473. 525. 544. 579. 582. 590. 622. 717. 721*. 726. 761. 799. 829. — (Bischöfe): 5. 6. 10. 11. 18. 19. 20. 22. 26. 36. 38. 45. 52. 61. 63. 65. 72. 73. 79. 80. 81. 84. 87. 122. 125. 130. 155. 160. 164. 170. 171. 198. 200. 205. 222. 231. 232. 236. 239. 240. 248. 251. 275. 278. 279. 284. 288. 297. 334. 337. 349*. 350. 352. 360. 380. 383. 386. 401. 430. 439. 440. 454. 462. 470. 475. 490*. 513. 516. 525. 539. 549. 552. 561. 579. 590. 609. 613. 711*. 715. 745. 868*. 884*. 904.
Wullerich 129. 581.
Wunnenberg 92. 229.
Wurmingen 532.

Zahlbach 605. 637. 677. 727.
zum Zahn 547. 786. 811.
Ziegenhain (Grafen) 617.
Zolner 344. 826.
Zornheim 134. 332. 476. 564. 769.
Zozenheim 60.
Zweibrücken (Grafen) 109. 275. 288. 490. 513. 532.

Digitized by Google